COMMENTARII IN VIRGILIUM SERVIANI;

SIVE

COMMENTARII IN VIRGILIUM,

QUI

MAURO SERVIO HONORATO TRIBUUNTUR.

AD FIDEM CODICUM GUELFERBYTANORUM ALIORUMQUE RECENSUIT, ET POTIORIBUS VARIIS LECTIONIBUS INDICIBUSQUE COPIOSISSIMIS INSTRUXIT

H. ALBERTUS LION,

PHIL. DR. ET AA. LL. MAG., IN ACAD. GEORG. AUGUSTA PRIVATIM DOCENS.

VOL. II.

ACCEDUNT VIRGILII INTERPRETES A MAIO PRIMUM EDITI, PHILARGYRIUS ET PROBUS.

GOTTINGAE

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXXVI.

MAURI SERVII HONORATI

GRAMMATICI

IN VIRGILII AENEIDOS

LIBR. XI.

1. *Oceanum interea surgens aurora reliquit*; more suo praetermisit noctis descriptionem, quam transisse indicat praesens ortus diei: et hoc est, unde ait Horatius (Art. P. 133.): *Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres.* Quae enim naturalia sunt, omnibus patent. [*Surgens* autem, quae surrexit, ἀνά et κατά.] — 2. *Aeneas* etc.; consuetudo Romana fuit, ut polluti funere minime sacrificarent. Si tamen contingeret, ut uno eodemque tempore funestaretur quis, et cogeretur operam dare sacrificiis, elaborabat, ut ante sacra compleret, quam funus agnosceret. Unde etiam Horatius Pulvillus in Capitolii dedicatione cum ab inimicis ei filius nuntiaretur extinctus, [ut quidam putant, falso, ut alii, pro vero] ait, *Cadaver sit:* nec voluit funus agnoscere, donec templa dedicaret. Secundum quem ritum etiam Aeneas inducitur ante operam dare sacrificiis: et sic ad sociorum et Pallantis sepulturam reverti. — 3. *Praecipitant curae*; urgent. Longam enim dilationem sepultura non patitur. [Sane cum *Quanquam* praemisisset, non intulit *Tamen;* ut alibi (E. 1, 28.): *Libertas quae sera tamen respexit inertem*, cum *Tamen* dixerit, non praemisit *Quanquam*. *Dare* vero *tempus*, relinquere, i. e. ut breve, et habet emphasim propter multitudinem negotiorum *] *Turbataque funere mens est*; funere Pallantis. Κατ᾽ ἐξοχήν. Nam est haec consuetudo apud poëtas, ut a plebe segregent duces. Sic paulo post ait: *Interea socios inhumataque corpora terrae Mandemus*, et intulit, [segregans]: *Moestamque Euandri*

primus ad urbem Mittatur Pallas. Sic dictum est (1, 30.): *Relliquias Danaûm, atque immitis Achilli.* Item (2, 566.): *Forsitan et Priami fuerint quae fata, requiras.* — 4. *Primo victor solvebat eoo;* antequam luctum subiret et funeraretur. *Primo* autem *eoo*, subaudimus *tempore.* Nam Graece ἠώς dicitur, quam nos *Auroram* vocamus. Homerus [ait] ῥοδοδάκτυλος ἠώς: quod nomen Latini traxerunt per derivationem, ut dicerent (2, 417.): *Et laetus Eois Eurus equis.* Item (1, 489.): *Eoasque acies.* Sane, ut etiam supra diximus, in hoc sermone prima syllaba naturaliter longa est: sed cum opus fuerit, corripitur [*Eos:*] aut licentia nominis proprii, aut quia eam vocalis sequitur. — 6. *Constituit tumulo;* in colle: quia tropaea non figebantur nisi in eminentioribus locis. Sallustius de Pompeio: *Devictis Hispanis, tropaea in Pyreneis* (Guelf. I. II. *pyrenei;* al. *Pyreneae*) *iugis constituit.* Ex quo more in urbibus tropaea figebantur in arcubus exaedificatis. Ideo autem nunc tropaeum ponit Aeneas, quia necdum plenam est victoriam consecutus: sed occiso Mezentio fugavit exercitum. Plenae enim victoriae, ut supra (10, 775.) diximus, triumphus debetur. Et persolvit vota vel propter tanti ducis interitum, vel quia fas erat, etiam de primitiis [belli] sacrificare. [*Tumulo* autem, deest *in*, i. e. in tumulo. *Induit arma;* ut (83.): *Indutosque iubet truncos hostilibus armis*, sine nomine.] — 7. *Tibi* etc.; [videtur interrupta descriptio.] Hoc per parenthesin dictum est [et prosphonesin, et post reddita: *magne* autem *bellipotens*, antonomasia per duo epitheta sine nomine.] — 8. *Aptat*; apte locat, et congrue [ponit vel figit, ut (8, 721.): *Aptatque superbis Postibus.*] — 9. *Telaque trunca viri;* i. e. praefracta: ita enim in tropaeis poni consuerunt. Iuvenalis (10, 134): *Et fracta de casside buccula pendet* (Guelf. I. *pendens*), *Et curtum temone iugum, victaeque triremis Aplustre.* [Vel *trunca tela*, quae de suo clypeo legeret. Ideo enim *trunca*, quod in evellendo praefracta.] *Et bis sex* etc.; duodecim vulneribus appetitum: quia, ut supra (2, 278.) diximus, totius Tusciae populus in duodecim partes fuit divisus: ut (10, 202.): *Gens illi triplex populi sub gente quaterni*, qui singulis Lucumonibus (Guelf. I. II. *Lucom.*) parebant. Moris autem fuit, ut interemptos duces omnis vulneraret exercitus. Sicut etiam de Hectore Homerus commemorat. [(Il. χ, 370.): Οἵ καὶ θηήσαντο κ. τ. λ.] Unde est: *Quae circum plurima muros Accepit patrios.* [Non ergo ab Aenea, sed ab his qui (10, 642.): *Uni odiisque viro telisque frequentibus instant*, quod ostendit Mezentius, cum sub Aeneae telis iaceret (10, 904.): *Scio acerba tuorum circumstare odia;* neque enim hoc in illo momento periculi meminisset, nisi eos cerneret imminere.] — 10. *Clypeumque ex aere;* figuratius, quam si *aereum* diceret, [ut alibi (4, 138.): *Cui pharetra ex auro.*] — 11. *Ensem colle suspendit eburnum;* vaginam eburneam. Sane *ebur*, *eboris* facit, non *eburis:* sicut *murmur*, *murmuris*. Unde quia in principalitatis declinatione varietas invenitur, etiam derivatio varia est. Nam *eburneus* facit ab eo quod est *ebur:* *eboreus* ab eo quod est *ebor*, *eboris*. [*Collo* autem, i. e., de collo. Paulatim de trunco arboris humanam figuram fecit, ut et sinistram illi det, et collum, quod valde quaeritur, an bene.] — 14. *Maxima res effecta, viri;* occiso tanto

ce: simul etiam tropaei ostenditur causa. [Et verecunde cum :ius opus sit, impersonaliter ait:] *Abesto*, absit: nam tertia rsona est. — 15. *Quod superest*; i. e. de reliquo: et est abuta elocutio. [Ut (9, 157.): *Quod superest, laeti bene gestis rpora rebus.*] *Et de rege superbo primitiae*; aut hoc dicit: .mitiae istae quas fecimus, non de plebe sunt, sed de rege perbissimo. Aut certe regem superbum Turnum accipiamus. .m de ipso legimus (10, 445.): *At Rutulum abscessu iuvenis ıc (cum) iussa superba Miratur:* ut sit sensus: Haec spolia et nc primam belli partem superbo Turno sustulimus. Nam hoc ıtheton proprium Turni est, quod ei Virgilius pro ingenti dat elere. Apud maiores enim superbia ingens facinus fuit, adeo Tarquinius pro multis sceleribus superbi nomen acceperit. — . *Mezentius hic est*; [pro] *talis est*, ut (9, 481.): *Hunc ego Euryale aspicio?* [I. e. talem; et utrum per contemptum, per commendationem hoc pronuntiandum?] *Murosque Laos*; [bene quasi hoc solum restet et hoc dicit:] Iam campestri ›eravimus praelio: restat ut etiam obsidione vincames. Credit m quod sibi iam aperte nullus occurrat: nec inaniter. Nam paulo post dicturus est Turnus: *Furta paro belli.* Et in duo:imo (34.) Latinus: *Vix urbe tuemur Spes Italas.* — 18. *Arparata animis*; aut Hypallage est, pro *armis parate ani-s.* Aut certe est mutanda distinctio, ut sit: animis et spe esumite bellum. *Praesumite bellum*; mente praeoccupate, ut ra Turnus (9, 158.): *Et pugnam sperate parari.* Bene em ait *praesumite*, quasi rem iam sui iuris, ut ei deberi vi.tur certa victoria. — 19. [*Ne qua mora*; ordo, ne qua mora ›ediat.] *Vellere signa Annuerint superbi*; ne [in] mora is], cum captatis auguriis ad bellum exire coeperimus. *Vel-e* autem proprie dixit, quia Romana signa figebantur in cas: et cum ad bellum eundum fuisset, captatis auguriis avellantur e terra. Nam alibi ea figi non licebat. Sed inter au-ia etiam hoc habebatur, si avellentem facile sequerentur, ›o ut cum filio in Orodis (Guelf. I. *arabis*) bello sit Crassus isus, qui iturus ad praelium (al. *Parthiam*) avellere signa vix uit. [Quod etiam Flaminio contigit, qui cum imperasset signa i, eaque non possent moveri, effosso solo in quo erant fixa, magna extrahi praecepit, et infeliciter apud Thrasymenum gnavit. Alii *vellere*, movere accipiunt. Ennius: *Rex deinde ıtus Convellit sese*, et in sacris *convelli mensa* dicitur, cum .itur. — 20. *Annuerint superbi*; bene in adhortatione nihil inauspicato vel sine deorum voluntate facturum promittit; ideo ı dixit Iussero, sed cum divi iusserint.] — 22. *Interea socios*; ıec tempus obsidionis adveniat. [Et *Interea socios, inhumaue corpora terrae*, ἓν διὰ δυοῖν pro *corpora sociorum.*] — *Qui solus* etc.; [hoc ideo intulit, quia in sexto (329.) de insetis dixit:] (Codd. tantum: *propter*): *Centum errant annos, volitque haec litora circum.* [Palinurus Aeneae (6, 366.): *Porque require Velinos, Sedibus ut saltem placidis in morte escam.*] Et bene *Acheronte sub imo*, quia haec res ad umıs tantum pertinet. Nam apud prudentes homines nullius menti sunt ista. — 24. [*Ite, ait*; vitiose in media oratione , positum Critici notant.] *Egregias animas*; ingenti arte

laudat, potius quam miseratur extinctos, ut praesentium a: in bella succendat. [Homer. ἰφθίμους ψυχάς. *Quae sanguin bis hanc patriam;* eleganter et hoc oratorie ad exhortati audientium sumptum est, nam laus defunctorum viventiu hortatio est, et bene *patriam* ait, tanquam fiduciam gerit vicerit. Sane cum hortatur socios ut sepeliantur occisi, ip: functis velut Epitaphion dixit.] — 27. *Quem non virtutis tem;* Ennii versus est. [*Egentem* sane nos ablativo iungimu 28. *Funere mersit acerbo;* acerbo, immaturo, translatio a p — 31. *Qui Parrhasio Euandro;* Arcadio a civitate Arc quam Donatus vult a parrha avi (Guelf. I. *a parum*) di quod procedit, si parrha (Guelf. I. II. *parra*) nomen est cum: si autem Latinum est, stulte sensit. Nam Graecum n etymologiam Latinam non recipit. [Alii Iovis filium Parrh dicunt qui habuit Arcadem filium, ex quo primo Parrhasii Arcades dicti sunt. Sane Arcadum genera fuerunt qua Parrhasiorum, Moenaliorum, Azanorum, Cynaethorum. Ali Exanas (Azanos) et Cythenos (Cynaethos) sed Axanes et Cy dicunt. * — 32. *Felicibus aeque;* hinc non felicitas compa sed ut est illud (G. 3, 513.): *Dii meliora piis;* non quia bona sunt, sed bona optat.] — 33. *Ibat;* pro *ierat. Alu alumnus* est, qui Graece τρόφιμος dicitur: quod nomen Latinum non est, ut ab eo quod est *nutritor*, inveniamus qui *nutritus est*, transiit ad nomen aliud, et *alumnum* di: 35. *Iliades crinem de more solutae;* has Aeneae ancillulas ligimus. Nam omnes [honestas] matres, hoc est mulieres n in Sicilia remansisse dixit, excepta Euryali matre, de qua mus (9, 417.): *Quae te sola puer tantis e matribus aus sequitur?* [*Crinem* autem *solutae*, figurate, ut (7, 503.): *F percussa lacertos.*] — 36. *Ut vero Aeneas* etc.; naturale est, ut intermissa lamenta repetantur, cum aliquis notus a rit. Sic in Statio: ingressis ducibus denuo defletur Arche [(Theb. 6, 37.): *Mox ut morientia dignis Vultubus Inach netrarunt limina reges, ceu nova tunc clades, et primo s infans Vulnera, letalisque irrumperet atria serpens, Sic ex alio, quamquam lassata fragore Pectora congeminant, in toque resultant Accenso clamore fores.*] — 39. *Nivei fultun lantis;* late patet hoc epitheton. Referri enim potest et ad rem pristinae pulchritudinis, et ad pallorem ex morte veni [et] ad frigus quod proprium mortuorum est: ut (6, 219.): *pusque lavant rigentis et ungunt.* — 40. *Levi in pe* pulcro, puerili, nondum setoso. — 42. *Tene, inquit;* i est: nam supra ait: Lacrymis ita fatur obortis. Sicut in (544.) posuit: *Et fidam sic fatur ad aurem.* Et paulo pos lit: [*Et sese ostentet in armis,*] *Dic ait.* Sane sciendum allocutionem talem esse, qualis illa noni (9, 423 sqq.) (al al. *est;* Guelf. II. omitt.), ubi defletur Euryalus. Nam locis bus commovet miserationem, ab aetate, a tempore, a vuln spe parentis. *Cum laeta* etc.; ac si diceret, quanquam n adversa, cum laeta talem intulit casum. Videtur autem quod queri non potest de fortunae crudelitate, quae e eodemque tempore et tanta contulit beneficia, et tale damnum. Bene autem *invidit fortuna mihi.* Ut (E. 8

Liber Pampineas invidit collibus umbras. — 45. *Discedens dederam*; κατὰ τὸ σιωπώμενον hoc intelligimus. Nam abscedens nusquam est Euandrum allocutus Aeneas. — 48. *Cum dura praelia gente*; subaudimus *fore*. — 50. *Fors et vota facit*; et forte, [utrumque enim dicimus] etiam [et] vota suscipit. Potest et unum esse forset, i. e. *forsitan* vota facit, [et iam vota suscipit.] *Cumulatque altaria donis*; i. e. sacrificat et suscipit vota. Naturaliter autem queritur de errore (al. *terr.*; Guelf. 1. *horr.*) mentis humanae. — 51. *Nil iam coelestibus ullis Debentem*; vivi enim superorum sunt: mortui ad inferos pertinent. Unde in duodecimo (647.): *Vos o mihi manes Este boni, quoniam superis aversa voluntas.* Superis autem debemus omnia, donec vivimus, ideo quia, ut dicunt physici, cum nasci coeperimus, sortimur a Sole spiritum, a Luna corpus, a Marte sanguinem, a Mercurio ingenium, a Iove horum (Codd. *honorum*, s. *honoris*, *omnium*) desiderium, a Venere cupiditates, a Saturno humorem: quae omnia singulis reddere videntur extincti. [Et hoc secundum physicam disciplinam; tradunt enim physici, omnia nos mereri a superis quae rursus extincti reddimus ipsis potestatibus supernis, quod et Plato videtur astruere, qui dicit, quod cum de effluxione fontium non aliarum quarumlibet rerum, sed ipsarum stellarum fuerint animae corporibus commodandae, quicquid de ipsis fontibus stellarum ebullit, hoc intelligi debere stellas. Ergo priusquam in corpora ingrediantur animae per haec signa erratica transeuntes, singula supradicta singulae accipiunt. Item exeuntes singula sigulis redhibere dicit, quae in corpus venientes perceperunt.] — 52. *Vano moesti comitamur honore*; inani, ut supra diximus, quantum ad vivos pertinet; [nam talia de mortuis fiunt ad solatium superstitum, ut est apud Ciceronem in Catone maiore (c. 20.): *Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum et lamentis vacare. Vult, credo, se esse carum sociis.* — 53. *Infelix nati funus*; hoc quidam ἀνέκδοτον et vulgare accipiunt, sed decenter ad exprimendum patris adfectum nunc ad patrem redit.] — 54. *Hi nostri reditus*, i. e. tales [sunt:] ut (16.): *Manibusque meis Mezentius hic est.* [*Expectatique triumphi*; modo de se loquitur.] — 55. *Haec mea magna fides*; κατὰ τὸ σιωπώμενον: quam de Pallantis reditu promiserat patri. [*At non Euandre*; aut mutavit declinationem; nam *Euander* facit, ut ipse (10, 515.): *Pallas Euander in ipsis*; aut Graecum vocativum fecit, ὦ Εὔανδρε.] *Pudendis vulneribus*; a tergo illatis: et est consolatio. [Quid autem *pudendis* sit, ipse exposuit dicendo *pulsum aspicies.*] *Nec sospite*; antiptosis est pro *sospiti*: et hoc dicit: Si fu[g]isset vulneratus a tergo, ipsi ei optares interitum. [Alii, non talem habes, inquit, filium quo sospite tibi dirum funus optares, quod parentes sibi precari solent ob nequitiam liberorum. Alii, non optabis, inquit, sospiti filio mortem, quod magis heroicae personae convenit, et quare *sospite* pro *sospiti*?] — 59. *Haec ubi deflevit*; hoc est, postquam haec cum lacrymis dixit. *Flere* enim est, cum voce lacrymare. Unde habemus in sexto (426.): *Continuo auditae voces, vagitus et ingens: Infantumque animae flentes in limine primo.* — 60. *Toto lectos ex agmine*; Troianos, Tuscos, Arcadas. — 63. *Exigua*; quamvis enim magna

sint, orbitati patris prodesse non possunt. [Sed tamen exhibenda sunt patri, quia debentur: aut est sensus, non quidem respensura luctui, sed tamen solennia. Ergo iustitiae potius causa quam solatii.] — 64. *Pheretrum;* [*feretrum* locus ubi mortui feruntur, et est Graecum nomen. Nam] Graece φέρτρον dicitur. Unde per diaeresin feretrum fecit, [dictum a *ferendo:*] nam Latine *capulus* dicitur. Unde [et] ait Plautus (Mil. 5, 1, 34.): *Capularis senex*, i. e. vicinus (V. *dignus*) capulo. Et dictus est *capulus*, eo quod corpus capiat. — 65. *Vimine querno;* sunt aliquae durae derivationes, tamen eis sic utimur, ut *quernum vimen*, item *colurnum veru.* Ut (G. 2, 390.): *Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. Ficulnum lignum*, ut Horatius (Serm. 1, 8, 1.): *Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.* Item *Aprugnum callum* [pro *apinum*, ut Plautus (Pers. 2, 5, 4.)] — 66. *Obtentu frondis inumbrant;* veluti cameram quandam capulo ramorum extensione fecerunt. — 67. *Agresti sublimem in stramine*; hoc est super frondes ponunt. Nam hic reddit quod omiserat supra dicens: *Extructosque thoros:* nec addens unde. — 68. *Demessum;* participium est veniens ab eo quod est *metor.* Sane ab eo quod est *meto*, praeteritum perfectum *messui* facit. [*Languentis hiacynthi*; *languentis*, aut postquam decerptus sit, aut quia non est acuti coloris, aut quando demittit caput. Sane Hiacynthus puer fuit Eurotae, vel, ut quidam volunt Hyabili (Oebali) filius, cetera de hoc in Bucolicis dicta sunt.] — 70. *Sua forma recessit*; i. e. propria pulchritudo. — 72. *Ostroque auroque rigentes;* unum *que* vacat: et est additum hiatus causa. — 73. *Laeta laborum;* figura est, *laetus illius rei.* Nam modo dicimus *laetus labore.* — 74. [*Suis manibus Sidonia Dido;* ut (4, 263.): *Dives quae munera Dido. Suis* autem *manibus*, ut heroides solebant.] — 75. *Discreverat;* depinxerat, simul [et] amantis (R. V. *mentis*) affectus ostenditur. — 76. *Harum unam*; [*unam* pro *alteram*] de duobus [scilicet], et *horum alterum* et *horum unum* possumus dicere. Nam artigraphi hoc tantum vetant [dicere], ne de duobus *alium* dicamus: quod de multis proprie dicitur. Sane figurate dixit, *Vestem induit*, ut (2, 275.): *Exuvias indutus Achillis:* cum in usu sit, *Induit illa re.* Ut (83.): *Indutosque iubet truncos hostilibus armis.* [I. e., truncos indutos iubet offerri. Sane hoc videtur secundum ceremonias Flaminum subtiliter dixisse; Flamini enim nisi unum mortuum non licet tangere, sed Aeneas plurimos postea occidit. Sed aliud est, in bello occidere, aliud, mortuum tangere: sciendum est tamen, Aeneae omne genus sacerdotii tribui] — 77. *Arsurasque comas obnubit amictu;* harum unam [de duabus vestibus] induit iuveni, altera caput eius velavit. Nam supra duas vestes dixit esse prolatas. *Obnubit* autem, velavit: translatio a nubibus, quibus tegitur coelum. Unde et *nuptiae* dicuntur, quod nubentium capita [obnubuntur, i. e.] velantur. — 78. *Laurentis praemia pugnae;* mittit praemia quae de praeda Laurentis pugnae sustulerat. Nam praeda est quae eripitur; praemium, quod offertur. — 80. *Quibus spoliaverat hostem;* vel Pallas, vel Aeneas. Nam ambigue positum est. *Spolia* autem, cum proprie ea tantum sint quibus hostis spoliari potest, ut lorica vel vestis, abusive iam *spolium* dicitur,

quicquid hostibus tollitur. Unde est (6, 168.): *Postquam illum vita victor spoliavit Achilles.* [Alii *equos et tela quibus spoliaverat hostem*, ad Pallantem volunt tantum pertinere, quia in Antiquis Disciplinis relatum est: *Quae quisque virtute ornamenta consecutus esset, ut ea mortuum eum condecorarent.* Sallustius: *Exuant armis equisque.*] — 81. *Umbris inferias;* proprie; nam *inferiae* sunt sacra mortuorum. — 82. *Caeso sanguine*; pro *caesorum.* Ut supra: *Captivoque rogi perfundat sanguine flammas*; (nec enim sanguis caeditur.) — 84. *Ipsos ferre duces;* suos scilicet, qui illis mille praeerant. Melius tamen est, iubet truncos ferre ipsos duces, i. e. ducum spolia, ut *tropaea, duces* ipsos dixerit. Sicut supra (16.): *Manibusque meis Mezentius hic est,* [de tropaeo; duces autem, ut Halesum et eiusmodi quos occiderat Pallas, duces ipsi portarent, nam ducum fuerat tropaea portare, ut habeat pater solatium de victoria filii, et honor funeri accedat.] *Inimicaque nomina figi;* pro *inimicorum;* dicit autem affixos tropaeis titulos cum nominibus occisorum. — 85. *Ducitur infelix aevo confectus Acestes;* quasi qui consternatus nimio dolore ire non poterat. Et bene ex rerum permutatione expressit doloris magnitudinem dicens, ita doluisse Acestem, ut paene carens humano sensu per se ire non posset, et equum ita sensisse interitum domini, ut in humanum migraret affectum. Nam et lacrymabat et sponte sequebatur cadaver. [Et bene, cum hominis sit *ire*, equi *ducere*, hominem autem *duci* ait, de equo, *It lacrymans.*] — 86. *Foedans*; vel cruentans, vel lacerans. — 87. *Terrae*; i. e. in terram. [Et figurate sternitur terrae, ut (12, 382.): *Truncumque reliquit arenae.* — 88. *Perfusos sanguine currus;* aut captivorum, aut ipsius Pallantis. — 89. *Post bellator equus;* militaris enim disciplinae fuit, ut equus usque ad sepulchrum duceretur, armiger perversa arma gestaret, unde hanc consuetudinem videtur poëta servasse.] *Positis insignibus;* sine phaleris. — 90. *It lacrymans;* quod autem equum dicit *lacrymare*, non mirum est, cum Homerus etiam divinantem induxerit. [Xanthum equum Achillis mortem (Il. τ, 408.): Καὶ λίην κ. τ. λ. Et paulo post: Ἀλλά σοι κ. τ. λ. Equos autem Achillis inducit Patroclum lugentes (Il. ϱ, 426.): Ἵπποι κ. τ. λ. Plinius solum equum praeter hominem lacrymare, et doloris affectum sentire dicit.] *Aethon*; nomen equi, quo etiam Aurorae equus vocatur; [vel a splendore; nam αἴϑω, *ardeo* dicitur; vel a cursus celeritate, quasi ἀεὶ ϑέων, i. e. perpetuo currens, indefessus. Quod autem *equus bellator* dicitur, et phalanx comitatur iuxta morem Romanum ait, ut dignitas in regii adulescentis servetur exsequiis, quia apud Romanos quod erat vivo concessum, mortuo non adimebatur, militaris autem disciplinae erat. *Guttis grandibus;* bene *grandibus*, quia de equo.] — 91. *Nam cetera Turnus Victor habet;* κατὰ τὸ σιωπώμενον et alia eum sustulisse intelligimus, non tantum balteum: ut legimus supra. [Nam sola hasta et galea ostenditur remansisse.] — 92. *Phalanx;* lingua Macedonum, legio. Quod autem ait *moesta*, Arcadas intelligimus. Unde infert: *Teucrique sequuntur, Tyrrhenique duces.* Et hoc est, quod ait supra: *Et toto lectos ex agmine mittit Mille viros.* — 93. *Versis Arcades armis*; lugentum more mucronem hastae, non cuspidem contra terram tenentes. [Quo-

niam antiqui nostri omnia contraria in funere faciebant.] Scuta etiam invertentes propter numina illic depicta, ne eorum simulacra cadaveris polluerentur aspectu, [sicut habuisse Arcades Bacchilides in dithyrambis dicit, et hoc,] ut nonnullis frustra placet. Nam lugentum mos est prioris habitus immutatio. [Alii *versis armis* in obliquum versis scutis, ne splenderent insignia. *Arma* autem scuta dici, ipse declarat, ut (10, 841.): *Lausum socii exanimem super arma ferebant*; sed potest hoc de armis versis non ad Arcadas solum, sed ad omnes pertinere. An *versis armis*, quod interempto Pallante victos iam se Arcades arbitrabantur. Alii dicunt, hunc morem fuisse, ut de suo duce nunquam voce quereretur exercitus, ne seditio paulatim insurgeret, verum armorum ordinem mutantes scuta supina portarent. Ergo vel Aeneas ab Arcadibus arguitur, quod Pallas non sit vindicatus, vel Euander, quod novi hospitis gratia adolescentem temere in bella proiecerat. — 94. *Comiium*; potest pro *comitantium* accipi. — 95. *Gemituque*; deest *cum.*] — 96. *Alias hinc ad lacrymas*; ad aliam sepulturam, [i. e., ad ceteros sepeliendos, qui eodem praelio ceciderunt.] — 97. *Salve* etc.; Varro in libris Logistoricis dicit: *Ideo mortuis S a l v e et V a l e dici: non quod aut v a l e r e aut s a l v i esse possunt* (al. *possint*), *sed quod ab his recedimus, eos numquam visuri.* Hinc ortum est, ut etiam maledicti significationem interdum *valeat* obtineat. Ut Terentius (Andr. 4, 2, 14.): *Valeant qui inter nos discidium volunt*, hoc est, ita a nobis discedant, ut nunquam ad nostrum revertantur aspectum. Ergo cum mortuo dicitur *vale*, non etymologia consideranda est, sed consuetudo, quod nullis vale dicimus, nisi a quibus recedimus. — 100. *Oratores*; legati: a *perorando* pro republica nominati, [quod *orabant*, i. e. *agebant*, unde et *actores causarum*, *oratores* appellantur.] *Urbe Latina*; pro *Latini*: i. e. de Laurolavinio. — 101. *Velati ramis oleae*; non coronati; nec enim lugentes decebat; [ut qui pro mortuis precabantur,] sed instructi, et ornati: i. e. in manibus olivae ramos ferentes. Sicut Homerus (Il. *α*, 14.): *Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν [ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.]* *Velari* autem, ornari: et illo loco significat (5, 366.): *Victori velatum auro vittisque iuvencum*: cum vittis non aut velentur aut coronentur victimae, sed ornentur, [aut certe *velati*, ab omni iniuria tecti, iure gentium.] *Veniamque rogantes*; beneficium [iuxta antiquum modum dictum, hoc est sepulturam suis petentes.] — 102. *Ferro quae fusa*; *fusa* modo interempta, alias fugata, sed discernuntur epithetis: ut si dicas, ferro fusus est, vel metu fusus. — 103. *Redderet*; ostendit iam campos in Troianorum esse potestate. — 104. [*Nullum cum victis certamen*; deest *esse oportet.*] *Et aethere cassis*; [i. e. luce] vacuis: unde et *retia*, *casses* dicimus. Et vestimenta araneorum *casses* dicuntur. Hoc autem bene addidit, quoniam victi possunt innovare certamen. — 106. [*Bonus Aeneas*; ideo, quia ab eo facile impetratur.] *Haud aspernanda*; iusta, non contemnenda. Sepulturae enim beneficium generaliter debetur universis. — 107. [*Venia*; quam petebant, aut *venia*, humanitate.] *Insuper addit*; accumulat verbis beneficium, dicens, pacem se etiam vivis velle praestare. [Pacem] aut[em] ideo defunctis, quia ait supra: *Nullum cum victis certamen*, et mortuo-

rum pax, sepultura est. Unde elegit verbum [quod tam vivis, quam mortuis] utrisque aptum [esset.] — 108. *Quaenam*; quanta et qualis. Nam mirantis est: nec enim dubitat, cum ipse dicat *Indigna*. [Ergo potest ἐπεξήγησις esse, quaenam vos fortuna implicuit, quae est indigna bello: et mira est oratio conciliantis se hostibus suis.] — 109. *Implicuit*; i. e., involvit invitos: [*Bello* autem, incertum dativus an ablativus. — 110. *Martis sorte peremptis*; ad illud, *nullum cum victis certamen*.] — 112. *Nec veni*; nec venissem: tempus est pro tempore [et vitavit ὁμοιοτέλευτον.] — 113. *Nec bellum cum gente gero*; [subaudiendum]: Sed cum Turno: per quod [populariter] eorum captat favorem: [aut ut seditionem eorum adversum regem invocat. — 114. *Hospitia*; hoc verbum duo significat, ... * (sig., et quo ab alio recipimur,) et quo aliquem recipimus.] — 115. *Huic morti*; i. e., huic morti δεικτικῶς, quasi iacentes ostendit. — 116. *Si bellum finire manu*; hoc est internecione, potest enim et pace finiri. — 117. [*His mecum decuit concurrere telis*; aut qui se Teucros parat pellere, aut tela sua ostendit, ut armatus in concilio fuerit.] — 118. *Vixet*; pro *vixisset*: et est Syncope. *Deus, aut sua dextra dedisset*; victoria [enim] vel vita duplici ratione consistunt, aut virtute, aut voluntate fortunae. — 119. *Miseris civibus*; quasi aliena culpa pereuntibus; [et bene commendatur dicentis bonitas, quasi et ipse eorum misereatur.] — 120. *Obstupuere silentes*; i. e. obstupefacti sunt, et silere coeperunt, (votum tantae (Guelf. I. *tectae*) benevolentiae et virtutis.) — 122. *Tum senior*; cui ab aetate praestabatur auctoritas. *Odiis* etc.; [aut qui eum odio semper et criminationibus persequebatur.] Aut propter suum crimen, i. e. inertiam, quam semper virtuti constat esse contrariam. Aut Turni crimine, qui tot viris causa mortis extiterat. — 124. *Orsa refert*; coepta verba. *O fama ingens, ingentior armis*; frustra ait Donatus, hoc nomen de his esse, quae non recipiunt comparationem. Nam quia augmentum recipit, et comparatur, alia illa sunt nomina, in quibus est dubitatio, utrum comparentur, ut est *perfectus*, quod si velis compararare, [ut dicas *perfectior*,] incipit *perfectus* non esse *perfectus*. — 125. *Coelo te laudibus aequem*; pro his qui in coelo sunt, i. e. diis: ut (8, 64.): *Caeruleus Tibris coelo gratissimus amnis*, [et est oratorium non invenire paria verba virtutibus. *Coelo* autem Dativus, *laudibus* ablativus.] — 126. *Iustitiaene* etc.; figura Graeca, *Miror illius rei et regno illius rei*, ut [θαυμάζω ἐκείνου, καὶ ἄρχω ἐκείνου. Homer.] (Il. λ, 38.): Τυνδαρίδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις. Inde Horatius ait (Carm. 3, 30.): *Et qua pauper aquae Daunus agrestium regnavit populorum*, pro *agrestibus populis*, [ita et hic *Iustitiae*, *laborum* genitivum pro ablativo; si autem *Iustitiae* legeris, subaudiendum *iustitiae laudibus*, si *iustitia*, subaudiendum *praeditum*.] — 128. *Si qua viam dederit fortuna*; *viam*, [i. e.] rationem. Et bene cum exceptione pollicetur, dicens: Si voluntatem nostram fortuna comitetur. — 129. *Foedera Turnus*; vel coniugii, vel amicitiarum, [et potest videri deesse *alia*.] — 130. *Fatales moles*; quia audierat (112.): *Nec veni, Nisi fata locum sedemque dedissent.* — 131. *Saxa Troiana*; ambitiose ait, quasi Troianis fataliter debita, [vel *Troiana*, in usum Troianorum]. — 133. *Pepigere dies*; pacti

sunt. Nam ab eo quod est *paciscor*, et *pepigi* et *pactus sum* facit: sicut ab eo quod est *parco*, et *parsi* et (*persi* et) *peperci* [facit.] *Pace sequestra;* media (et temporali.) Nam[que] *sequester* est [aut] medius inter duos altercantes, [aut] apud quem aliquid ad tempus seponitur, [dictum autem a *sequendo*, quod eius qui electus sit utraque pars fidem *sequitur*.] *Pacem* ergo *sequestram*, inducias dicit: i. e. pacem temporalem, et mediam inter bellum praeteritum et futurum. — 134. *Mixtique impune Latini;* apud maiores enim magna erat cura fidei, adeo ut [induciis factis colloqui soliti essent duces populi Romani cum hostium ducibus, summaque severitate vindicatum, si iniuriam se passos quererentur, denique obsessa urbe a Tarquinio,] inter Porsennam et Romanos factis induciis, cum ludi Circenses in urbe celebrarentur, ingressi hostium duces curuli certamine contenderent, et victores coronarentur. [*Impune* autem, hoc loco sine periculo.] — 135. *Ferro bipenni;* ad epitheton transtulit nomen proprium. Nam *bipennis* per se plenum est, et securim significat, ut (2, 627.): *Crebrisque bipennibus instant.* — 137. *Robora;* modo genus ligni* est. Nam est inter specialia nominatum. — 138. *Plaustris gementibus;* sub pondere sonantibus. — 141. *Quae modo* etc.; [*Latio*, pro *in Latio*.] Bene *modo*. Uno enim eodemque die et fortiter fecit et periit: ut (10, 507.): *Haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert.* [Alii *modo*, paulo ante accipiunt. Sed *modo*, haud cum affectu, ut acerbior luctus de tanta mutatione nasceretur; alii *modo*, paene accipiunt.] — 142. *Arcades ad portas ruere;* eos [nunc Arcadas] dicit, qui intra civitatem sunt. [Multa tamen exemplaria: *Arcadas at portis* (Fabr. *portas*) *ruere*, habuerunt, ut coniunctio sit non praepositio, ut (4, 404.): *It nigrum campis agmen*, pro, *per campos* et (4, 130.): *It portis iubare, per portas: ruere* autem, i. e., magna velocitate ferri, ut (3, 676.): *Excitum ruit*, ad portas, et (G. 3, 104.): *Ruuntque effusi carcere currus*, et *ruere* pro ruebant, infinitum pro pronuntiativo.] *De more vetusto;* quia antea per noctem cadavera funerabantur (Vos. *ferebantur*, Dan. *profereb.*, Fabr. *praefun.*, V. *funer. vel pro funera fereb.*, R. *vel pro funera fereb.*, Steph. *pro funere fereb.*) cum iaculis. — 143. *Rapuere faces*; rapuere, raptim et festinanter tulerunt. [Sed apud Romanos moris fuit, ut noctites (noctu) efferrentur ad funalia; unde etiam *funus* dictum est, quia in religiosa civitate cavebant, ne aut magistratibus occurrerent, aut sacerdotibus, quorum oculos nolebant alieno funere violari. Inde etiam qui funeri praeerant, a *vespera* primum *vesperones*, deinde *Vespillones* dicti videntur, et magis moris Romani, ut impuberes noctu efferrentur ad faces, ne funere immaturae sobolis domus funestaretur, quod praecipue accidebat in eorum qui in magistratu erant filiis. Ideo Virgilius Pallantis corpus facit excipi facibus, quia acerbum funus. *Funera* autem alii a *funalibus candelis*, sebo vel cera circumdatis dicta. quod his praelucentibus noctu efferrentur mortui. Alii a *fungendo*, quod eo praesumo * (supremo) in eo qui decessit officio fungimur, vel quod hi qui mortui sunt, *vita functi* dicuntur. Alii tradunt, de filiis qui in potestate patris sint, non putari ius esse *funus* vocari fierique, quia servi loco sint parenti, et si id fiat

familia funestata sit. Ergo hic merito Pallantis funus facibus celebratur, ut filii. Alii sicut Varro et Verrius Flaccus dicunt: Si filius familias extra Urbem decessit, liberti amicique obviam procedunt, et sub noctem in urbem infertur in (cum) cereis facibus, [quoniam] praelucentibus, ad cuius exsequias nemo rogabatur. Sane haec corpora sive proiici iubebantur et a *cadendo*, sive quod sepultura *carebant*, *cadavera* dicta.] — 144. *Discriminat;* dividit. Unde et discrimen capitis muliebris dicitur, [ex eo quod caput auro *discernat*. — 146. *Succedere*; ut (103.): *Tumulo sineret succedere terrae*.] — 147. *Incedunt;* implent: ut (10, 895.): *Clamore incendunt coelum Troesque Latinique.* — 148. *Vis ulla*; nec aetatis imbecillitas, nec severitas regia. — 149. *Feretro Pallante reposto;* i. e. posito Pallantis feretro. Nam Antiptosis est. — 152. *Non haec* etc.; duplex expositio est: aut enim hoc dicit: Non mihi talia promittebas, ut crederem, cautius te dimicaturum; ut intelligamus proficiscentem Pallantem promisisse patri victoriam, caedem hostium, plurima spolia. Qui enim haec cogitat, cautelae obliviscitur, aviditate vincendi: aut certe *non*, pro *nempe* accipiamus, ut in Terentio (Adelph. 4, 2, 21.): *Non tu hunc* (al. *eum*) *rus produxe te aiebas* (al. *rus hinc modo pr. a.*; R. *prodisse*, Vos. *prodiisse ageb.*, Dan. Fabr. *produxisse te ai.*; Guelf. I. II. *produxisse ageb. s. aieb.*)? i. e. [nonne,] nempe; ut nunc sit sensus: Nempe mihi haec dederas promissa discedens, quia cautius fueras dimicaturus: [alii non *parenti* sed *petenti* legunt, ut non iure affectionis quam filius patri debebat, sed humanitatis eum convenire videatur. Petenti mihi, o Palla, fidem dederas te cautius quam fortius dimicaturum, et affirmant, si *parenti* legendum esset, potuisse dici: *Non haec o fili dederas promissa parenti.* Alii haec κατὰ τὸ σιωπώμενον dicta accipi volunt.] — 154. *In armis;* apud armatum, cuius consilium cupido victoriae plerumque conturbat. — 155. [*Praedulce decus;* aut valde dulce, aut quasi immaturum. — 156. *Primitiae*; rudimenta, quasi *Troiani*. *Bellique propinqui*; vel quod ante maturam aetatem Pallantis venerit, aut *propinqui*, nimium vicini, quo Pallas mitti posset. Sane hoc bellum *Antarium* vocari solitum, quod sit ante Urbem quasi ante Aras. — 157. *Dura*; misera et infelicia.] — 158. *Vota precesque meae;* supra (50.): *Fors et vota facit.* [*Tuque o sanctissima coniux*; *sanctum* non semper sacrum neque religiosum est, ut hic, ubi *sanctissima* incorruptae castitatis significat, unde et *sanctae leges* appellantur, quae neque corruptae sunt, neque corrumpi possunt.] — 159. *Felix morte tua*; ea sorte felix quae ceteri dolent[ur.] [Et bene tua, ne ut ipse filii morte fieret infelix.] — 160. *Vivendo vici mea fata*; diu vivendo. Ut in Bucolicis (E. 9, 2.): *O Lycida vivi pervenimus. Vici* autem *mea fata:* i. e. naturalem ordinem vita longiore superavi; [an hoc tantum, ut superstes essem filio meo?] namque hic ordo naturalis est, ut sint parentibus superstites liberi. *Fata* [eius] ergo generalia dixit, referens se ad naturalem ordinem, non ad fatum proprium. Nam fata superare nemo hominum potest. Unde multi sic distinguunt: Contra ego vivendo vici vitam, scilicet filii. [I. e., Supervixi. Veteres enim *vivendo vincere* dicebant supervivere, ut (G. 2, 295.): *Multa virum volvens vivendo secula vincit*,

nam et in Togatis *victrices* appellantur, quae viros extulerunt. Plautus in Epidico (2, 1, 8.): *Quia tibi licuit eum vivendo vincere.*] Nam hoc est, *Superstes restarem ut genitor*, ut *Mea fata*, per exclamationem dictum sit. Sciendum tamen, etiam irrationabilia dolentibus dari. — 161. *Restarem*; essem. — 162. [*Obruerent Rutuli telis*; i. e. *me*; et bene etiam sibi irascitur, sic enim natura immoerentis exprimitur.] *Dedissem*; reddidissem. — 163. *Pompa*; exequialis [scilicet. *Me*; vehementius pronuntiandum, et bene Pallanta ipsum omen (ips. nomen posuit)]. — 164. *Nec vos arguerim*; exonerat eorum pudorem, ne videantur ei causa orbitatis fuisse, dicens sibi hoc fataliter debitum. [*Arguerim* autem, alias indicaverim, ut (4, 13.): *Degeneres animos timor arguit*; alias accusaverim, ut nunc Cicero: *Arguis fatentem.*] — 165. *Senectae*; deest aetati: nam senecta aetas dicitur. Sallustius: *Senecta iam aetate.* Per se autem plenum est, si *senectus* dicamus. [Nam si *senecta*, aut addendum aetas, aut intelligendum. — 166. *Quod si immatura manebat*; magnifice servat decorem, quod se revocat ad heroicam consolationem.] — 168. *Ducentem in latium Teucros cecidisse iuvabit*; lucrum quodammodo putat, impendisse pro amicorum felicitate filium, qui morti fuerat acerbo funere fataliter debitus. [Et est a qualitate beneficii solatium.] — 169. *Non alio digner te funere Palla*; latenter hic Aeneae ostenditur pietas, qui in amici funus tanta contulit, ut pater amplius praestare non possit. [Alii *dignem* legunt iuxta veteres ab eo quod est *digno*: Calvus: *Hunc tanto munere digna.* Pacuvius in Hermione: *Cum neque me inspicere aequales dignarent.* Hinc ipse Virgilius (3, 475.): *Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.* — 170. *Quam pius Aeneas*; deest *quo*, ut sit *quam quo.*] — 173. *Tu quoque* etc.; [i. e., in trunco armatus.] Sicut isti duces de quibus haec sunt tropaea. Nam supra ait (83.): *Indutosque iubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces.* — 174. *Esset par aetas*; vel mea, vel filii, nam ad utrumque potest referri. — 175. *Demoror armis*; *ab armis*: et hoc videtur dicere: Dimittendi sunt Troiani, ut morte Turni satisfiat doloribus meis, quod etiam posteriora significant. — 179. *Meritis* etc.; nihil est aliud quod possit vel virtus tua, vel fortuna praestare; nam his rebus victoria contingit; nisi ut occiso Turno, et vindices filium, et patrem consoleris orbatum. — 181. *Sed nato* etc.; ac si diceret, hanc solam esse causam, quae eum cogat ad vitae patientiam, ut filio Turni nuntietur interitus. — 183. *Extulerant lucem*; Asinius Pollio dicit, ubique Virgilium in diei descriptione sermonem aliquem ponere aptum praesentibus rebus, ut hoc loco: quia funerum et sepulturarum res agitur, dicit *extulerat*; [nam et *efferre*, est ad sepulturam ferre. Terentius (Andr. 1, 1.): *Effertur, imus.*] Item in quarto (585.), quia est navigaturus Aeneas, et relicturus Didonem, dicit: *Tithoni croceum liquens aurora cubile.* Quod licet superfluum sit, in multis tamen locis invenitur [necessarium.] *Miseris mortalibus*; qui sunt subiecti tot casibus. Homerus (Il. χ, 31.): *Δειλοῖσι βροτοῖσι*, i. e. miseris mortalibus, non timidis, [cum δειλὸς et *miserum*, et *timidum* significat.] — 184. *Opera, atque labores*; hoc opus et haec opera tunc dicimus, quando negotium ipsum quod geritur, significamus. Si autem

feminino genere dixerimus *operas*, ipsas personas quae aliquid faciunt, significamus. Sicut *custodia* dicitur quae custodit, ut, *Cernis custodia qualis Vestibulo* (al. *Velivolo*) *sedeat.* Nam ut hi qui custodiuntur, *custodiae* dicantur, usurpatum est. Unde male est in usu: custodiae audiuntur. — 185. *Constituere pyras; pyra* est lignorum congeries. *Rogus*, cum iam ardere coeperit dicitur. *Bustum* vero iam exustum vocatur. Quem ordinem servat poëta, dicens: *Constituere pyras.* Item: *Subiectisque ignibus atris Ter circum accensos Decurrere rogos.* Item postea: *Semustaque servant Busta.* — 186. *More tulere patrum*; quia apud varias gentes diversa fuerunt genera sepulturae. Inde est quod alii obruuntur, alii exuruntur, alii proprias remittuntur ad patrias: alii per diem, ut nunc isti: alii per noctem, ut supra Pallas. Et perite has varietates Virgilius posuit. Namque Heraclitus, qui omnia vult ex igne constare, dicit, debere corpora in ignem resolvi. Thales vero, qui confirmat, omnia ex humore procreari, dicit obruenda corpora, ut possint in humorem resolvi. *Ignibus atris;* atqui ignes *atri* non sunt, sed epitheton traxit de negotio, ut *atris* diceret, hoc est funebribus: ut paulo post: *ter Moestum funeris ignem*, i. e. funebrem. Nam moestus esse non potest ignis. [*Atris*, cum concipiuntur.] — 187. *Conditur* etc.; i. e. aër fumi obscuritate completur. — 188. *Cincti fulgentibus armis*; [i. e. incincti et instructi.] Frustra hoc epitheton notant Critici, quasi circumeuntes rogos alia arma habuere debuerint. *Cincti*, i. e. instructi. — 189. *Decurrere rogos*; pro *circum rogos cucurrere.* Bene autem ait *decurrere*, non *decucurrere.* Nam verba quae in praeterito perfecto primam syllabam geminant, ut *curro*, *cucurri*, *tondeo*, *totondi*, cum composita fuerint, geminari non possunt. Nam *decurri* et *detondi* dicimus, non *decucurri* neque *detotondi:* exceptis tantum duobus, [*do* et *sto.*] (L. *sto*, *steti*, *do*, *dedi*; faciunt enim, *resto*, *restiti*, *reddo*, *reddidi.*) — 191. [*Spargitur et tellus lacrymis*; ὑστερολογία est, nam prius est ut arma spargantur lacrymis quae corpori adhaerent, quam terra. — 192. *It coelo*; pro in coelum.] *Clangorque tubarum*; ante enim mortui ad tubam deducebantur. Unde Persius (3, 103.): *Hinc tuba candelae tandemque beatulus alto Compositus lecto.* — 193. *Hinc alii spolia occisis direpta Latinis*; secundum suae gentis ritum: alii hostilia arma, ali peremptorum cremabant corpora. — 195. *Ferventesque rotas;* nimio scilicet cursu. Alibi (G. 3, 107.): *Volat vi fervidus axis.* Horatius (Carm. 1, 1.): *Metaque fervidis evitata rotis.* [Et *ferventes* non modo, sed quae soleant fervere, ut (4, 135.): *Spumantia frena.*] — 196. *Et non felicia tela;* quibus se defendere nequiverunt. — 197. *Mactantur corpora morti*; aut in mortem, aut *Morti* ipsi deae. Statius (4, 528.): *In scopulis* (Guelf. I. V. *specul.* Guelf. II. *speluncis*) *Mors saeva sedet.* Lucanus (6, 600.): *Ipsamque vocatam Quam* (V. Guelf. II. *quos*, L. R. Vos. Guelf. I. et al. *quem.* Dein codd. *mortem tibi s. sibi;* L. R. *cogis*) *petat a nobis mortem tibi coge fateri. Circa* autem, ideo quia, ut Homerus dicit, in morte Patrocli circa corpus extincti, tam homines quam pecora immolabantur, ut uno igni cremarentur. Unde est in sexto (228.): *Ossaque lecta cado texit Corinaeus aheno.* [Homerus ἐν τῷ ψ. (170.) ad Patrocli pyram: Ἐν

δὲ τίθει κ. τ. λ.] — 198. *Raptas*; raptim advectas. Nam post inducias rapere non poterant: aut certe [ante] *raptas*, belli scilicet tempore. — 199. [*In flammam*; i. e. in rogum. — 201. *Busta*; *bustum* dicitur id quo mortuos conbusta e * ossa quae eius sibi iusta (quo mortuus combustus est, ossaque eius ibi iuxta; Heins. *mortui combusta erant, quod eius ibi ossa usta sint sep.*) sunt sepulta. Alii dicunt ubi homo conbustus est: nisi ibidem humatus fuerit, non esse ibi *bustum*, sed *ustrinum*. — 202. *Invertit coelum*; patet illud quod in promptu est Invertit coelum ut ea pars quae noctem haberet sub terra esset.] *Stellis aptum*; coniunctum, ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι. — 203. [*Nec minus*; etiam.] — 204. *Innumeras struxere pyras*; hoc loco multis rebus ostendit, immensam caedem factam esse Rutulorum. — 206. *Finitimos tollunt in agros*; qui enim e longinquo venerant, referri non poterant. *Urbique remittunt*; deest *unicuique*, et meminit antiquae consuetudinis. Nam ante etiam in civitate homines sepeliebantur. Quod postea Duilio (codd. *Duellio*, Steph. *Duelio*; Guelf. I. *duillio*) consule senatus prohibuit, et lege cavit (L. R. Guelf. I. *legavit*), ne quis in urbe sepeliretur. Unde Imperatores et virgines Vestae quia legibus non tenentur, in civitate habent sepulcra. Denique etiam nocentes Virgines Vestae, [quia legibus non tenentur] licet vivae, tamen intra urbem in campo scelerato obruebantur. — 208. *Nec honore*; [ideo *nec honore*,] quia *nec numero*, [quod in numero et ordine honos spectatur.] Nam aliud verbum pendet ex altero. [Alii *nec* pro *sine* accipiunt. *Tunc*; pro *tum*, i. e. postquam cremare coeperunt. — 210. *Tertia lux*; mos enim erat tertia die ossa crematorum legi. — 211. *Moerentes*; hoc et ad Latinos et ad Troianos potest referri. Sane *moerere* est cum silentio dolere: *flere*, ubertim lacrymas demittere, *plorare*, cum voce flere: *plangere* cum aliquibus dictis miserabilibus pectus aut faciem tondere (*tund.*); *lugere* etiam cum habitus mutatione. *Altum cinerem*; quia dixerit *innumeras struxere pyras*.] *Confusa* etc.; aut quia dixit simul multos crematos; aut, si ad honoratorum cadavera referas, ut supra diximus, *confusa*, propter simul animalia concremata. *Ruebant* autem, de cineribus eruebant. [Adnotandum sane, quod *focos* dixerit *pyras*, cum *focus* ara sit deorum penatium. An quod focum dicat ubicumque ignis est et fovetur, unde et Varro focum dici vult. — 212. *Tepidoque onerabant aggere terrae*; hypallage, hoc est, *ossa tepida*.] — 213. *Praedivitis*; more Graeco epitheton incongruo (al. *incongruum*; Guelf. I. II. *congruum*) huic loco posuit. — 214. *Longe pars maxima luctus*; valde: et hoc est melius quam quod legatur *et longi*. — 215. *Hic matres*; quia scit ad aliquid haec nomina pertinere, non addidit deflebant filios, aut maritos, aut fratres. [*Cara pectora*; i. e. caros fratres desiderarunt, ut (1, 646.): *Cari stat cura parentis*, et est periphrasis. — 218. *Ipsum armis*; bene repetitum *ipsum*.] *Iubent*; volunt, exposcunt. — 220. *Ingravat*; maiorem invidiam concitat, [i. e. graviora facit et onerat. *Vocari*; provocari.] — 221. *Testatur*; testificatur etiam legatorum fidem, qui cum eo fuerunt. [*Solum*; et hic bene repetitum *solum*. — 222. *Simul contra variis*; scilicet ut alii paci faverent, alii Turno.] — 223. *Obumbrat*; subaudis Turnum: tuetur, de-

fendit: translatio ab arboribus [facta, quia nomen nobilium tanquam umbra est pro aliis.] Hoc autem dicit, Amor reginae ad favorem popularem plurimum proderat Turno. *Meritis sustentat fama tropaeis;* [vel] quia multos occiderat, ut etiam ipse dicturus est; [vel secundum illud. *sunt oppida multa Capta manu.*] — 226. *Ecce super*; insuper, [hoc est] ad cumulationem malorum. *Moesti;* hoc sermone eos nihil egisse significat. *Magna Diomedis ab urbe;* legitur et *magni.* [Et tanto asperius videtur, quod cum *magnus* sit *Diomedes*, non audet adversus Aeneam pugnare. — 227. *Nihil omnibus actum;* breviter et laborem et studium comprehendit.] — 228. *Nil dona nec aurum;* ordinem legationis exsequitur dicens, inaniter perfecta esse omnia quae possent efficaces legati perficere auro, precibus, promissione. — 230. *Pacem Troiano ab rege petendum;* sicut etiam supra (10, 628.) diximus, cum per gerundi modum aliquid dicimus, per accusativum elocutionem formemus necesse est: ut *petendum mihi est equum.* Lucretius (1, 112.): *Aeternas quoniam poenas in morte timendum.* Item Sallustius: *Castra sine vulnere introitum.* Nam *castra* accusativus pluralis est, qui multis errorem facit, ut videatur esse nominativus: quia neutra triptota sunt, et similis est nominativus accusativo. — 231. *Rex ipse Latinus;* qui consolari debuit, aut defendere rempublicam, aut aliud inire consilium. — 232. *Fatalem* etc; modo [*fatalem*] perniciosum omnibus Aeneam, [vel exitio futurum omnibus.] *Manifesto numine* [autem], i. e. manifesto deorum iudicio ad Italiam venisse, numinum ira testatur: quam cognoscimus tantorum caede sociorum. [Et est ordo: fatalem Aeneam ferri manifesto numine admonet ira deûm.] — 235. *Alta intra limina cogit*; quaeritur cur ad privatam domum convocetur senatus, qui non nisi ad publica et augurato condita loca convenire consuevit. Sed scimus domum Latini augurato conditam, et eandem tam templum fuisse quam curiam. Namque in superioribus legimus (7, 170.): *Tectum augustum*, i. e. augurio conditum. Item paulo post (173.): *Hinc sceptra accipere, et primos attollere fasces Regibus omen erat; hoc illis curia templum.* Merito ergo ad domum regis, quasi ad locum [gentibus] publicum convocatur senatus. Nam [ut] ait in septimo (192.): *Tali intus templo divum patriaque Latinus Sede sedens.* Idcirco etiam in palatii atrio, quod augurato conditum est, apud maiores consulebatur senatus: ubi etiam aries immolabatur. Quod, ut in septimo diximus. Virgilius ad Latini transtulit domum. Multi dicunt, perite Virgilium nec templi nec curiae hoc loco fecisse commemorationem: sed tantum dixisse, *intra tecta regia*, ut ostenderet, consilium quod initur non esse complendum: quia nec rite est inchoatum; ea enim quae dicit Latinus, effectu carebunt. — 236. *Olli;* illi, secundum Ennium. [Et intelligendum κατὰ τὸ σιωπώμενον, Turnum quoque venisse qui in superiori libro a Iunone subtractus pugnae Ardeam pervenerat.] *Fluunt* (V. Guelf. I. II. *ruunt*); festinanter incedunt. — 238. *Et primus sceptris;* primus inter sceptriferos. Namque apud maiores omnes duces cum sceptris ingrediebantur curiam. Postea coeperunt tantum ex consulibus sceptra gestare, et signum erat, eos consulares (al. *consules*) fuisse (al. *esse*). [Aut quia et alii eiusdem partis reges erant, ut

Turnus: sicut Agamemnon dux totius exercitus diversae civitatis proprios reges habuerint.] — 239. *Aetola ex urbe remissos;* quam condiderunt hi qui de Aetolia venerunt, Graeciae provincia. Unde Diomedes habuit socios de tribus eius civitatibus, quas habet Aetolia, Pleurona, Clenona, Calidona (V. *Pleurna*, *Cleon*, *Calydonia*; L. *Pl.*, *Clenon*, *Calcoed.*, L. *Pleuron*, *Olenus*, *Cal.*; R. *Pl.*, *Ol.*, *Caledona*; al. *Pleur. n*, *Olenon*, *Cal.*; Guelf. I. *Pl.*, *calidonia*; II. *Pl.*, *Olenon*, *Cal.*). Sic ergo dixit *Aetola ex urbe:* ut (6, 2.): *Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.* [ideo autem Diomeden Aetolum dicit, quia pater eius Tydeus Aetolus fuit qui ad Argos fugit, quoniam fratrem patris sui occiderat.] — 240. *Et responsa reposcit;* mire ait *reposcit.* Ante enim rex solet a legatis universa cognoscere, et sic eos praesente populo iterum omnia iubere narrare. Unde est: Ordine cuncta suo. Nam nihil licet praetermittere. Unde et superflua narrare consue[ve]runt. — 243. *Vidimus o cives Diomedem;* [rhetorica protinus arte coepit, neque enim opus erat principio aliquo legationem referenti, et hic figura est ὕστερον πρότερον. Natura enim hoc fuit prius dicendum: *Atque iter emensi casus superavimus omnes*, et tunc: *vidimus Diomedem Argivaque castra.* Sed habet consuetudo ut qui tale aliquid nuntiant, protinus admoneant, ut puta, *vidi illum*, *erat illic*, *faciebat illud:* ideo adiecit: *Ille urbem Argyripam patriae cognomine gentis.* Illud etiam ordine congruo subiunxit ad proliciendum animum priusquam quicquam diceret: *Munera praeferimus.* Unde ordine: *nomen patriamque docemus*; *Qui bellum intulerint*, hoc est qui, unde, contra quos, qua causa: deinde ponitur oratio Diomedis, cuius sunt partes duae, una, qua se excusat: alia, qua etiam illis suadet ut bellum deponant. Nam hoc in fine orationis venulus addit: *Et responsa simul quae sint rex optime regum, Audisti.* Excusatio Diomedis duplex est, Fortes sunt Troiani et felices: Fortes breviter ostendit per intermissionem: *Mitto ea quae muris bellando exhausta sub altis.* Frigidus enim locus erat si virtutem eorum timere diceret, quos vicit. Secundus locus multa continet, tam felices esse ut de omnibus vindicarentur, et singula de singulis mire augendo exsequitur: novissimo loco de se dixit, ne ei obiiceretur; quid te ista movent si tu nihil passus es? et auxit quod omisit, et socios adiecit, cum exclamatione: *Haec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt Tempore.* Ideo se contra Veneris filium excusat pugnare, nam sequitur: *Ne vero, ne me ad tales impellite pugnas.* Supererat ut pacem suaderet, ait enim: *Munera, quae patriis ad me portastis ab oris.* Inde laudem Aeneae ita addidit ut suam laudem servaret, ibi enim ubi se excusat non hoc ait quia fortis est non adeo (*audeo?*), sed illud: *Quicunque Iliacos ferro violavimus agros*, quasi hoc fatum fuit omnium, hic ubi suadet pacem aperte dicit pares mihi non estis, et ait: *Experto credite quantus in clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam*, i. e. ego fatum timeo, vos virtutem timere debetis. Nam quod adiecit: *Si duo praeterea tales Idaea tulisset*, non fuit contentus illum Hectori comparare, nisi adiunxisset: *Hic pietate prior, coeant in foedera dextrae*, i. e., quia pius est, bonus amicus erit: statim conclusi sicut ad singula invenies dictum. Quod autem ait Vidimus

cives Diomedem, quasi res magna ei contigerit, qui talem virum viderit. Sane hic] aut *Diomedem* legendum, ut sit Latinus accusativus; et admittitur Eclipsis, ut: *Multum ille et terris iactatus et alto.* Aut si Graecum accusativum facere voluerimus, *Diomede* legatur, ut possit fieri Synaloepha: sicut (9, 390.): *Euryale infelix, qua te regione reliqui?* Si autem *Diomeden* dixerimus, nec Latinum est, nec Graecum, nec versus consistit. Nunquam enim Eclipsis fit per *n* literam. Tamen melius est ut *Diomede* legamus, ut sit Graecus accusativus; nomina enim Graeca in ης exeuntia, quae genitivum in εος mittunt, per plenam elocutionem, cum eundem casum per Synaeresin in ους miserint, accusativum in η mittant necesse est: ideo quia cum naturam suam servant, accusativum in vocalem mittunt, non in consonantem: et [iam] debet Synaeresis plenitudinis servare rationem. Ut ecce ὁ Διομήδης, plena declinatio est: τοῦ Διομήδεος, τῷ Διομήδεϊ, τὸν Διομήδεα. Per Synaeresin autem facit τοῦ Διομήδους, τῷ Διομήδει, τὸν Διομήδη. Ergo hic accusativus ideo in *e* exit, non in *en*: quia cum integrum est hoc nomen, in εος exit: et crescit eius genitivus. Si enim ἰσάλλαβος sit nominativo (al. *nominativus*), accusativum in ην mittit: nec habet *s* in genitivo, ut Θουκυδίδης, τοῦ Θουκυδίδου, τὸν Θουκυδίδην. Nam Diomedes ideo in genitivo *s* habet, quia et cum integrum est, et Διομήδεος facit, habet *s* consonantem. — 244. *Casus omnes*; itineris scilicet. Et bene vilitatem singularum rerum generalitate vitavit, ne diceret *Flumina*, *latrones* et cetera. [Mire autem multa congesta ne possit de legatorum desidia queri. — 245. *Contigimusque manum*; bene quasi divinam: sic, *Vidimus, o cives, Diomedem.*] *Qua concidit Ilia tellus*; ἐμφατικῶς dixit, pro *urbs Ilia*. Nam terra non concidit, sed civitas [Ilium.] — 246. *Argyrippam*; Diomedes fuit de civitate quae Argosippion dicitur: de qua Homerus Ἄργος ἱππόβοτον. Horatius *Aptum dicet equis Argos*. Hic in Apulia condidit civitatem, quam patriae suae nomine appellavit, et *Argos Hippion* dixit. Quod nomen postea vetustate corruptum est, et factum est ut civitas, *Argyrippa* diceretur: quod rursus corruptum, *Arpos* fecit. [Sane Diomedes multas condidisse per Apuliam dicitur civitates, ut Venusiam, quam in satisfactionem Veneris, quod eius ira sedes patrias invenire non poterat, condidit, quae Aphrodisia dicta est. Item Canusium Cynegeticon, quod in eo loco venari solitus erat. Nam et Garganum a Phrygiae monte Gargara vocavit, et Beneventum et Venafrum ab eo condita esse dicuntur.] — 247. (*Victor*; distingue.) *Gargani condebat Iapygis arvis*; *Iapygia* pars est Apuliae, in qua est mons Garganus, [imminens Sipontinae civitati:] qui per Calabriam usque in Adriaticum tenditur pelagus. Lucanus (5, 380): *Apulus Adriacas exit Garganus in undas. Gargani* autem *Iapygis* figura est, pro *Gargani Iapygii*. Et haec est Iapygia Apuliae, a qua et Iapyx ventus est nominatus, [ad quam *Iapyx* delatus, unde sic nominatus est.] Nam *Iapydia* Venetiae regio est ab oppido dicta. Unde est (G. 3, 474.): *Tunc sciat aërias Alpes et Norica si quis Castella in tumulis et Iapydis arva Timavi.* [Sed in *Gargani* summitate duo sepulcra esse dicuntur fratrum duorum, quorum cum maior virginem quandam despondisset, et eam minor frater conaretur auferre,

armis inter se decertarunt, ibique ad memoriam invicem se occidentes sepulti; quae res admirationem habet illam, qua si qui duo inter ipsam silvam agentes iter, uno impetu vel eodem momento saxa adversum sepulcra iecerint, vi nescio qua saxa ipsa separata ad sepulcra singula decidunt. — 249. *Munera praeferimus;* ut illa ante orationem auxilium impetrent. — 250. *Qui bellum intulerint;* quasi nominatis Troianis quos vicerat pronior futurus esset ad ferendum auxilium. — 251. *Placido sic reddidit ore;* ut solet habitum futurae orationis ostendit.] — 252. *O fortunatae gentes;* qui habitatis regna Saturnia, i. e., o viri semper pace gaudentes. Nam legimus (8, 324.): *Aureaque, ut* (al. *aurea quae*) *perhibent, illo sub rege fuerunt Saecula, sic placida populos in pace regebat.* Et bene hoc laudat, quod eis persuadere desiderat. — 253. *Antiqui Ausonii;* quia qui primi Italiam tenuerunt, *Ausones* dicti sunt. *Quietos;* quibus est amor pacis a maioribus traditus propter regnum Saturni. — 254. *Ignota lacessere bella;* scilicet Troianorum: non omnia generaliter bella. Nam legimus (7, 184.): *Captivi pendent currus, curvaeque secures:* [aut *ignota*, quae ignoraverint, quasi non suscepturi, si scissent.] *Suadet* autem, *vobis* subaudis. Nam [*vos* a superioribus subaudiri non potest, quia] non potest dici *suadeo te*, sed *tibi*. — 255. *Violavimus;* quasi sacros. Nam *violare* de religiosis rebus dicimus. Et ingenti arte agit, ne aut victoriam suam sileat, aut non procedendo contra eos, quos vicit, confiteatur ignaviam, dicens, non esse contra eos pugnandum, quos vincere perniciosissimum est. — 256. [*Mitto ea;* oratorie; ut etiam sine illis quae memoraturus est, quae omittit graviora videantur.] — 257. *Quos Simois premit ille viros;* i. e., toto orbe celebris. [et *premit*, quasi hostes.] Alibi [in primo] (100.): *Ubi tot Simois correpta sub undis Scuta virûm, galeasque, et fortia corpora volvit.* [Alii *quos* pro *quantos* accipiunt, ut sit pronomen pro nomine. *Ille* autem mire exsecratur.] — 258. *Scelerum poenas expendimus omnes;* i. e., luimus omnes poenas, quae sunt statutae sceleribus. Alii *Sceleris omnis* legunt; nam *omnes* non potest ad Graecos referri, quia non omnes pertulere supplicia. [Sed si *omnes*, mire, ne putes forte factum, et adiuvandum pronunciatione.] — 259. *Vel Priamo miseranda manus;* etiam *Priamo*. Ut (E. 8, 69.): *Carmina vel coelo possunt deducere lunam.* Est autem Pacuvii qui ait: *Si Priamus adesset, et ipse eius commiseresceret.* [I. e., ut calamitas eorum qui vicerunt gravior crederetur miserantibus victis.] *Scit triste Minervae Sidus;* fabula hoc habet, propter Cassandrae stuprum, Graecis iratam Minervam: vel quod ei victores per superbiam sacrificare noluerunt. Unde eos redeuntes gravissima tempestate fatigatos per diversa dispersit. Horatius: *Cum Pallas usto vertit iram ab Ilio.* Re vera autem constat, Graecos tempestate laborasse aequinoctio vernali, quando manubiae Minervales, i. e. fulmina, tempestates gravissimas commovent. Unde perite dicendo *sidus*, utrumque complexus est. Nam *sidus* et tempestatem significat: et re vera sidus. Haec autem numina quae inter sidera non videmus, licet sua signa propria non habeant, cum aliis potestate sunt permixta: ut Ophiuchus ipse est Aesculapii (Guelf. I. II. V. *aesculapius*). Gemini, Apollinis et Hercu-

lis esse dicuntur. Sic Minervae aries esse dignoscitur. — 260. *Ulterque Caphereus; τὸ αὐτό* est, i. e. cautes Euboicae. Nam Euboea insula est, in qua mons Caphereus, circa quem Graeci periere naufragio. Ultor autem ideo dixit, quod Nauplius Palamedis pater dolens, filium suum factione interemptum, ut in secundo (81.) [com]memoravimus, cum videret, Graecos tempestate laborare, montem Caphereum ascendit: et elata facula signum dedit vicini portus; qua re decepti Graeci inter asperrimos scopulos naufragium pertulerunt. — 262. *Atrides Protei Menelaus;* Agamemnon et Menelaus uno quidem fataliter fuerant supplicio destinati. Namque Atreus et Thyestes fratres fuerunt in se invicem saevi, adeo ut Thyestes cum Aerope (al. *Maerope*, V. Guelf. II. *meropa*) fratris uxore concumberet, quod dolens Atreus, liberos eius epulandos [ei] apposuit. Sed cum Thyestes post cognitum facinus requireret ultionem, ei Apollo respondit: posse alio scelere illius facinoris vindicem nasci, scilicet si cum Pelopia (al. *Pelopeia; R. pelagia*, Guelf. I. *pelopea*) filia sua concumberet. Quo facto natus est Aegisthus fatalis in Atrei geminam sobolem. Sed Iuppiter Menelai fata miseratus est, propter Helenae iugale consortium: et eum per diversa errare maluit, quam Aegisthi manibus interire. [Is ergo Menelaus] hic (al. *sic*) errans ad Aegyptum usque pervenit, ubi Proteus deus marinus regnaverat: cui aliquando rapta a Theseo Helena dicitur commendata. Unde quidam dicunt, quod ad eam petendam Menelaus ad Aegyptum profectus sit post bella Troiana. Quidam volunt nec raptam esse a Paride Helenam: sed aliam causam belli fuisse Troiani, illam scilicet, quod Herculem quaerentem Hylam (codd. Burm. *illam*) suscipere noluerunt. Qui autem volunt eam raptam a Paride, hoc dicunt, quod recepta a Proteo, per Theseum ad Menelaum transitum fecerit, et sic eam Paris rapuerit. Secundum quod, ut supra diximus, Menelaus ad Aegyptum Iovis voluntate pervenit: scilicet ne ab Aegystho posset interimi. Quod autem ait *Protei columnas*, ratione non vacat. Nam columnas Herculis legimus et in Ponto et in Hispania. Hunc autem Proteum fortissimum et invictum constat fuisse. Novimus autem, quod omnes fortes, *Hercules* dicebantur. Unde videtur hoc affectasse Virgilius, ut pro *finibus*, *Protei columnas* diceret, quas habuit Hercules. Ut ostenderet, eum etiam Herculem dictum. *Adusque columnas Protei;* usque ad fines Aegypti: hoc est, usque ad Pharon, ante insulam, nunc partem Alexandriae. Lucanus (10, 509.): *Nunc claustrum pelagi cepit* (codd. et al. *Tunc s. nunc cl. p. coepti;* Guelf. I. *nunc plaustr. pel.*) *Pharon, insula quondam In medio stetit illa mari sub tempore vatis Proteos, at nunc Pellaeis est proxima muris. Protei* autem, Latinus est genitivus constrictus per Synaeresin. *Adusque* autem sic est dictum, quemadmodum (7, 289.): *Siculo prospexit abusque Pachino.* Num cum praepositio praepositioni nunquam cohaereat, *abusque* et *adusque* licenter admissum est. — 263. *Exulat*; proprie: nam *exulare* dicuntur qui *extra solum eunt.* Sane sciendum, quia, quo tempore Menelaus iit ad Aegyptum. perdidit Canobum gubernatorem, a quo vicina civitas nomen accepit, quae hodieque mutata litera, Canopos (al. *Canopus;* R. *Canopost*) nominatur. [*Vidit;* mire addidit, ut (3, 431.):

Quam semel informem vasto vidisse sub antro Scyllam.] *Cyclopas*; Graecae declinationis accusativus est: unde Graecum habuit accentum. Nam Latine *Cyclopes* diceret: sed sic versus stare non poterat. — 264. *Regna Neoptolemi referam?* subaudis *eversa*. Quod ex posterioribus intelligitur. Pyrrho autem quid contigerit, manifestum est: Nam ut in tertio legimus, cum vellet ducere Hermionen, Oresti ante desponsatam, ab eo est inter aras Apollinis interemptus. Unde est (3, 331.): *Et scelerum furiis agitatus Orestes Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.* *Versosque penates Idomenei*, Idomeneus rex Cretensium fuit: qui cum tempestate laboraret, vovit, se sacrificaturum [Neptuno] de re quae ei primum occurrisset (si reversus fuisset; sed) cum casu ei primum filius occurrisset, quem (mox Iovi) cum, ut alii dicunt, immolasset: ut alii, immolare voluisset, ob crudelitatem regno a civibus expulsus est. Unde est (3, 124.): *Et fama volat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem.* Alii dicunt, quod abscedens cuidam suum commendaverat regnum, qui per eius absentiam occupavit imperium et reversum pepulit. Ergo *versos penates*, aut eversos et funditus dirutos accipiendum: aut certe in aliena iura conversos. — 265. *Locros*; ut etiam in tertio diximus, Locri socii Aiacis Oilei fuerunt Epizephyrii et Ozoli. Sed hi tempestate divisi sunt, adeo ut Epizephyrii tenerent Bruttios, de quibus ait in tertio (399.): *Hic et Naritii posuerunt moenia Locri.* Ozoli vero delati Pentapolim, de quibus nunc queritur. dicens: *Libycove habitantes litore Locros.* [Quamvis quidam dicant, etiam in ipsis Bruttiis *litus Libycum* dici. Alii hos circa Syrtes posuisse sedes, alii in Libya insulas quasdam inhaerentes occupasse, eosque initio Nisammones. postea corrupte, Nasamones appellatos. Alii amissa in syrtibus classe per Mediterrena arietis fortuito dicunt * (ductu) iter facientes ad Ammonem pervenisse, et oppidum Aurela (*Augila?*) inter Nasamones condidisse. Alii Africae insulam tenuisse, quae nunc Cercina dicitur: et pronuntiandum ut longinquitas doceatur exilii.] — 267. *Devicta Asia subsedit*; [quidam *sub* pro *post* accipiunt, ut sit *post possedit*] Legitur et *devictam Asiam*. Quod si est, ita intelligimus ut *subsedit* sit, dolo possedit. Lucanus (5, 227.): *Subsedere regnum Chalcidos Euboicae* [*magna spe rapte parabas.*] Unde et *subsessores* dicuntur, qui [in] insidiis tauros interimunt: et hostium dolos, *subsessas* (al. *subsessos*) vocamus, ut sit sensus: Ab Agamemnone devictam Asiam adulter Aegisthus [insidiis et] factione possedit. Melius tamen est, ut *devicta Asia* legamus: secundum quod *subsedit* erit: remansit; ut (5, 498.): *Extremus galeaque ima subsedit Acestes.* Ut sit sensus: Asia propter adulterium pertulit bella, quae remanente adultero finita esse nihil profuit, ut cum indignatione sit dictum: Dum primum vindicatur adulterium, aliud rursus emersit. [Sane Clytaemnestram Orestes filius, postea in vindictam patris necavit. Quidam dicunt Clytaemnestram non manu filii, sed iudicum sententia peremptam. Alii hunc Orestem filium Menelai et Helenae tradunt: quidam inventam Iphigeniam abortivam uxorem ei volunt fuisse.] — 268. *Prima inter limina*; in ipso limine imperii, i. e. in litore: quia secundum Homerum Clytaemnestra Agamemnoni occurrit ad litus: et illic eum susceptum cum (al.

submisso) adultero inter epulas interemit. [Homerus (Od. λ, 408.): *Ἀλλά μοι Αἴγισθος κ. τ. λ.*] Quod et Iuvenalis (8, 216.) tangit, dicens: *Quippe ille deis auctoribus* (L. R. Guelf. I. II. *ille de his* a.; al. *ille dies a. u.*) *ultor Patris erat caesi media inter pocula.* Alii autem dicunt [Clytaemnestram dolore pellicatus quod comperisset Cassandram a marito electam,] quod in ipso ingressu, i. e. prima die, qua domus suae limen ingressus est, [blande suscepisset, cumque ille diis penatibus se sacrificare velle dixisset,] consilio Aegisthi ab uxore vestem accepit clauso capite [et manicis] qua implicatus adulteri manibus interiit. — 269. *Invidisse deos;* Sthenéli filius (Steph. fil. *Cylabarus Aegialen aliam;* Guelf. II. L. Vos. fil. Cyllarabus; Guelf. I. fil. *cillarabas,* Fabr. *Calabarus*, Basil. *Cylabarus*; Masvic. *fil. Cometes*) Aegialeam (L. Vos. Guelf. I. R. *Aegialiam*, al. *Aegialam*) Diomedis uxorem cognovit adulterio: quo comperto Diomedes reverti noluit, et in Apuliae partibus sibi condidit sedes, quod Veneris dolo dicitur esse perfectum, quam in bello Troiano vulneraverat. Unde ait, *Invidisse deos.* — 270. *Pulchram Calydona viderem;* una [est] de supradictis civitatibus quibus imperavit. — 271. *Nunc etiam horribili visu;* hoc loco nullus dubitat, fabulae huius ordinem a Virgilio esse conversum. Nam Diomedis socios constat in aves esse conversos post ducis sui interitum, quem extinctum impatienter dolebant. Hae aves hodieque Latine *Diomedeae* vocantur: Graeci eas *ἐρωδιοὺς* dicunt. [Cuius generis avem auspicio dixit Homerus Diomedi et Ulixi speculatoribus apparuisse (Il. κ, 274.): *Τοῖσι δὲ δεξιὸν κ. τ. λ.*] Habitant autem in insula Febra sive Electride, quae est haud longe a Calabria in conspectu Tarentinae civitatis. Quinetiam de his avibus dicitur, quod Graecis navibus laetae occurrant: Romanas, i. e. Latinas vehementer fugiant, memores et originis suae, et quod Diomedes ab Illyriis interemptus est. *Portenta*; re vera enim *portentum* est, homines in aves esse conversos. — 272. *Et socii amissi;* legunt nonnulli et *admissis pinnis.* Sed melius est *amissi.* — 274. *Lacrymosis vocibus*; dolentes vel suam mutationem, vel regis interitum. Namque hoc tangit latenter. — 275. *Speranda;* pro timenda: ut (4, 419.): *Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.* — 276. *Coelestia corpora*; Martis et Veneris quae numina vulneravit in bello. — 277. *Veneris* etc.; artificiose agit; nam sciens ea quae dicuntur in fine, animis inhaerere, suos casus ultimos memorat. Perite etiam Venerem tantum vulneratam a se esse dicit, Martis supprimens nomen, quod ei poterat esse gloriosius: ut videatur omnia quae pertulit odio Veneris pertulisse, contra cuius filium nunc vocatur ad pugnam, ut negans etiam nunc paria formidare videatur. *Dextram* autem secundum Homerum dicit, qui ait (Il. ε, 883.): *Ἐπὶ καρπῷ.* — 278. *Tales impellere pugnas;* quarum est periculosa victoria. — 279. *Nec mihi* etc.; ne ei obiiciatur illa coniuratio, quam apud Aulidem Graeci inierunt, dicit in Troiae excidio sacramentum coniurationis esse completum. Namque in Troiam, non in Troianos coniuraverant Graeci. Huc enim spectat quod dicit, nullum se cum Troianis habere bellum post dirutam Troiam. — 280. *Nec veterum* etc.; nec meminisse volo victoriarum mearum, quarum nullus oblivisci consuevit: nec laetor Tro-

ianorum malorum, pro Troianis malis, quae nobis bellantibus pertulerunt. Nihil potest de suis malis dicere, cum et mala sua nullus obliviscatur: et ea ipse paulo ante memoraverit. *Laetor* autem *malorum*, figura Graeca est: sicut Horatius (Carm. 3, 30.): *Agrestium regnavit populorum*, pro *Agrestibus populis.* — 281. *Munera* etc.; hinc iam suasio est et consilium: nam finita est auxiliorum negatio. Unde et paulo post Venulus ita dividit dicens: *Et responsa simul quae sint rex optime regis Audisti, et quae sit magno sententia bello*, scilicet *Audisti*, ut nega[ve]rit auxilia, et quod nobis dederit de pace consilium. — 282. *Stetimus* etc; i. e. et cominus, et e longinquo inter nos bella tractavimus. — 284. *Quantus in clypeum assurgat;* aut *quantus* est quotiens in hostem pergens erigit scutum: aut pugnandi exsecutus est genus. Qui enim scripserunt de arte militari, dicunt: summum genus esse dimicandi, quotiens calcatc umbone adversarii, se in hostilem clypeum erigit miles, et ita contra [in]stantis vulnerat terga. [Vel quantus adsurgat, vel quanto sit maior.] — 285. *Si duo praeterea;* hoc est alios duos. — 287. *Dardanus;* pro *Dardanius populus:* et posuit principale pro derivativo: sic Homerus (Il. β, 701.): Τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ. [*Lugeret;* morem lugendi quidam dicunt Aegyptios invenisse. Eos enim primos Liberum quem Osirim appellant a fratre Typhone per insidias interemptum, atra veste luxisse; inde ceteris gentibus traditum, ut post interitum proximorum suorum veste mutata lugerent ita tamen, ut intra annum finiretur luctus.] — 288. *Cessatum est;* tardatum [est], et mire, quia non habet quos imputet Troianis triumphos, vult eis excidii tarditatem pro victoria cedere. — 290. [*Haesit;* tardata est.] *Vestigia rettulit;* retro acta est, et repulsa [ut (2, 169.): *Retro sublapsa referri.*] — 291. *Hic pietate prior;* ideo Aeneam plus laudat, quod Latinis [sicut suadet] pacem petituris est utile, ut eum se credant posse facilius exorare. *Prior* [autem] praestantior, melior. — 293. *Qua datur;* qua potest, quacunque ratione permittitur. [Sic supra (1, 18.): *Si qua fata sinant.*] — 297. *Per ora turbata;* pro *per ora turbatorum.* — 298. *Clauso gurgite;* saxorum obiectione praecluso. — 299. [*Fremunt ripae;* antiqui aquae sonitus, *fremitus* dicebant. Ennius: *Ratibusque fremebat Imber Neptuni.*] — 301. *Praefatus divos;* more antiquo. Nam maiores nullam orationem, nisi invocatis numinibus, inchoabant: sicut sunt omnes orationes Catonis et Gracchi. Nam generale caput in omnibus legimus. Unde Cicero (Divin. 13.) per irrisionem ait: *Si quid ex vetere aliqua oratione, Iovem ego optimum maximum.* [Et Demosthenes in oratione contra Aeschinem: Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις.] — 302. *Ante equidem* etc.; latenter arguit Turnum, quod sibi non obtemperaverit, ut foedus fieret: in septimo (596.) scilicet, ubi dixit: *Te Turne nefas, te triste manebit Supplicium.* Nam modo hoc tempus revolvit. *Velle statuisse;* olim est, quod volui his malis terminum dare. *Vellem* autem *statuisse* dixit, ut *vellem fecisse*, et est compendiosa [e]locutio, cum querimur, non esse factum quod fieri debuit. — 303. [*Non tempore tali;* adiuvandum pronuntiatione, i. e. post tanta quae pertulimus mala, et opportune deliberandi quidem de hac re existimat in-

tervallum esse hostili exercitu imminente, et per hoc magis suadet, dum tam infestos probat, ut sibi nec pacem petere permittatur.] — 305. *Bellum importunum*; concepit grandem iracundiam, et sic in haec verba prorupit. *Importunum* autem est, [ubi nullum refugium est,] quod caret *portu*, i. e. quiete, ubi nullus portus est; [sicut contra *opportunum*, cui commoditas et occasio obvenit, ut portus.] Nam hoc quodammodo dicit, in naufragium fertur ista contentio; quia supra audierat, periculum esse, etiam superare Troianos; [et enarrat cur *importunum*, dicens: *Cum gente deorum*, *Invictisque viris gerimus*. *Cives*; ἐμφάνησις.] *Cum gente deorum*; qui a diis originem ducunt. — 306. *Invictis*; atqui supra (9, 635.) legimus: *Bis capti Phryges*. Sed *invictis* ideo dicit, quia sequitur: Nec victi possunt absistere ferro. [Et sicut supra dictum est, latenter occurrit illi: forsitan vincemus, ergo hic si vincamus proficiemus.] *Possunt* autem *absistere*, mire ait, ac si diceret: Etiam si velint, eos a bellis discedere natura non patitur. [Ennius: *Qui vincit non est victor, nisi victus fatetur*. Varro et ceteri *invictos* dicunt Troianos, quia per insidias oppressi sunt: illos enim *vinci* affirmant qui se dedunt hostibus.] — 308. *Accitis*; evocatis, adiunctis. [Ergo et gradatim accedit ad desperationem, quae cogit pacem esse poscendam. *Aetolum in armis*; a patri usque adde id Diomedis mentionem intulit *' (a patria usque Diomedis m. i.; Burm. coni.: *Aet., a patria; et ideo D. m. i.*). — 309. *Ponite*; deponite.] — *Spes sibi quisque*; subaudis *sit*. [Et late patet ista sententia, vel quod alienis egere auxiliis non oporteat, vel quod meminisse singuli spei suae debeant, ut ea sperent tantum quibus possunt potiri.] *Sed haec* etc.; ut unusquisque in se tantum spem habeat, quam sit angusta (al. angustum) videbis. *Cetera*; absolute dixit: i. e. exercitus, auxilia, vires imperii: quas sic videtis afflictas, quid restat, nisi ut pacem petamus? — 311. *Ante oculos* etc.; ac si diceret, non egent narratione. Inter manus [autem, quod Graeci] προχείρως. — 312. *Nec quenquam incuso*; excusatio haec ostendit, [et] obliquam esse in Turnum orationem Latini. — 313. *Fuit*; exhausta et consumpta est. *Toto certatum est corpore regni*; [i. e.,] imperii omnibus viribus [bellavimus.] — 314. *Dubiae menti*; meae scilicet cogitanti. — 315. [*Paucis animos adhibete docebo*; aut, paucis docebo, aut animos paucis adhibete.] — 316. *Est antiquus* etc.; hoc loco Donatus erravit dicens, agrum, quem Latinus donare se disponit, esse in Campania iuxta Ufentem fluvium [quod etiam Clanarius ait] cuius terras vicinas Tusci aliquando tenuerunt: ut inde dictum sit, *Tusco mihi proximus amni*. Agit etiam hoc argumento, quod illic est locus, qui hodieque Pinetum vocatur. Sed constat loca illa omnia esse campestria: nec procedit, quod dicitur: *Celsi plaga pinea montis*. Unde sequenda est potius Livii, Sisennae et Catonis auctoritas. Nam paene (al. *Nempe*) omnes antiquae historiae scriptores in hoc consentiunt. Cato enim in Originibus dicit, Troianos a Latino accepisse agrum, qui est inter Laurentum et castra Troiana. Hic etiam modum agri commemorat, et dicit, eum habuisse iugera DCC. (codd. duo millia septingenta; Guelf. I. ũ *d*; Guelf. II. *u Dũ ĩĩ dum.*) [Sane *antiquus*, potest et nobilis accipi, vel secundum Trebatium qui de Religionibus libro septimo

ait: *Luci qui sunt in agris qui concilio capti sunt, hos lucos eadem ceremonia moreque conquiri (coinqui? coinquiri?) haberique oportet, ut ceteros lucos qui in antiquo agro sunt. Antiquum agrum* Romanum cogit intelligi.] *Tusco mihi proximus amni*; Tyberino. — 317. *Longus in occasum*; ea parte qua in occidentem tenditur, longior; [potuit ergo usque ad Laurentum et ad Hostiam tendi.] *Fines super usque Sicanos*; usque ad *fines Sicanos*, quos Siculi aliquando tenuerunt, i. e. usque ad ea loca in quibus nunc Roma est. Haec enim Siculi habitaverunt. Unde est (8, 328.): *Et gentes Venere Sicanae.* [Illi autem a Liguribus pulsi sunt, Ligures a Sacranis, Sacrani ab Aboriginibus.] — 318. *Aurunci Rutulique serunt*; subaudis a superioribus *mihi.* Nam et supra ait: Est mihi antiquus ager. Ergo suum agrum p[illegible]etur, aut quem tanquam stipendiarium habebant Rutuli et Aurunci: aut ad quem colendum quasi regi operas dabant. Unde superfluum est quod ait Donatus, non potuisse fieri, ut praesente Turno ager Rutulorum a Latino donaretur Aeneae. — 319. *Duros exercent colles*; extenuat agri meritum, quo vile videatur esse quod donat, [vel ne grave videatur his, quibus auferendus est;] hinc etiam illud est: *Atque horum asperrima pascunt.* Et supra: *Aurunci Rutulique ferunt:* i. e. nec operis suis excolitur. [*Asperrima* autem *pascunt*, quidam pro *asperrimas partes*, vel *asperrima pascunt loca*, accipi volunt.] — 321. *Cedat amicitiae*; i. e., in pretium concedat amicitiarum. [Et bono verbo usus est *amicitiae*, non pro hostibus, hoc est, ne quasi victas demus.] — 322. *Aequas dicamus leges*; ut pari inter nos societate versemur, i. e., ut sit neuter inferior. *Sociosque in regna vocemus*; non stipendiarios, ut in quarto (213.): *Cuique loci leges dedimus.* — 325. *Possuntque solo discedere nostro*; scit eos fataliter ad Italiam venisse. Nam audiit et a Fauno (7, 98.): *Externi venient generi*; et ab Ilioneo: (7, 239.) *Sed nos fata deûm vestras exquirere terras, Imperiisque egere suis.* Tamen propter Turnum simulat ignorantiam, ut se etiam circa eum aequum praestare videatur. Multum est autem, quod ait *possunt.* — 326. [*Bis denas Italo texamus robore naves*; quaeritur unde scierit Latinus viginti naves habuisse Aenean, sed ita absolvitur, potuit speculatione, potuit rumore cognoscere, postremo extenuatione dixit, quae amplius solet complecti, quia de viginti navibus unam perisse cum Oronte, IV. in Siciliam concrematas. *Texamus*; quidam *texamus* proprie dictum tradunt, quia loca in quibus naves fiunt, Graece *ναυπήγια*, Latine *textrina* dicuntur. Ennius dicit: *Idem campus habet textrinum navibus longis.* Navalia enim non esse *ναυπήγια*, sed *νεώρια.* — 327. *Complere valent*; proprie verbum nauticum; nam Graece *πλήρωμα* dicitur.] *Iacet omnis ad undam Materies*; [hic *omnis*, pro ea quae sufficit.] Iterum extenuat; [ut sine magno negotio fieri videatur; est autem *materies* et *materia*, lignum; unde Cicero in Off. (3, 13.): *Domus male materiatae.* Et *materies*; antique dictum, nam materiam dici debere multi adserunt. — 328. *Numerumque modumque*; eleganter quot et quantae magnitudinis sint. — 329. *Manus*; artifices.] *Navalia demus*; [hoc loco ipsae res navales sunt, i. e. pix, cera, funes, vela et alia huiusmodi.] *Navalia* dicimus loca ubi naves sunt. Sed modo de Graeco transtu-

lit. Et *navalia* posuit pro trabibus, de quibus naves fiunt. Nam Homerus (Il. γ, 62.) νήϊον, dicit *navale lignum.* — 331. *Prima de gente*; et ex numero et ex nobilitate legatorum intelligitur negotii magnitudo. — 333. [*Aurique eborisque*; ad aurum refertur, an et ad ebur? quia et ebur ad pondus venditur.] — 334. *Et sellam* etc., bene *nostri.* Romanorum enim imperatorum insigne fuit sella curulis et trabea. Nam diadema Italarum (al. *ut aliarum*) gentium reges non habebant. Et sciendum, sellam curulem a curru dictam, quod hi tantum ea utebantur, qui triumphali curru invecti fuissent. Sicut etiam palmata dicitur toga, quam merebantur qui reportassent de hostibus palmam. [Cumque a *curru* dicta sit cuius prima syllaba producitur, tamen *curulis sedes* primam corripit. Lucanus (3, 107.): *Vacuaeque sedere curules.*] — 335. *In medium*; in commune. Ut (G. 1, 127.): *In medium quaerebant ipsaque tellus.* — 336. [*Tum Drances idem*; videlicet quia supra apud Aenean egerat.] — 337. *Obliqua invidia*; hoc est, qui non ex aperto impugnabat Turnum: sed etiam reipublicae simulata defensione lacerabat. — 338. *Largus opum*; abundans opibus, dives: non quia multa donaret. [*Lingua melior*; ut (1, 441.): *Laetissimus umbra:* Sallustius: *Fructuum pabulique laetus ager.*] — 339. *Non futilis auctor*; non inanis. Nam futilis (futile; Guelf. I. *futtis*), vas quoddam est lato ore, fundo angusto, quo [anguste] utebantur in sacris Vestae, quia aqua ad sacra [Vestae] hausta in terra non ponitur: quod si fiat, piaculum est. Unde excogitatum est vas, quod stare non posset: sed positum statim effunderetur. Unde et homo commissa non retinens, *futilis* dicitur. Contra, *non futilis*, bonus in consiliis, non inanis. — 340. *Seditione potens*; praepotens in movendam, non in comprimendam seditionem. [*Superbum*; pro *nobile.*] — 341. *Incertum de patre ferebat*; non ignobilem, sed penitus ignoratum [significat. Alii *incertum*, aut ipsum patrem aut genus tradunt, et bene segni homini paternam non dedit nobilitatem. — 342. *Surgit*; hic reddidit sensum: *Tum Drances surgit.*] *Onerat dictis*; hoc sermone ostendit eum (al. *Turnum*) etiam ex oratione gravatum Latini. [*Iras*; Turni, an omnium qui bellum detestabantur?] — 343. *Rem nulli obscuram*; callide et oratorie agit: et in omnibus adulatorie respondet dictis Latini. Supra enim ille dixerat (311.): *Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras.* Sane quasi praedictum oratorem exprimit, quia supra de eo dixit: *Et lingua melior.* [Et *rem consulis*, pro *de re consulis.* Plautus: *Consulere quiddam est, quod tecum volo.* Sed Drances, sicut dictum est, rhetorice suadet de pace, nam et pacem faciendam hortatur, et accusationem in Turnum dirigit et quae in (*a*) Latino indubitanter universa dicta sunt, quae pacem fieri suadeant * Drances eadem (Dr. ad ead.) omnia respondens addit etiam de filia danda Aeneae, quod Latinus ante reticuerat: *Quin natam egregio genero:* quasi non aliter firma erit pax quam fieri vis, quia sciebat hoc Turnum graviter esse laturum, in invidiam personam eius adducens: *Dicam equidem, licet arma mihi, mortemque minetur*, et ne mirum esset qui sic libere responderet, ante eius et mores et causam praedixit: *Lingua melior, seditione potens: idem* etc. Duae tamen hic faciendae pacis praecipue causae

sunt, quod victi sunt, et Turnus singulari certamine congredi debeat. *Vocis egentem*; genitivo iunxit; ut (9, 88): *Cum classis egeret*.] — 344. *O bone rex*; bene addidit *bone*, et auxit epitheto dignitatem. *Rex* enim medium est: nam et bonus esse et pessimus potest. [Alii *bone rex* exprobratione accipiunt, ut quidam volunt se bonum * (servum bon.) dici.] — 345. *Mussant*; modo verentur, [vel timent] significat, alias dubitant: ut (12, 657.): *Mussat rex ipse Latinus Quos generos vocet*. Interdum susurrant: ut de apibus dicit. Et proprie [*ob*]*mussare*, est obmurmurare, et [queribundum l et * ius velut] muto esse vicinum: [Alias *tacent*, alias *quiescunt*.] — 346. *Flatusque remittat*; tumores; aut ponat superbiam: aut nostros flatus remittat, i. e. nobis respirare concedat. [*Remittat* autem, nunc pro *laxet*, ut *remissis artubus* pro *laxatis*.] — 347. *Cuius ob auspicium infaustum*; invidiose Turni auspiciis imputat, quod tantus peri[er]it exercitus: ac si diceret: si malis [et infaustis] tuis ominibus non ingrederentur, possent forsitan superare virtute. Sane sciendum, hunc [Drancem] exprimere quicquid verecunde celavit Latinus. *Moresque sinistros*; contrarios: quia in principio Latino obtemperare noluit. — 348. [*Licet arma mihi; licet*, est parenthesis.] — 349. *Lumina ducum*; i. e. proceres, ut (2, 281.): *O lux Dardaniae*. — 350. *Consedisse urbem luctu*; in luctum esse demersam. [*Tentat*; mire *tentat*, non *pugnat*.] — 351. *Fugae fidens*; illud respicit quod bella deseruit, Iunone faciente, [vel quia eius exercitus fugit.] *Fugae* autem, figurate dixit, non (al. *pro*) *Fugae fidens*. *Coelum territat armis*; dictum quidem Virgilii gravitati non convenit: sed perite Dranci haec data sunt verba, qui tumida uti oratione inducitur. Unde ei paulo post Turnus dicit: *Quae tuto tibi magna volant*. Item: *Proinde tona eloquio*. Item: *Ventosa in lingua*. Deinde diximus, Drancem librare se ad orationem Latini. Unde nunc dicit: Et coelum territat armis; [aut quasi vanus et cumentus monetur * (et cum ventis movetur)] quia audierat (305.): *Bellum importunum cives cum gente deorum*. [I. e. contra eos pugnat qui favore nituntur. — 352. *Etiam*; hoc loco *etiam* pro *adhuc*, ut Terentius (Eun. 5, 8, 6.): *Hunc ego nunquam videram etiam*; et mox (5, 9, 54.): *Unum etiam vos oro ut me in vestrum recipiatis gregem*.] *Mitti Dardanidis, dicique*; *mitti*, [scil.] aurum, ebur, sellam, et cetera: *dici* de navibus vel agro. [Et bene *Dardanidis*, quasi cognatis et ab origine generis propinquis. — 354. *Adiicias*; pro *adiice*. Terentius (Heaut. 2, 3, 138.): *Abeas, si sapis*; quia indecens erat, imperatione ad regem loqui. Et bene hic quod honeste Latinus reticuerat dicit, Laviniam quoque ei offerendam.] — 355. *Egregio genero, dignisque hymenaeis*; ergo Turnus videtur indignus. — 356. *Aeterno foedere iungas*; natae scilicet coniunctione; nam munera et contemni poterant: generis vero coniunctione in aeternum pacis foedera firmabantur. Hoc autem dicto latenter etiam Latini pudorem exonerat: qui Turno etiam suam promiserat filiam, dicens causam reipublicae praeponderare debere, et propter pacem civium Turno Aeneam necesse esse praeferendum. — 357. *Terror*; *terror* est proprie qui aliis infertur: ut si dicas, *ille* [*mihi*] *habet terrorem*: i. e. timendus est. Unde et *terribilis* dicitur. *Metus* autem est quem

habent timentes. Sed nunc usurpative *terrorem* pro *metu* posuit. Nam hoc dicit: *Quod si tantum Turnum timemus.* [Aliene loqui voluit; quod turpe esset audienti Latino dicere, ut Turnum timeat. — 358. *Ipsum*; invidiose repetitum pronomen.] *Veniamque oremus ab ipso, Cedat*; Asper hic distinguit, [i. e., hanc veniam oremus ut cedat; aut si coniuncte legeris: *Cedat ius proprium regi*, nova erit elocutio accusativo iunctum *cedat*, et *cedat ius proprium*, i. e. quod proprium regum est, aut cedat Aeneae. Quod autem hic dixit *cedat*, mox ait *Pone animos et pulsus abi.*] — 360. *Quid miseros* etc.; quasi viles et abiiciendos. Et ingenti pondere universa verba sunt posita. — 361. *Latio*; non uni civitati. *Caput*; principium Et est antiquum. [Quia quivis auctor et princeps rei gestae fuerat, *caput* a veteribus dicebatur.] Terentius (Andr. 2, 6, 26.): *Nam si hic male* (Guelf. I. *mali*) *est quicquam, illic* [*huic*] *rei est caput.* [Plautus in Asinaria (2, 1, 4.): *Ego caput huic fui argento inveniendo.*] — 362. *Nulla salus bello*; plus est, quam si *spes* diceret. [*Bello* autem, per bellum.] *Pacem te poscimus omnes*; te poscimus, qui solus es causa bellorum. Nam Aeneas [iam] pacem promisit. [*Omnes*, invidiose, ut et Latinus hoc poscere videatur.] — 363. *Solum inviolabile pignus*; i. e. Laviniam. Et hoc est, quod ait supra: *Pacem hanc aeterno foedere firmes.* — 364. *Invisum* etc.; [i. e. inimicum, et] bene *quem tu tibi fingis*, ne ei tanquam inimico minime credatur. Et hoc dicit: Non sum quidem inimicus: sed si velis esse, non recuso. Nam hoc est: *et esse nihil moror.* — 367. *Fusi*; fugati. *Desolavimus agros*; vel dum occiduntur [agricultores], vel dum coguntur ad militiam. Nam legimus (8. 8.): *Et latos vastant cultoribus agros.* — 369. *Dotalis regia cerdi est*; hoc est regnum Latini. Sic alibi (9, 737.): *Non haec dotalis regia Amatae.* — 371. *Scilicet ut* etc.; haec cum quadam irrisione dicuntur. [Et ostendit, hoc nec utile, nec honestum esse.] — 372. *Inhumata, infletaque turba*; atqui sepulti sunt omnes qui in bello perierant, ut legimus supra (142.). Sed hoc factum est Aeneae beneficio, qui sepulturae eorum reddidit socios. Ergo quantum ad Turnum pertinet insepulti sunt: nam campos sua potestate retinebat Aeneas. — 373. *Etiam tu*; Heia (eia); nam hortantis adverbium est hoc loco. [Terentius (Andr. 5, 2, 8.): *Etiam responde.* Alias *adhuc* significat, et est temporis [adverbium], ut (6, 485.): *Etiam currus, etiam arma tenentes.* [Alibi pro coniunctione, ut (10, 390.): *Vos etiam gemini* etc. Ponitur etiam pro nondum, Afranius: *Etiam quidquam egisti.*] Apud maiores *etiam* consentientis fuerat; quod tamen in his recentibus idoneis [auctoribus] non invenitur. [Nonnulli *etiam tu*, pro *quin tu* tradunt.] *Vis*; virtus. — 374. [*Si patrii quid Martis habes*; i. e., si quid bellicae virtutis habes, neque enim a Marte oriundus est; nam *patrii*, et a patre et a patria potest dici.] — 377. *Imo pectore voces*; [ut qui diu tacuerit dum audit inimicum. Dicendo autem *imo pectore voces*,] more suo habitum futurae orationis ostendit. — 378. *Larga quidem* etc.; sunt multa sua vi optima, quae quoniam per se non possunt vituperari, ab accidentibus vituperantur: ut hoc loco, quoniam eloquentia per se est optima, eam culpat ex tempore, dicens: Tunc incumbis eloquentiae, cum manus bella deposcunt. [Et

ostendere vult, omnem illam orationem Drancis non consilio, sed timiditate prolatam. Sane rhetorice responsurus Turnus bene coepit a Drance; ante enim se defendit, tunc de bello sententiam dicit; et primum hoc vicit * (dicit), quod eloquens et infirmus (infirmus) sententias de bello audeat ferre, dicendo: *Larga quidem semper Drance tibi copia fandi*, et *Dum distinet hostem* etc. Inde pro se agit per enumerationem ostendens, id falsum esse quod dicatur victus: *Ilium tumidum qui sanguine Tibrim* etc. Sed obiicitur, in futurum spes nulla est, exsecratur omen: *Capiti cane talia demens Dardanio*, et ex adversariorum persona rem adtenuat dicendo: *Extollere vires Gentis bis victae*, etiam ille regem respondit * (ille ad rem r.) quam dixerat Drances, vim se timere: *Vel cum se pavidum contra mea iurgia finxit*, et: *Nunquam animam talem* etc. Dilata autem de singulari certamine quaestione, quasi aliam orationem inchoat, et: *Nunc ad te et tua magne pater consulta revertor.* Sed haec in sequentibus singulatim tractanda sunt.] — 379. *Patribusque* etc.; bella penitus ignorans atque formidans, primus es inter senes ad danda consilia. — 380. [*Replenda est curia verbis*; emphasis loquacitatis. — 381. *Tuto*; dativus, an adverbium? ut *falso*. *Magna volant*; Homerus (Il. α, 201.): ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, [i. e. pennata et volatilia verba.] *Distinet*; arcet, repellit: proprie *extra tenet.* Nam *dis* separantis est, unde et *diduco* et *distraho* dicimus. — 383. [*Proinde*; pro syllaba metri causa excluditur. *Tona eloquio*; non strepitu armorum.] · *Meque timoris Argue tu*; ut, [in Bucolicis] (3, 25.): *Cantando tu illum? Argue* autem genitivum regit: ut *arguo te caedis*, *insidiarum*: et est de Graeco. Nam ita dicunt, κατηγορῶ σε φόνου, [ἐλέγχω σε φόνου, ἢ κλοπῆς.] — 384. *Quando*; siquidem. Et per irrisionem in illum suas confert laudes. [*Stragis Teucrorum*; duo genitivi.] — 386. *Insignis campos*; nobilitas, clarificas. Nam verbum est *insignio insignis*; et dicit exauctorari eius debere sententiam, quod de bello iudicat virtutis ignarus.' [*Quid vivida virtus*; i. e. tua, vel certe mea. — 389. *Imus in adversos*; contra illud: *Illum aspice contra Qui vocat.*] — 390. *Istis*; δεικτικῶς. — 392. *Pulsus ego*; quia ille dixerat: *Pone animos et pulsus abi*; et agit coniectura. Nam hoc vult intelligi, non posse dici, merito pulsum eum qui insequendo [hostem] bella deseruit; aperte autem hoc dicit, potest merito credi, quod pulsus sit is cuius tot extant tropaea, [et rerum commemoratione falsum probat.] — 394. *Cum stirpe*; occiso enim Pallante, interiit eius cuncta posteritas. — 395. [*Exutos Arcadas armis*; aut suis, aut ducis; unde per *Arcadas* etiam Pallantem intelligi quidam volunt.] — 396. [*Bitias*; subaudis *ingens*, a consequentibus. *Mille*; finitus numerus pro infinito. — 398. [*Inclusus muris*; quem pulsum ille iactabat.] *Aggere septus*; sicut supra (9, 783.): *Vestris o cives undique septus Aggeribus.* — 399. *Nulla salus* etc.; quotiens argumentum non possumus solvere, aut contraria obiectione, aut risu, aut maledicto, ut hoc loco, adversario respondemus. *Cane* [autem,] pro divina. [Et bene hic male ominantem *canere* dicit, ut vatem. Quibusdam videtur vulgare convitium, ut est *tibi et capiti tuo*: sed honestatem dicto additam per varietatem. *Dardanio rebusque tuis*; simul eum Aeneae iungendo

vult latenter ostendere proditorem.] — 400. *Proinde;* itaque. Et est ordo: Nulla salus bello, proinde omnia magno ne cessa turbare metu. Cetera per Parenthesin dicta sunt. [Hoc est, *capiti cane talia demens Dardanio* etc.] — 401. *Atque extollere* etc.; haec est virtus eloquentiae. [*Bis* autem *victae*, ab Hercule et ab Argivis.] *Arma* autem *Latini* invidiose dixit, [ut Drancem Latino reddat invisum;] nam debuit *mea* dicere. [Et hoc ad illud quod ille dixerat: *ius proprium regi patriaeque remittat.*] — 403. *Myrmidonum proceres*; Graecorum principes. Dicit autem Patroclum et Achillem. Nam licet ipsi aliunde fuerint, tamen Myrmidonibus imperaverunt, haec autem ponit inter impossibilia, et utitur Graeco proverbio, ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαί (codd. tantum: ἄνω ποταμοί.) Sic Horatius (Epod. 16.): *Et ante Padus Matina* (Vos. *Matini*) *laverit cacumina.* Et sic est modo dictum, ut in quarto (377.): *Nunc Lyciae sortes, nunc et Iove missus ab ipso.* — 405. *Retro fugit Aufidus undas;* [quod est contrarium. *Aufidus* autem] Apuliae fluvius [est, iuxta Canusium civitatem] cadens in Adriaticum pelagus. — 406. *Vel cum se* etc.; contra illud quod ait: *Det libertatem fandi, flatusque remittat.* Nam hoc dicit: Timorem suum naturalem invidiose in meam causam retorquet, ut meae praesentiae, non illius naturae, quod timet, esse videatur. Hoc est enim quod planius iterat dicens: *Et formidine crimen acerbat* [i. e. quam simulat.] — 407. *Artificis scelus;* nam sceleratorum est, simulare formidinem. [*Acerbat*; nomen sine verbi origine; non enim facit *acerbo.*] — 409. *Habitet tecum* etc.; pessima et vilis anima habitet in membris congruis. Nam *talem* vilem et pessimam accipimus, quam nefas est perire ea dextra, quae [non inertes, sed quae] viros fortes tantum consuevit occidere; [et hoc ad illud, *Licet arma mihi* etc.] — 410. *Consulta revertor; consultor* est qui consulit: *consultus* qui consulitur: *consultum* vero est res ipsa de qua quis consulitur. [Bene ergo *consulta*, de quibus consulis.] — 411. *Si nullam* etc.; insinuatione utitur, i. e. callido et subtili aditu ad persuadendum. Vult enim dicere, melius esse interire, quam pacem rogare. Quod quia aperte non audet [dicere], latenter et paulatim ad hoc serpit. Namque inter *principium* et *insinuationem* hoc interest, quod *principium* est aperta (Guelf. I. *apertae*) rei enuntiatio: *Insinuatio* autem, ut diximus, est callida et subtilis oratio. *In armis* [autem,] aut meis (al. *meorum*) aut Latinorum omnium generaliter. [Et *ultra*, modo tempus significat, alias locum.] — 412. *Si tam deserti sumus;* [si ita valde, et hoc] propter Diomedem, qui solus negavit auxilia. [Ergo *deserti*, ab auxiliis, accipiendum.] — 413. *Neque habet fortuna regressum*; omnia quae sibi possunt obiici, ponit, sed cum solutionibus suis. Nam et fortuna non est immutabilis: et qui semel pellitur, iterum in praelium potest reverti: et ab auxiliis non sunt penitus destituti, et in ipsorum exercitu est adhuc plurimum spei. Est autem syllogismus. — 414. [*Oremus pacem;* argumentum ab honesto. *Dextras tendamus inermes;* felicitatem rei verbis expressit.] — 415. *Quanquam o* etc.; non se inertiae arguit: sed queritur de virtute omissa per negligentiam. [Et videtur voluisse dicere, si solitae quicquam virtutis adesset, nunquam ad hoc cogeremur, sed reliquit.] *O* autem, dolentis est

ostendere vult, omnem illam orationem Drancis non consilio, sed timiditate prolatam. Sane rhetorice responsurus Turnus bene coepit a Drance; ante enim se defendit, tunc de bello sententiam dicit; et primum hoc vicit * (dicit), quod eloquens et infirmas (infirmus) sententias de bello audeat ferre, dicendo: *Larga quidem semper Drance tibi copia fandi*, et *Dum distinet hostem* etc. Inde pro se agit per enumerationem ostendens. id falsum esse quod dicatur victus: *Ilicco tumidum qui sanguine Tibrim* etc. Sed obiicitur, in futurum spes nulla est, exsecratur omen: *Capiti cane talia demens Dardanio*, et ex adversariorum persona rem adtenuat dicendo: *Extollere vires Gentis bis victae*, etiam ille regem respondit * (ille ad rem r.) quam dixerat Drances, vim se timere: *Vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit*, et: *Nunquam animam talem* etc. Dilata autem de singulari certamine quaestione, quasi aliam orationem inchoat, et: *Nunc ad te et tua magne pater consulta revertor.* Sed haec in sequentibus singulatim tractanda sunt.] — 379. *Patribusque* etc.; bella penitus ignorans atque formidans, primus es inter senes ad danda consilia. — 380. [*Replenda est curia verbis*; emphasis loquacitatis. — 381. *Tuto*; dativus, an adverbium? ut *falso*.] *Magna volant*; Homerus (Il. α, 201.): ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, [i. e. pennata et volatilia verba.] *Distinet*; arcet, repellit: proprie *extra tenet.* Nam *dis* separantis est, unde et *diduco* et *distraho* dicimus. — 383. [*Proinde*; *pro* syllaba metri causa excluditur. *Tona eloquio*; non strepitu armorum.] · *Meque timoris Argue tu*; ut, [in Bucolicis] (3, 25.): *Cantando tu illum? Arguo* autem genitivum regit: ut *arguo te caedis*, *insidiarum*: et est de Graeco. Nam ita dicunt, κατηγορῶ σε φόνου, [ἐλέγχω σε φόνου, ἢ κλοπῆς.] — 384. *Quando*; siquidem. Et per irrisionem in illum suas confert laudes. [*Stragis Teucrorum*; duo genitivi.] — 386. *Insignis campos*; nobilitas, clarificas. Nam verbum est *insignio insignis*; et dicit exauctorari eius debere sententiam, quod de bello iudicat virtutis ignarus.' [*Quid vivida virtus*; i. e. tua, vel certe mea. — 389. *Imus in adversos*; contra illud: *Illum aspice contra Qui vocat.*] — 390. *Istis*; δεικτικῶς. — 392. *Pulsus ego*; quia ille dixerat: *Pone animos et pulsus abi*; et agit coniectura. Nam hoc vult intelligi, non posse dici, merito pulsum eum qui insequendo [hostem] bella deseruit; aperte autem hoc dicit, potest merito credi, quod pulsus sit is cuius tot extant tropaea, [et rerum commemoratione falsum probat.] — 394. *Cum stirpe*; occiso enim Pallante, interiit eius cuncta posteritas. — 395. [*Exutos Arcadas armis*; aut suis, aut ducis; unde per *Arcadas* etiam Pallantem intelligi quidam volunt.] — 396. [*Bitias*; subaudis *ingens*, a consequentibus. *Mille*; finitus numerus pro infinito. — 398. [*Inclusus muris*; quem pulsum ille iactabat.] *Aggere septus*; sicut supra (9, 783.): *Vestris o cives undique septus Aggeribus.* — 399. *Nulla salus* etc.; quotiens argumentum non possumus solvere, aut contraria obiectione, aut risu, aut maledicto, ut hoc loco, adversario respondemus. *Cane* [autem,] pro divina. [Et bene hic male ominantem *canere* dicit, ut vatem. Quibusdam videtur vulgare convitium, ut est *tibi et capiti tuo*: sed honestatem dicto additam per varietatem. *Dardanio rebusque tuis*; simul eum Aeneae iungendo

vult latenter ostendere proditorem.] — 400. *Proinde;* itaque. Et est ordo: Nulla salus bello, proinde omnia magno ne cessa turbare metu. Cetera per Parenthesin dicta sunt. [Hoc est, *capiti cane talia demens Dardanio* etc.] — 401. *Atque extollere* etc.; haec est virtus eloquentiae. [*Bis* autem *victae*, ab Hercule et ab Argivis.] *Arma* autem *Launi* invidiose dixit, [ut Drancem Latino reddat invisum;] nam debuit *mea* dicere. [Et hoc ad illud quod ille dixerat: *ius proprium regi patriaeque remittat.*] — 403. *Myrmidonum proceres;* Graecorum principes. Dicit autem Patroclum et Achillem. Nam licet ipsi aliunde fuerint, tamen Myrmidonibus imperaverunt, haec autem ponit inter impossibilia, et utitur Graeco proverbio, ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί (codd. tantum: ἄνω ποταμοί.) Sic Horatius (Epod. 16.): *Et ante Padus Matina* (Vos. *Matini*) *laverit cacumina.* Et sic est modo dictum, ut in quarto (377.): *Nunc Lyciae sortes, nunc et Iove missus ab ipso.* — 405. *Retro fugit Aufidus undas;* [quod est contrarium. *Aufidus* autem] Apuliae fluvius [est, iuxta Canunum civitatem] cadens in Adriaticum pelagus. — 406. *Vel cum se* etc.; contra illud quod ait: *Det libertatem fandi, flatusque remittat.* Nam hoc dicit: Timorem suum naturalem invidiose in meam causam retorquet, ut meae praesumtionis, non illius naturae, quod timet, esse videatur. Hoc est enim quod planius iterat dicens: *Et formidine crimen acerbat* [i. e. quam simulat.] — 407. *Artificis scelus;* nam sceleratorum est, simulare formidinem. [*Acerbat;* nomen sine verbi origine; non enim facit *acerbo.*] — 409. *Habitet tecum* etc.; pessima et vilis anima habitet in membris congruis. Nam *talem* vilem et pessimam accipimus, quam nefas est perire ea dextra, quae [non inertes, sed quae] viros fortes tantum consuevit occidere; [et hoc ad illud, *Licet arma mihi* etc.] — 410. *Consulta revertor; consultor* est qui consulit: *consultus* qui consulitur: *consultum* vero est res ipsa de qua quis consulitur. [Bene ergo *consulta*, de quibus consulis.] — 411. *Si nullam* etc.; insinuatione utitur, i. e. callido et subtili aditu ad persuadendum. Vult enim dicere, melius esse interire, quam pacem rogare. Quod quia aperte non audet [dicere], latenter et paulatim ad hoc serpit. Namque inter *principium* et *insinuationem* hoc interest, quod *principium* est aperta (Guelf. I. *apertae*) rei enuntiatio: *Insinuatio* autem, ut diximus, est callida et subtilis oratio. *In armis* [autem,] aut meis (al. *meorum*) aut Latinorum omnium generaliter. [Et *ultra*, modo tempus significat, alias locum.] — 412. *Si tam deserti sumus;* [si ita valde, et hoc] propter Diomedem, qui solus negavit auxilia. [Ergo *deserti*, ab auxiliis, accipiendum.] — 413. *Neque habet fortuna regressum;* omnia quae sibi possunt obiici, ponit, sed cum solutionibus suis. Nam et fortuna non est immutabilis: et qui semel pellitur, iterum in praelium potest reverti: et ab auxiliis non sunt penitus destituti, et in ipsorum exercitu est adhuc plurimum spei. Est autem syllogismus. — 414. [*Oremus pacem;* argumentum ab honesto. *Dextras tendamus inermes;* felicitatem rei verbis expressit.] — 415. *Quanquam o* etc.; non se inertiae arguit: sed queritur de virtute omissa per negligentiam. [Et videtur voluisse dicere, si solitae quicquam virtutis adesset, nunquam ad hoc cogeremur, sed reliquit.] *O* autem, dolentis est

exclamatio, et intelligimus, immoratam esse illic eius orationem. Nam exarsit dolore, quia aperte non potuit dicere, moriendum potius esse, quam hostes rogandos: quod tamen dixit, conferens se ad alias personas, et laudans eos quibus contigit perire, ne ista conspicerent. [Et servavit viri fortis personam ut poenituerit eum dixisse, *Oremus pacem*. — 416. *Ille mihi ante alios*; utrum generaliter *ille*, pro: quicunque occubuit, accipiendum est, an Mezentius? Et] *ante alios*, melior, omnibus praeferendus: *Fortunatusque laborum*; sicut (73): *Laeta*[*tus*] *laborum*: (Voss. *laetorve mal.*; cf. 280.) et est Graecum, εὐτυχὴς τῶν πόνων. — 417. *Egregius animi*; figurate dixit.] *Tale videret*; vel hostes rogare: vel quod latenter insinuat, tradi alteri sibi ante desponsatam. [Ideo et media dicto quoniam res eius agebatur, ne quid tale videret posuit, quis enim eum ferret dicentem moriendum potius quam de nuptiis eius mutandum?] — 418. *Semel ore momordit*; [*semel*,] cito, confestim: i. e., qui tota mortis celeritate consumptus est, [quasi nihil ultra passurus.] Vulnerati autem solent vel terram vel arma mordere, ne dolorem eorum indicet gemitus. Lucanus de Pompeio (8, 616.): *Timuit ne quas effundere voces* (R. *ne qua voc. eff.*) *Vellet, et aeternam fletu corrumpere famam*. [Et est Homeri hemistichium (Il. β, 418.): Ὀδὰξ δὲ λαζοίατο γαῖαν. — 419. *Adhuc intacta iuventus*; non quae pugnavit (*quae non pugn.?*), sed de qua adhuc delectus habendus est.] — 420. *Urbes Italae*; quia Diomedes peregrinus fuerat. Nam hoc dicit: Habemus robur Italum, non Graecum militem, inertem et dissolutum. *Supersunt*; superabundant, adsunt, ultra quam bella deposcunt. — 421. *Sin et Troianis etc.*; mire agit post confirmatas partes suas, Troianorum [integras] vires imminuens. Quid enim proderat, dixisse, quod superessent Latinis auxilia, si etiam et Troianorum integrae vires [esse] probarentur? [Ergo] *cum multo gloria venit sanguine*; ac si diceret: Non est iudicanda victoria, quae per immensa detrimenta contingit; et hoc est, unde laudat Sallustius duces, quia victoriam incruentato (al. *incruento*; Guelf. I. *incruentam de*) exercitu reportaverunt. — 422. *Sunt illis sua funera*; i. e. Troianis. Legitur et *illi*: et aut *Aeneae* intelligimus: aut adverbium loci est, pro *illic*: ut in secundo (661.): *Patet isti ianua leto*, pro *illic*. *Parque per omnes Tempestas*. Sic alibi (7, 222.): *Quanta per Idaeos saevis emissa Mycenis Tempestas ierit campos*. Nam bello crebro comparat tempestatem. — 423. *Indecores*; decor, *decóris* facit, sicut *auctor*, *auctóris*: *decus*, *décoris*, sicut *pecus*, *pécoris*. Similiter facit in compositione, *indecor*, *indecóris*, *indecus*, *indécoris*. Ergo in neutro, co brevis est, in masculino producitur. Unde apparet, Systolen fecisse Virgilium. Nam *indecores* nominativus est pluralis a masculino, ab eo quod est *indecor*. Nam non potest *hic indecus* facere, neutrum enim in *us* terminatum, masculinum ex se facit (L. Guelf. I. II. *non facit*). Aut certe dicamus *indecores*, declinationem esse, cuius nominativus singularis non invenitur. *In limine primo*; quasi in ipso initio et aditu infelicitatis, et ad illud respexit, quod supra dixerat: *Et semel agmine verso Funditus occidimus*. — 425. *Multa dies*; illi rei vehementer incumbit, quia dixerat, *Neque habet fortuna regressum*: dicens, fortunam tam labores quam felicit

tem pro temporum qualitate mutare. *Dies* [autem] tempus. [Quidam sane non *dies multa* accipiunt, sed *multa rettulit in melius* et varia, cui non ut ipsum varium sit, sed ut fortuna eius.] — 427. *Lusit*; decepit: ut (1, 407.): *Quid natum totiens crudelis tu quoque falsis Ludis imaginibus? Et in solido rursus fortuna locavit.* Subaudis et *multos*. Et est sensus: in solidum revocavit oppressos, [et] paulo ante derelictos: *lusit* vero, et decepit felices. — 428. *Non erit auxilio* etc.; redit ad rem: quia occurrebat: *Sed negantur auxilia.* Aetolum autem dicendo, eius vires ex Graecae gentis commemoratione debilitat, [ut ostendat plus esse in Messapo ac Tolumnio, si Diomedes et infelix et alienus finibus commemoraretur.] — 429. *At Messapus erit, felixque Tolumnius;* bene duo iunxit, quae quaeruntur in bello, fortitudinem, et felicitatem. Nam de Messapo iam legimus (7, 692.): *Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro.* Utrumque autem contra Diomedem dicit, quem dicendo Graecum, inertem significavit. Infelicitatem vero eius supradicta legatorum verba testantur. [Opportuna ergo hic *felix*, quod Diomedi nec post victoriam contigit.] — 430. *Nec parva sequetur Gloria*; litotes figura. Minus enim dixit quam voluit. Nam hoc significat: Latina pubes celerrime victoriam adipiscitur: quam vix Graeci post decennium sunt adepti. — 432. *Est et Volscorum* etc.; ut in septimo, segregem (Guelf. I. *segregatam*) eam a virorum efficit multitudine, et quoniam a sexu non potest, laudat ex gente. [Et vult ostendere de viris amplius sperandum si et femina dimicaret, aut ut Dranci exprobraret, puellam non metuere Troianos quos Diomedes timeret et Drances.] — 434. *Quod si* etc.; quia audiit: *Illum aspice contra Qui vocat.* Etiam utitur ductu; nam oblique promittit se singulari certamine dimicare velle, cum nolit. Similiter etiam in duodecimo (15.) agit, dicens irrisorie: *Sedeant expectentque Latini.* — 435. [*Idque placet*; hinc apparet, eum nolle pugnare, si placet, inquit, vobis hoc fieri quod hostis postulat.] *Tantumque bonis communibus obsto*; et in tantum obsum commodis publicis, ut nisi solus dimicavero, concidat universa respublica; [et imputat tanquam hoc facit quod pro omnibus facturus est.] — 436. *Non adeo*; non multum. Nam verecunde dicit assuetam manibus suis esse victoriam. [Et bene *manus*, per quas fit ipsa victoria, et contra *manus dare* dicuntur, qui dedunt se victi.] — 437. *Tanta pro spe*; ut solus dicar servasse rem publicam, [vel spe matrimonii.] — 438. *Ibo animis contra*: ac si diceret: Si desunt corporis vires; [commendat autem gratiam certaminis, ne invitus videatur adduci.] *Vel*; etiam. *Magnum praestet Achillem.* Et *praesto illum*, i. e., melior illo sum: et *praesto illi* dicimus. Cicero in Caesarianis (pro Deiot. 4.): *Tanto ille superiores vicerat gloria, quanto tu omnibus praestitisti.* — 439. *Vulcani* etc.; bene addidit *paria*. Nam etiam Aeneas habuit arma Vulcania. [Et mire quasi falsum sit Aeneam habere arma Vulcania.] Licet possimus dicere, quod hoc Turnus ignoret: quod tamen non valde idoneum comprobatur. — 440. *Vobis animam hanc, soceroque Latino*; bene sibi et favorem conciliat populi, et a soceri nomine praeiudicio Latini implicat voluntatem. — 441. [*Turnus ego*; quem Drances contemnit.] *Ulli veterum virtute secundus*; dici-

mus et *secundus illi*, et *secundus ab illo.* — 442. [*Solum Aeneas vocat;* contra illud: *Illum aspice contra, Qui vocat.*] — 443. *Nec Drances* etc.; sensus obscure quidem dictus, sed facilis et qui de usu nunquam recedat. Nam ita irati de inimico dicere consuevimus: Abeat (tamen), nec bonis meis nec malis rebus intersit: nolo sit aut meae particeps gloriae, aut in me invidiam ex infelicitatis communione commoveat. Sicut nunc de Drance dicit: *Sive est haec ira deorum, morte luat:* i. e.: Si periturus sum (al. si pereundum est iracundia deorum), nolo invidiam sustinere, si Drances pariter forte moriatur. Si vero me virtus et gloria comitabuntur, nolo ignavus felicitatis alienae sit particeps, si dum meis pugnat auspiciis, forte superaret. [Alii sic accipiunt: *sive est haec ira deorum*, uter, inquit, eventus ex hac pugna sequetur? vel ira deorum si vincar, vel gloria si vicero mihi potius quam Dranci adscribatur. Alii sic: nec Drances potius si pereundum est ira deorum pereat, aut si vincendum est gloriam consequatur. — 445. *Illi haec inter se;* aut communiter Latini, aut Drances et Turnus.] *Castra Aeneas, aciemque movebat;* i. e. ducebat exercitum: ut (3, 519.): *Nos castra movemus.* Lucanus (5, 375.): *Brudusium decimis* (L. *denis*) *iubet hanc attingere castris*, i. e. decima deductione. — 453. [*Arma manu;* nam praeter vocem, gestum etiam flagitantis expressit, nec est superfluum *Manu*, ut quidam volunt.] *Fremit arma iuventus;* [expetit et absolute,] i. e. hoc *fremebant arma* (al. *ad arma*); et militaris vox est. — 454. *Mussant;* modo queruntur. — 455. *Dissensu vario;* alii enim Turni dicta, alii Drancis probabant. — 457. *Piscosove amne Padusae;* *Padusa* pars est Padi. Nam Padus licet unus sit fluvius, habet tamen fluenta plurima, e quibus est Padusa, [quae] quibusdam locis facit paludem, quae plena est cygnorum. [Alii *Padum* tribus fontibus nasci dicunt ex quibus sumpsit vocabulum *Padusa* qui diffusus in modum stagni in amnem digeritur: nam ideo *per stagna loquacia.* Alii partem fluminis *Padi* in quam descenditur fossa, Valgius in Elegis: *Et placidam fossae qua iungunt ora Padusam Navigat Alpini flumina magna Padi.* Ceterum illud incongruum est, *Padusam* feminino genere iuxta veteres *Padum* dictum. Titinius in Setina: *Vidistin Tiberim? vidi, qui illam derivet beaverit agrum Setinum.*] — 458. *Per stagna loquacia cygni;* in quibus habitant cygni loquaces. *Rauci* autem τῶν μέσων est. Nam modo canoros significat: alias vocis pessimae. Iuvenalis: *Rauci Theseide Codri.* Sicut *venenum* et de bono et de malo dicitur, ut *odor* et bonus et malus vocatur. — 459. *Arrepto tempore;* [hic] inventa opportunitate, [i. e. occasione. — 460. *Cogite concilium;* Drancis vitium omnibus exprobrat quod belli tempore in curiam conveniant, ut *Larga quidem semper Drance tibi copia fandi, Tum cum bella manus poscunt.*] *Sedentes;* pigri, ut (G. 2, 244.): *Immunisque sedens aliena ad pabula fucus,* [vel *sedentes*, invidiose, ut (12, 15.): *Sedeant expectentque Latini.*] — 463. *Armari edice;* figura est, dic, ut armentur, [verbum verbo iunxit, ut (1, 79.): *Tu das epulis accumbere divum.*] *Edice* autem plenus est imperativus. Nam ab omnium coniugationum infinito detracta *re* ultima syllaba fit imperativus: ut *amare, ama: docere, doce: legere, lege: audire, audi.* Cum autem *fac* vel *dic*

cimus, apocopen verba patiuntur, [ex *face*, *dice*. Cum posuit *dice*, expressit, expressa autem festinantis oratio qua Turnum non praedixit locuturum.] *Maniplis*; ars quidem exigebat, ut *ma* haberet accentum, ni [enim] longa quidem est: sed ex muta et liquida: quod quotiens fit, tertia [syllaba] a fine sortitur accentum, ut *latebrae*, *tēnebrae*. Tamen in hoc sermone, ut secunda a fine habeat accentum, usus obtinuit. *Maniplis*; signiferis; quia secundum antiquum morem in legione erant triginta: legio autem habebat decem (al. *septem*; Basil. *sex*) cohortes, sexaginta centurias. Licet in his rebus accessu temporis ducum varietas semper mutaverit militiae disciplinam. — 464. *Equitem* etc.; *equitem in armis*, i. e. armatum. Nam figura est. *Messapus* autem ut diceret, vitavit ὁμοιοτέλευτον. Nam vitiosum erat *Voluse Edice*, *Messape*. Ergo *Messapus* aut antiquus vocativus est, ut (8, 77.): *Hesperidum fluvius regnator aquarum*. Item: *Socer arma Latinus habeto*. Aut certe nominativus est pro vocativo: quanquam possit etiam nominativus esse, ut sit, *Messapus et Coras equitem diffundite*, pro *diffundant*. Melior tamen sensus est superior. — 465. *Cum fratre Coras*; scilicet cum Catillo: nam legimus (7, 672.): *Catillusque, acerque Coras Argiva iuventus*. — 467. *Qua iusso*; qua iussero: et est antiquum. — 468. *Ilicet*; confestim, ilico, quod ne diceret, metri necessitas fecit. Nam *ilico* dicimus. — 469. *Magna incepta*; quia de pace cogitabat, quae impleri non potuit. — 470. *Multaque se incusat*; pro *multum*. Et est Graeca figura. — 472. *Generumque asciverit urbi*; [i. e.] propter urbem, [quantum de praesentibus rebus colligebatur.] Lucanus de Catone (2, 388.): *Urbi pater est, urbique maritus*. *Gener* autem ideo dicitur, quia ad augendum genus adhibetur. — 473. *Praefodiunt alii portas*; i. e. ante portas, fossas faciunt: [hoc enim est quod supra dixit: *Pars aditus urbis firment*:] quae res nimiam indica[ba]t desperationem. — 474. *Bello dat* etc.; [buccinam] bene *bello dat*, nam [et propter hoc] buccina insonans sollicitudinem ac bella denuntiat. Sic in septimo (519.): *Quia buccina signum Dira dedit*. Praelium autem *tubae* indicant: ut (9, 503.): *At tuba terribilem sonitum procul aere canoro Increpuit*. — 476. *Matronae*; nunc feminae. Quidam sane arbitrantur, inter *matronam* et *matremfamilias* hoc interesse, quod *matrona* dicatur prima pueri mater, *materfamilias* quae plures peperit. Alii hoc putant rectius, *matronam* dici quae in matrimonium cum viro convenerit, et in eo matrimonio manserit, etiam si liberi nondum fuerint: dictam matris nomine spe atque omine, unde et matrimonium dictum; *matrem* vero *familias* eam esse quae in mariti manu mancipioque, aut in eius, in cuius maritus, manu mancipioque esset, quoniam in familiam quoque mariti et sui heredes (sui heredis locum) venisset. Alii *matronas* Virgines nobiles dicunt, *matresfamilias* vero illas quae in matrimonium per coemptionem convenerunt. Nam per quandam Iuris solennitatem in familiam migrant mariti. Inter *matrem* vero, et *matrem familias* hoc interest, quod *mater* est, praeter illam significationem quae est ad aliquid, quae tantum convenit in matrimonium, quod alii *matrifamilias*, sicut hoc loco dictum est, applicaverunt; *materfamilias* vero, quae convenit, ut iam diximus, per coëmptionem.]

Vocat labor ultimus omnes; omnes ad laborem ultima necessitas convocat. [Alii *Ultimus* hypallagen volunt esse, pro *ultimis.*] — 477. *Nec non ad templum;* secundum Homerum, qui inducit in summa desperatione matres ad templa concurrere, ut victoria quae non potest viribus, possit deorum favore conquiri. [Sic enim monet Helenus (Il. ζ, 86.): "Ἕκτορ, ἀτὰρ κ. τ. λ.] — 478. *Subvehitur;* proprie. Matronae enim pilentis vehebantur ad templa pergentes: ut: *Pilentis vehebantur matres in mollibus.* [*Magna matrum;* deest *cum* non enim caterva subvehitur.] — 479. *Dona ferens;* peplum scilicet, sicut diximus in primo: unde id omisit hoc loco. [Nam Homeri locus est, Hecuba peplum ferente, hoc modo scil. (Il. ζ, 287.): Καὶ δ' ἄρ' ἀόλλισαν κ. τ. λ. Et paullo post: Τῶν ἕν' ἀειραμένη κ. τ. λ. — 480. *Mali tanti;* pro *malorum tantorum.*] *Oculos deiecta decoros;* [deorsum habens, et sic ait: *deiecta oculos,*] sicut (1, 529.): *Oculos suffusa nitentes.* — 481. [*Succedunt matres;* pro intrant: et est ordo: *Succedunt matres templum ture vaporant.*] — 482. *De limine;* ad preces festinantium mulierum ostenditur desiderium. — 483. *Armipotens* etc.; Antonomasiva sunt pro proprio (cf. 10, 668.). Haec autem omnis oratio verbum ad verbum de Homero (Il. ζ, 305.) translata est: [Πότνι' Ἀθηναίη, ἐρυσίπτολι, δῖα θεάων.] *Praeses* autem *belli,* i. e. qui praeest omnibus bellis, cuius nutu semper bella tractantur. [Sane qui *praesens* legunt, quasi praestans in bellis intelligunt, qui *praeses* sine *N* litera, quasi quae praesideat rei: sic praesides dii urbis appellantur, cuius genitivus praesidis facit.] — 484. *Frange manu telum;* aut tua manu, aut in eius manu tela confringe. Homerus (Il. ζ, 306.): "Ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος. *Et ipsum Pronum sterne solo;* Homerus: ἠδὲ καὶ αὐτὸν πρηνέα δὸς πεσέειν. *Portisque effunde sub altis;* Homerus: σκαιῶν προπάροιθε πυλάων. Bene autem sub ipsis portis, quasi ad quas festinabat Aeneas. Unde est et illud: *Praefodiunt alii portas.* — 486. *Cingitur* etc.; oeconomia omnis haec est. Nam Turnus ideo cum mora armatur, et intecto capite arcem incedens admonet singulos, ut et a Lavinia possit videri, et ut sit maior causa dimicandi, dum sponsae placere contendit. [Alii *Cingitur,* propere armatur accipiunt, nam ait: *Surasque incluserat auro,* et *Certatim* pro festinanter: *Cingitur* ergo, accingitur, nam et Terentius (Phorm. 2, 2, 4.) de futura contentione ait *accingere,* et *procinctus* appellatur.] *Cingitur* autem *in praelia;* [i. e.,] ut praeliari posset. Ut si dicas, *lego in advocationem:* i. e. ut advocatus esse possim. *Furens;* amore Laviniae, quam videbat. Quod etiam sequens indicat comparatio. Nam dicturus est: *Aut ille in pastus armentaque tendit equarum.* — 487. *Iamque adeo;* aut vacat *adeo:* aut certe *sic* significat, ut sit sensus: *Adeo sic praeparatur in praelia, ut iam universa praeter galeam arma portaret.* *Thoraca indutus;* omnia quae in *ax* exeunt Graeca masculina, in obliquis casibus *a* producunt, ut *thorax, thoracis, pinax, pinacis.* Nam feminina corripiunt, ut *climax, climacis:* sed ad Latinum non transeunt. *Phalanx* vero et aliter exit, et peregrinum est etiam apud Graecos. — 489. [*Tempora nudus adhuc;* quod sine galea. Prooeconomia est, quia mox Camillam adloquitur, et ut orans et incendens ceteros facilius nosceretur.] — 490. *Alta decurrens aureus arce;*

illic enim et Amata fuerat et Lavinia. [Homerus (Il. τ, 369.): *Κνημῖδας κ. τ. λ.*] — 491. *Spe iam praecipit hostem;* mente praeoccupat hostis adventum, [ut (6, 105.): *Omnia praecepi.*] — 492. *Qualis* etc.; et haec comparatio Homeri est verbum ad verbum translata (Il. ζ, 506.): [*Ὡς δ' ὅτε κ. τ. λ.*] — 493. *Potitus;* venit ab eo quod est *potior, potiris:* [nam (4, 217.): *Subnixus rapto potitur*, venit ab eo quod est *potior, poteris.*] Nam, ut etiam supra (3, 56.) diximus, verbum hoc, modo tertiae, modo quartae invenitur esse coniugationis. — 495. [*Aut adsuetus aquae;* figurate *aquae adsuetus*, aquae flumine perfundi adsuetus.] — 496. *Arrectisque fremit cervicibus alte; alte arrectis cervicibus fremit*, non *alte fremit*, aut *alte luxurians;* [quidam sane *cervicibus* plurali numero secundum veteres dictum volunt, et Hortensium primum singulari numero *cervicem*, unde Ciceronem (Verr. 3, 19.) *Cerviculam illum iactaturum* tradunt dixisse. — 500. *Desiluit;* hoc ad Turni honorem refertur, quattuor namque erant apud Romanos quae ad honorificentiam pertinebant, *equo desilire, caput aperire, via decedere, adsurgere:* hoc etiam praecones praeeuntes magistratus clamare dicebantur. *Cohors;* pro turma; nam equitum *turmae*, peditum *cohortes* appellantur.] — 501. *Ad terram defluxit;* dicendo *defluxit* [uno verbo absolvit desilientem equis multitudinem, et vel celeritatem vel] artem et quandam moderationem [ac facilitatem] descendendi significavit, quae est etiam in ascendendo apud huius rei peritos. — 502. *Sui merito, si qua est fiducia forti;* si unusquisque fortis habet aliquam confidentiam ex conscientia fortitudinis suae, et ego audere non dubito. *Forti* autem bene dixit: nam fortis communis est generis. Haec autem hoc vult dicere, non sexum considerandum esse, sed robur: [et est ordo, *o Turne audeo,*] *occurrere turmae.* Equitatui: nam partem pro toto posuit. [Varro *turmam* triginta sex equites posuit. — 506. *Tu pedes ad muros subsiste;* bene ex muliere gloria augetur, ut cum eam faciat adversum hostes cuncta promittere quae faciunt viri fortes, etiam Turno murorum custodiam inducat mandantem. *Oculos horrenda in virgine fixus;* figurate vel oculos figens, vel fixos habens: *horrenda* autem, pro *admirabilis*, alioqui hostibus horrenda.] — 508. *Quas dicere grates;* [pro *quantas*, pro pronomine, (*pro q., pronomen pro nomine?*) et] secundum rhetoricam disciplinam dicit, se verba invenire non posse, quibus eius exprimat laudes: cum dixerit: *O decus Italiae* [*virgo.*] Sic alibi (125.): *Quibus coelo te laudibus aequem?* Cum praemiserit: *O fama ingens, ingentior armis Vir Troiane.* — 509. *Sed nunc;* ordo est: *Sed nunc mecum partire laborem.* Nam per Parenthesin dictum est. *Quando* etc.; [praemium,] i. e., siquidem es magnanima [ut supra omnes grates et supra omne praemium:] partire autem ideo, quia ille dixerat: *Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra.* — 511. [*Aeneas ut fama fidem;* oeconomia, educuntur hinc duces ut servata eorum honestate fortitudo virginis possit induci, alioqui indecens fuerat praesentibus Turno et Aenea.] — 513. *Quaterent campos;* ad camporum perturbationem. — 515. *Furta paro belli;* insidias. Sallustius: *Gens ad furta belli peridonea.* — 516. *Bivias fauces;* fauces dicuntur itinera inter duos montes locata (al. loca)

angusta et pervia: dicta a faucium similitudine. — 517. *Collatis excipe signis*; coniunctis ducibus, quos commemoraturus est. [Sic autem dicebatur a Romanis, quotiens acie dimicatum esset. — 518. *Tecum acer Messapus erit*; ingenti honore *tecum* dixit, hoc est non tu illi adiuncta eris, sed ille tibi.] — 519. *Tyburtique manus*; Catillus et Coras. *Ducis et tu concipe curam*; sicut ego. Nam non dicit, sicut Messapus aut alii, ne ei facere iniuriam videatur. *Concipe* autem, [vel] simul cum illis sume; [vel mecum cape, quia ille dixerat: *mecum partire laborem*.] Nam *con* coniunctiva (al. *continua*) est particula. Unde et *convocari* de pluribus dicimus. — 522. *Valles*; metri necessitate compellimur, ut *vallis* dicamus. Statius (6, 265.): *Vallis in amplexu nemorum sedet*; nam plenum est *valles*, sicut nunc Virgilius posuit, quod ita esse diminutio indicat: nam *vallecula* dicitur, sicut *turrim* dici debere *turriculam* indicat, sicut *vulpes*, *vulpecula* facit. Horatius: *Moveat vulpecula risum*. Ergo in *es* vel in *is* quando usurpative, quando naturaliter exeant nomina, sola diminutio indicat; ca autem quae in *es* exeunt, longa sunt omnia, si in genitivo non crescant, ut *labes*, *valles*, *vulpes*. Nam si crescant, brevia sunt, ut *miles*, *militis*. — 523. [*Densis frondibus atrum*; utrum densis frondibus urget, an densis frondibus atrum?] — 524. *Quo semita ducit*; legitur et *qua*. — 525. *Aditusque maligni*; proprie *obscuri*: ut (6, 270.): *Sub luce maligna*. — 527. *Ignota*; [vel infrequentata, vel ignota.] Scilicet Aeneae. Nam de Turno dicturus est: *Huc iuvenis nota fertur regione viarum*. *Tutique receptus*; [male quidam *recessus* legunt. Nam *receptus* dicitur, quo se cito (*tuto*) exercitus recipit.] Unde et signa *receptui canere* dicuntur. — 528. *Seu dextra* etc.; sive per valles, sive per montis radices. Incertum est enim, qua sit venturus Aeneas. [*Velis* autem pro *si quis velit*. — 529. *Instare iugis*; ut (8, 693.): *Turritis puppibus instant*.] — 531. *Arripuitque locum*; raptim tenuit. *Insedit*; proprie. Nam *insidere* est dolose aliquem exspectare, unde et *insidiae* nominatae sunt. [*Iniquis*; intelligendum hosti, vel inaequalibus.] — 532. *Velocem interea*; licet *interea* particula negotia semper praeteritis futura coniungat: tamen abruptus (al. *abusus*) est et vituperabilis transitus. Habet autem tales transitus et in superioribus libris, et in sequenti praecipue, ubi Iuppiter appellat Iunonem. *Opim*; *opim* cum dicimus, Nympham significamus: si autem dicamus *opem*, auxilium intelligimus. Terentius: *Iuno Lucina fer opem*, [*serva me*, *obsecro*.] *Opes* vero numero plurali, census accipimus. Nam *Ops*, Terra est, uxor Saturni, quam Graeci Rheam vocant. [Sane hoc nomen ipsius Dianae fuisse ab Ephesiis dedicato templo ei impositum Alexander Aetolus poëta in libro qui inscribitur Musae, refert, quod hoc loco peritissimus antiquitatis poëta sociae eius imposuit: quidam dicunt Opimetica ergea (Opim et Hecaergon) primos ex Hyperboreis sacra in Insulam Delbi (Deli) occultata in fascibus mergitum * pertulisse. Alii putant Opimeteca ergo (Opim et Hecaergon) nutritores Apollinis et Dianae fuisse, hinc itaque Opim ipsam Dianam cognominatam, quod supra dictum est, Apollinem vero hecaergon, vel quod luna, quae Diana, proxima terris facile conspiciat * quoniam mta * i vocali ecaergas sola.

Τὸ τοῦ καεναιεν τιμε κρομηνη (consp. omnia, ita vocatur Hecaergos Sol, *ἀπὸ τοῦ ἑκὰς εἴργειν· τουτέστι μακρόθεν*) hoc est e longinquo. Alii dicunt a Latone coepta non educatos; et ideo poetam Triviae custodem Opim induxisse.] — 534. *Tristes voces*; habitum futurae orationis ostendit. — 535. *Ore dabat*; pleonasmos. *Bellum ad crudele Camilla*; uno verbo exitum rei docuit. — 536. [*O virgo*; quidam ad Camillam referunt, quia ineptum putant praesenti Opi ducer et * (dicere); *o virgo* autem, interiectio est.] *Nostris* etc.; *nostris*, quibus utraque gaudemus, ut etiam ipsa habeat causam doloris et maioris iracundiae. [Et *cingitur*, nolunt quidam esse passivum, neque enim ab alio cingitur, sed ita quemadmodum dictum est (2, 722.): *Fulvique insternor pelle leonis.* — 537. *Cara mihi ante alias*; ante omnes cara, omnium carissima, ut (3, 321.): *O felix una ante alias.*] *Neque* etc.; firmiores enim sunt antiquiores amicitiae. Terentius (Andr. 3, 3, 6.): *Per amicitiam, quae [in]coepta a parvulis cum aetate accrevit* (al. *decr.*; al. *crev.*) *simul.* Iuvenalis (6, 214.): *Ille excludatur amicus Iam senior, cuius barbam tua ianua vidit.* — 539. *Pulsus ob invidiam*; scilicet crudelitatis. Nam sequitur (568.): *Neque [enim] ipse manus feritate dedisset.* [*Viresque superbas*; quibus superbe viribus utebatur.] — 540. *Antiqua*; nobili urbe. Nam *hoc Privernum* dicitur. [*Metabus*; nomen sumptum de historia, Metabus enim fuit dux Graeci agminis, qui iuxta Adriaticum mare urbem Metapontum condidit. — 543. *Nomine Casmillae*; Statius Tullianus de Vocabulis rerum libro primo, ait dixisse Callimadium apud Camillam (Callimachum, apud Tuscos *Camillum*; cf. Macrob. 3, 8.) appellari *Mercurium*, quo vocabulo significant deorum *ministrum*. Unde Virgilius bene ait, Metabum *Camillam* appellasse filiam, scilicet Dianae *ministram*. Nam et Pacuvius in Medea cum de Medea loqueretur: *Caelitum Camilla exspectata advenis, salve hospita.* Romani quoque *pueros* et *puellas nobiles* et investes *Camillos* et *Camillas* appellabant flaminicarum et flaminum *praeministros*.] — 544. *Iuga longa*; i. e. longe posita, remotiora. Sallustius: *Et Metello procul agente, longa spes auxiliorum*, i. e., longe posita. — 545. *Solorum nemorum*; desertorum. Terentius (Andr. 2, 4, 3.): *Venit meditatus alicunde ex solo loco.* Item ipse (Phorm. 5, 7, 87.): *Nonne hunc abiici oportet in solas terras?* (Al. *Nonne hunc* (s. *hinc*) *publicitus scelus hinc deportarier in s. t.?*) — 547. *Fugae medio*; dum fugit, inter fugam. Nam figuratum est; [ut (7, 59.): *Laurus erat tecti medio.* — 549. *Imber Ruperat*; impetum pluviae ostendit.] — 550. *Caroque oneri timet*; Anacreon *φορτίον ἔρωτος*, i. e., onus amoris. [Et (2, 729.): *Pariter comitique onerique timentem.*] — 551. *Vix haec sententia sedit*; ideo *vix*, quia naturale est, ut, quotiens simul multa cogitamus, vix aliquid comprobemus. Unde vera distinctio est: Omnia secum versanti subito [haec sententia sedit.] — 552. *Et robore cocto*; aut antiquam hastam fuisse significat. Nam multi temporis aliquid *coctum* vocatur. Horatius (Serm. 2, 5, 55.): *Plerumque recoctus Scriba ex quinqueviro corvum deludet hiantem.* [Item] Persius (1, 111.): *Ut ramale vetus vegrandi* (al. *praegr.*; Guelf. I. *lac gr.*) *subere coctum.* Aut re vera *cocto robore.* Hastae enim igni plerumque durari

consueverunt, [ut facilius corticem demittant.] *Huic*; [huic] scilicet telo. — 554. [*Natam implicat*; Probus de hoc loco arpitamplasma * (ἀπίθανον πλάσμα?)] *Libro*; *liber* dicitur interior corticis pars, quae ligno cohaeret. Alibi (E. 10, 67.): *Alta libraret in ulmo*. Unde et *liber* dicitur, in quo scribimus, quia ante usum chartae vel membranae de libris arborum volumina [fiebant, et] compaginabantur. — 557. [*Alma tibi hanc nemorum*; antonomasia. Nam tria epitheta sine nomine posita sunt.] — 558. *Ipse pater famulam voveo*; bene *ipse pater*, quia auctoramenti potestatem nisi patres non habent. *Voveo* autem, consecro in tuum ministerium. Unde et *Camilla* dicta est, licet supra et (al. *eam*) a matre dixerit esse nominatam. Sed illud poëtice dictum est: nam *Camilla*, quasi *ministra* dicta est, [quod superius expositum est; *ministros* enim et *ministras* inpuberes *Camillos* et *Camillas* in sacris vocabant; unde et Mercurius Etrusca lingua *Camillus* dicitur, quasi minister deorum. [In sacris tamen legitur posse etiam opera consecrari ex servis usque dum solvatur caput hominis, i. e. liberetur sacrationis nexu, aut enim numen famulae quam servi significatio conditionis. * — 559. *Tela tenens*; ordo est: Tua supplex tela tenens quibus illigata est, et ingeniose *tenens*, cum illigata sit.] — 562. *Sonuere undae* (i. e. aëris aurae; ex iactu teli scil.); hic distinguendum. — 563. *Infelix Camilla*; [mira effingit. *Infelix* autem *Camilla*; non eo tempore quo evasit, sed nunc infelix. Plerumque enim epitheta praesentis temporis [scilicet] sunt, licet et peractis negotiis: ut in secundo (455.): *Infelix qua se dum regna manebant, Saepius Andromache ferre incomitata solebat*. — 565. [*Victor*; propositi sui et intentionis effectu, ut (8, 61.): *Mihi victor honore* (*honorem*) *Persolves*. — 566. *Donum Triviae*; mire Triviae, cum ipsa loquatur, at bene donum aut quoniam pater Dianae servaverit. *Cespite*; Probus aut cespito, aut *cespite* pro campo, scilicet quod cespes gleba sit.] — 567. *Non illum etc.*; non mirum a nulla hunc civitate susceptum. Nam licet Privernas esset, tamen quia in Tuscorum iure paene omnis Italia fuerat, generaliter in Metabum omnium odia ferebantur. Nam pulsus fuerat a gente Vulscorum, quae etiam ipsa Etruscorum potestate regebatur: quod Cato plenissime exsecutus est. Hinc est: *Multae illam frustra Tyrrhena per oppida matres Optavere nurum*: quod non procederet, nisi inter eos essent iura connubii. *Non moenibus urbes Accepere*; non tectis, non moenibus: hoc est non in civitatem, non in privatam admissus est domum. Et sic ista etiam in primo [libro] (600.) separavit: *Urbe, domo socias*. Sciendum autem, *moenia* abusive dici omnia publica aedificia: ut (2, 234.): *Dividimus muros, et moenia pandimus urbis*. Nam proprie *moenia* sunt tantum muri, dicta quasi *munia* a *munitione* civitatis. — 568. *Manus dedisset*; consensisset: et hoc dicit: Etiam si qui eum voluissent suscipere, ille tamen eorum consortia morum feritate fugisset; *feritate* autem figurate pro *feritati*, an *ob feritatem*? — 569. *Pastorum etc.*; et pastorum aevum exegit in montibus solis, i. e. pastorali usus est vita. — 571. *Armentalis equae*; indomitae; [scilicet quae in armenta foeturae causa parcatur (pasc.)]. Unde sequitur: *et lacte ferino*. [Veteres enim omnes prope quadrupedes *feras*

vocabant (2, 51.): *In latus inque feri curvam compagibus alvum.* *Equae* autem *mammis et lacte ferino*, ἓν διὰ δυοῖν. — 572. *Nutribat*; quidam nove dictum accipiunt] — 573. *Vestigia plantis Institerat*; signa pedum primis plautis expresserat. Nam haec sunt vestigia, imagines pedum: ut (3, 244.): *Semesam praedam et vestigia foeda relinquunt.* — 574. *Palmas oneravit*; onus enim est quicquid teneris imponitur manibus. — 576. [*Crinali auro*; quo crines illigantur.] *Pro longae tegmine pallae; palla* proprie est muliebris vestis deducta usque ad vestigia. Unde ait *longae.* Sicut supra (1, 648.): *Pallam signis auroque rigentem.* — 577. [*A vertice pendent*; tempora variavit, nam de praeterito dicit.] — 580. *Strymoniamque gruem*; Thraciam a fluvio Strymone. Sane sciendum, posse dici, et *hic* et *haec grus* (R. *gruis*, Guelf. I. *grus vel gruis*; II. *grus*, *et hic et haec gruis*), [et *hi* et *hae grues*.] *Olorem*; Latine ita dicimus; nam *cygni* Graece dicuntur. — 581. *Multae illam frustra*; antequam rem diceret, praeiudicaret (al. *prius eius ostendit eventum*); sic Sallustius (Iug. 1.): *Falso queritur de natura sua genus humanum.* Nam antequam diceret *queritur*, *falso* dixit. *Matres*; inter *matrem* et *matremfamilias* hoc interest, quod *mater* est praeter (propter) illam significationem, quae est ad aliquid, quae tantum convenit in matrimonium; *materfamilias* vero illa dicitur, quae in matrimonium convenit per coëmtionem; nam per quandam iuris sollemnitatem in familiam migrat mariti. [Et hic ostendit dicendo *Tyrrhena per oppida*, quod etiam Volsci in Tuscorum fuerint potestate.] — 583. *Aeternum*; i. e. aeterne (aeterno). Nam nomen est pro adverbio. — 584. [*Intemerata colit*; inviolata, incorrupta, *temeratae* enim, quibus vis allata est.] — 585. *Conata*; cum conaretur, [ut (2, 441.): *Obsessumque acta testudine limen*, et (8, 218.): *Caci spem custodita fefellit.* Hac autem ratione ostendit, quare non suscensa a Troianis *]. — 587. *Fatis urgetur acerbis*; ostendit etiam desideria ex fati necessitate descendere. — 589. *Committitur omine pugna*; pro *committetur.* — 590. *Haec cape*; generaliter dixit arcum, pharetram, ut sequentia indicant. Nam dicit: *Et ultricem pharetra deprome sagittam*; [et neotericum putatur *ipsam sagittam ultricem.*] *Ultricem*; nomina [omnia] in *x* [litera] terminata, ablativum singularem in *e* mittunt non in *i*; genitivum vero pluralem in *um*: exceptis his quae omnis sunt generis: ut *felix.* Nam et *ab hoc felici*, et *horum felicium* facit. Lucanus: [*Et*] *felici non fausta loco tentoria ponens*: quod receptum est ideo quia genitivus pluralis a nominativo plurali minor esse non debet, sed aut par, aut maior una syllaba. Et quia [in] neutro facit *felicia*, *felicum* dicere non debemus, ne propter alia genera huic praeiudicemus. Namque ab eo quod est *felices*, ut *felicium* dicamus, ratio patitur: una enim crescit syllaba. Ab eo quod est *felicia*, ut *felicum* dicamus, non procedit, ne minor sit genitivus a nominativo plurali. Similiter et *ultricium* et *victricium* dicimus: licet in his neutrum [genus] in numero singulari non inveniatur. — 591. *Violarit vulnere corpus*; [bene *violarit*,] quia dixerat *sacrum.* [Et superius (558.) dictum est, operam solemni more consecrari usque dum solvatur caput hominis, i. e. liberetur sacrationis nexu, quod facilius accidet, si mors intercedat. Hic ergo

totius rei, et praecipue sacrationis aliud agens poëta mentionem inseruit dicens: *hac quicumque sacrum violarit vulnere corpus, Tros Italusve mihi pariter det sanguine poenas;* bene ergo sicut dictum est, *violarit*, quia dixerat *sacrum.*] — 592. *Tros Italusve mihi*; si simpliciter accipiamus, ita intelligamus: Sive eam Troianus interemerit, sive aliquis de Aeneae auxiliis. Namque alii volunt, Aruntem de Turni fuisse partibus, et indignatum, femineum sexum plus in bello potuisse, quam viros. Quam rem hic dicunt perstrinxisse Virgilium: et re vera sic ubique loquitur, ut incertum sit, Aruns de cuius partibus fuerit. Unde est et illud (789.): *Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis. Pariter*; similiter, uno modo. Et est antiquum. [Plautus in Aul.: Filium pariter moratum.] — 593. *Miserandae corpus;* haec in oeconomia praeiudicia nominantur, quotiens negotii futuri exitus tollitur. Vult enim, nos de Camillae cadavere nihil ulterius expectare, sicut fecit in primo (683.): *Tu faciem illius noctem non amplius unam Falle dolo.* Quod praemissum sustulit commemorationem, quando vel Cupido discesserit, vel Ascanius sit reversus. — 594. *Arma inspoliata*; aut indetracta, aut ipsius inspoliatae [Camillae. *Patriaeque reponam;* hoc est in patriam.] — 596. *Nigro circumdata turbine corpus*; [hoc ideo] quia ad moerorem luctumque descendit. Contra in octavo (608.), ubi ad laetitiam descendit Venus, claro eam nimbo circumdatam dicit: ut: *At Venus aetherios inter dea candida nimbos.* — 597. [*At manus interea*; in tota hac descriptione historicum characterem poëtico miscet.] — 598. *Etruscique duces;* Etruria dicta est, quod eius fines tendebantur (al. *teneb.*) usque ad [primam] ripam Tiberis [et per syncopen Ἑτρουρία,] quasi ἑτερουρία. Nam ἕτερον est alterum, et ὅρος finis vocatur. Roma enim antea unam tantum Tiberis ripam tenebat. Iuvenalis (8, 264.): *Et quae imperii fines Tyberinum virgo natavit* (L. Fabr. *notav.*). [Quidam sane et ruri (*Etrurique*) legunt ab eturie trus. * (*ab Etrurus*) trans Tyberim enim *Etruriam* dicebant, homines *Etruros*, quos nunc *Etruscos.*] — 599. *Compositi numero;* i. e. [aequati numero] rationabiliter: unde et *saepenumero* dicimus, i. e., frequenter et rationabiliter. Hinc est (E. 6, 27.): *Tum vero in numerum*, i. e. in rationem, in rhythmum. Unde et metra, *numeros* dicimus: ut (E. 9, 45.): *Numeros memini, si verba tenerem.* Sane modo generalis est descriptio equestris certaminis: paulo post descendit ad specialem, sicut fecit in quinto et de cursoribus et de navali certamine. — 600. [*Pressis;* cum habenis premeretur: *pugnat* autem pro *repugnat.* — 601. *Ferreus hastis;* quaeritur, quid sit *ferreus*, utrum ferreus ager horret hastis, an ferreis hastis ager horret?] *Horret* [autem] terribilis est; est autem versus Ennianus vituperatus a Lucilio dicente per irrisionem, eum debuisse dicere *horret et alget.* Unde Horatius de Lucilio (Serm. 1, 10, 54.): *Non ridet versus Ennii gravitate minoris.* — 602. *Campique armis ardent;* [i. e.] resplendent. [Et Euripides in Phoenissis: κατὰ χαλκὸν ἅπαν πεδίον ἀστράπτει.] — 603. *Celeresque Latini*; alludit ad militiam Romanam; namque et equites habuit Romulus, ut illo diximus loco (9, 370.): *Tercentum scutati omnes Volscente magistro.* Quos *celeres* appellavit, vel a *celeritate*, vel a duce *Celere*, qui dicitur

Remum occidisse, in cuius gratiae vicem a Romulo fieri tribunus equitum meruit. [Alii hos *celeres* ideo appellatos dicunt, quod explorationes obirent, et quae usus exigeret velocius facerent. Alii a Graeco dictum putant quod est κέλης.] — 604. *Ala Camillae*; equitatus. *Alae* autem dicuntur equites, quod alarum vice pedestrem exercitum tegunt. — 605. [*Hastasque reductis*; ante oculos posita descriptio.] — 608. *Intra iactum teli*; [Homericum est, ἔσω βέλους;] unde possit hasta emissa in hostem venire. Hinc traxit Statius (Theb. 6, 354.) ut diceret: *Quale quater spatium iacula ter arundine vincas* (Guelf. I. *vindicas*, II. *vindicans*). Et Enniana est omnis haec ambitiosa descriptio. — 609. [*Subito*; adverbium est, an *Subito clamore*, et est versus hypermetros. — 612. *Continuo adversis*; hic specialis pugna est. — 615. *Praefractaque Pectora pectoribus rumpunt*; rumpunt praefractaque faciunt.] — 617. *Praecipitat*; pro *praecipitatur*. — 619. *Reiiciunt* etc.; *reiiciunt*, retro agunt, [vel retrorsum ferunt, ut cedentium terga munita sint, ut ipse (630.): *Bis reiecti armis respectant terga tegentes*.] Sane nunc fugiunt non timore, sed lege praeliandi. Sallustius: *More equestris praelii sumptis tergis ac redditis*. [*Parma* autem est equestre scutum.] — 622. *Mollia*; domita, domitorum scilicet [equorum, qui facile flectuntur.] — 625. *Superiacit undam*; super scopulos undam iacit. Nam more suo dedit verbo detractam nomini praepositionem. — 626. *Sinu*; curvatione et flexu undarum. [*Extremamque*; quantum ad mare pertinet; nam terrae prima est.] *Extremam* autem ad illud pertinet quod ait supra: *Penitusque datis referuntur habenis*. — 627. *Aestu* etc.; *aestus* proprie est maris incerta commotio [crescentis et decrescentis; unde *aestuaria* dicta. Plautus in Aulularia (1, 3, 6.): *Quo magis te in altum capessis, aestus te in portum referet.*] — 628. *Vado labente*; hypallage, pro *labens ipse per vadum* [*litus reliquit.*] — 633. [*Gemitus morientum*; aliqui *morientum*, genitivum corruptum pro integro accipiunt, facit enim *morientium*.] *Et sanguine in alto*; ἐμφατικῶς caedis ostenditur magnitudo. — 634. [*Armaque, corporaque*; versus πολυσύνδετος, et bene belli faciem demonstravit, multa enumerando quae in alto sanguine velut natarent. — 636. *Quando ipsum horrebat adire*; parenthesis, et quaeritur, quid sit *horrebat*.] — 637. *Hastam intorsit equo*; figurate; nam *intorqueo in equum* dicimus: ut (2, 51.): *In latus, inque feri curvam compagibus alvum Contorsit*. [*Equo* ergo, pro *in equum*.] *Sub aure reliquit*; ex vulneris genere fugientem eum intelligimus esse percussum (al. *prensum*). — 640. *Volvitur ille excussus humi*; *humi volvitur*. Nam *excussus* per se plenum est. — 642. *Deiicit Herminium*; nomen hoc de historia Romana est. Namque cum Coclite contra Tuscos Lartius et Herminius (Guelf. I. *hermen.*) steterunt [et pugnaverunt eo] tempore quo pons sublicius (Guelf. I. *subsilic.*) rumpebatur. Unde et eum plurimum laudat, ac si diceret: Talis [hic est] qualis ille fuit. — 644. *Tantus in arma patet*; [i. e.] Tantum patebat in vulnere, i. e. in hostilia tela totus patebat. [Alii *in arma* pro *armis* vel *scutis* tradunt.] *Per armos*; abusive; nam proprie *armi* quadrupedum sunt. — 648. *Exultat Amazon*; suspendendum *exultat*, ut *Amazon* intelligas, quasi Amazon. Nam

Camilla Vulsca fuerat. Sic in primo (319.): *Dederatque comam diffundere ventis Venatrix*, i. e., quasi venatrix. — 649. [*Pharetrata*; participium a feminino genere derivatum. *Unum autem exserta latus*, pro *exsertum latus habens*. — 650. *Denset*; i. e. dense, sparse iacit. Sane densentur plures res in unum, ut (12, 264.): *Vos unanimes densete catervas*, et declinatur, *denseo*, *denses*, *denset*.] — 651. *Indefessa*; infatigabilis. Et omnia ei arma Amazonum tradit, quas Titianus unimammas vocat. Nam hoc est *Amazon*, quasi ἄνευ μαζοῦ, [sine mamma. *Bipennis* autem dicitur, quod ex utraque parte habeat aciem, quasi duas pinnas quas veteres dicebant.] — 654. *Spicula fugientia*; pro *ipsa fugiens*. — 655. *At circum lectae comites*; subaudis *dimicant*: quod etiam sequens Amazonum indicat comparatio, quae inducuntur circa reginam bella tractantes [ne culpetur poëta, quod nullam earum pugnantem induxerit.] *Larinaque virgo*; nomina haec nobilissimarum sunt Italiae feminarum; [et *aeratam* pro *ferream*, ut (7, 743.): *Micat aereus ensis*.] — 657. *Italides*; [ut *Sicelides*, *Atlantides*: atque sociarum ducem, *Amazonam* dicit, velut Amazonidas, ut: *Ducit Amazonidum*: et est] pulchra derivatio, non [tantum] vera: nam verum est Italiae (*Italae*). *Italis* autem, unde est *Italides*, magis patronymicum est, quam derivativum, sicut *Belis*, unde est *Belides*, [et est Graecum.] *Quas ipsa decus*; et ad delectas, et ad ipsam potest referri. *Decus* autem, si ad Camillam, nobilitas, pulchritudo: si ad *delectas*, ornamentum, [i. e.] quas sibi elegit ornamentum, i. e. ad ornamentum. *Dia Camilla*; generosa: εὐγενής. Nam Graecum est, cuius nominis etymologiam plerique volunt venire ἀπὸ τοῦ Διός: quod si [sic] est, dicemus, dissentire derivationem a principalitate. Nam *dia*, *di* producit, cum διὸς corripiat: sicut e contra, cum *lux lu* producat, *lucerna lu* corripit. — 658. *Pacisque bonae, bellique ministras*; congruum paci epitheton dedit, ut eam bonam diceret, cum bellum e contra sit pessimum. Nam sine dubio et *belli saevi* diceret, si ratio versus admitteret: [quidam *bonum* interdum pro *grandi* accipiunt. *Bellique ministras*; nonnulli *ministras* modo ad bellum tantum referri volunt, ideoque coniunctionem incongrue positam, et ordinem esse: *decus pacis*, *et ministras belli*. Poterit et ita: *quas sibi decus delegit ministras bonae pacis et belli*.] — 659. *Quales Threiciae*; Tanais fluvius est qui separat Asiam ab Europa, circa quem antea Amazones habitaverunt. Unde se postea ad Thermodonta fluvium Thraciae transtulerunt. Quod etiam Sallustius testatur, dicens: *Dein campi Threissi* (V. *Themiscyrei*, R. *Thrae Trevisсyrei*, Vos. *Treniscyrrei*; Guelf. I. *th'nis cyrei*; Guelf. II. *themes cyrei*), *quos habuere Amazones*, *a Tanai flumine incertum quam ob causam digressae*. [Has quidam dicunt stato die solitas Sinthiis coire. *Flumina*; pro flumine, aut fluenta.] *Thermodoontis*; plenum est *Thermodoon*, sed per Synaeresin *Thermodon* facit. Unde *don* circumflexum habebit accentum. Graeca enim nomina necesse est, ut circumflectantur, quotiens fit Synaeresis exigente metri [ratione vel] necessitate. Ergo si sit *Thermodoon*, *do* acutum habebit accentum: quod si *Thermodon* fecerit, et in finalem transfertur, et mutatur accentus. Nam circumflexus fit. — 660. *Pulsant*; Ennius, ad musas:

Quae pedibus pulsatis Olympum. Bellantur; pro *bellant.* Nam solent verba pro verbis poni. Unde nunc passivam declinationem sub activa posuit significatione: sicut in Georgicis (2, 425.): *Et placidam pati nutritor olivam;* futurum tempus a passivo posuit, pro praesenti ab activo. Nam *nutritor* pro *nutri* posuit. Sic apud Ciceronem in Officiis (1, 25.): *Neque ad eius, qui punitur aliquem, aut verbis castigat, sed ad reipublicae utilitatem referri. Punitur* pro *punit.* Inde est econtra (2, 8.): *Nox humida coelo Praecipitat,* [activum pro passivo.] — 661. *Hippolyten;* haec Amazonum fuit regina, cui victae Hercules balteum sustulit; [huius filia Antiopa quam Theseus rapuit, unde Hippolytus.] *Martia;* aut bellicosa, aut Martis filia, [quae ab Achille occisa ac mortua adamata est. Ut nonnulli vero adserunt, cum Achille concubuit, et ex eo Caistrum filium edidit ex quo flumen Lydiae ita appellatur: refert autem; aut addita est praepositio *re,* i. e. *fert,* aut mutata, pro *infert.* — 662. *Ululante tumultu; ululare* veteres etiam vocem quae redditur initio praelii dicebant, quam Graeci ὀλολυγὴν vocabant.] — 664. *Quem telo primum Deicis?* Homericum est, interrogationem ad ipsum referre qui describitur, [(Il. π, 692.): Ἔνθα κ. τ. λ.] cum [semper sic] musae interrogari consueverint: ut (9, 525.): *Vos o Calliope precor aspirate canenti. Aspera virgo;* epitheton ad officium belli respiciens: alias incongrue virginem asperam dicimus. — 666. *Euneum;* quia Latina est declinatio, ideo *ne* accipit accentum. Nam Statius quia Graece declinavit, Graecum accentum posuit dicens (6, 343.): [*Nunc*] *Eumeneon* (R. Vos. Guelf. I. *Euneuna*; Guelf. II. *euneon*) *audit Ante Thoas.* — 667. *Longa abiete;* hasta abietali; nam arborem pro hasta posuit. — 671. *Suffuso;* casuro. Nam *suffusi* equi dicuntur quos vulgo *incespitatores* (al. *cesp.*) vocant. Alii *suffosso* legunt, i. e. praecipiti et iam cadenti. — 672. *Dum subit;* scilicet [dum se] ad sustentationem ruentis [inclinat]: et vult, utrumque tanta celeritate esse percussum, ut unum ictum (al. *interemptum*) putares. Inde est enim: *Praecipites pariterque ruunt.* [*Inertem;* nudam, an nihil proficientem? — 673. *His addita;* adiungit. — 674. *Sequitur,* pro persequitur.] — 678. *Armis ignotis;* novis, inconsuetis. [Vel *ignotis,* i. e. non conspicuis.] *Iagype;* Appulo [equo]. — 679. *Pellis erepta iuvenco;* i. e. lorica, nam proprie *lorica,* est tegimen [de corio tanquam] de loro factum: quo maiores [in] bello uti consueverant. — 680. [*Caput ingens oris hiatus;* Amphibolon, i. e. hiatus ingens.] — 682. *Agrestisque manus armat sparus;* bene *agrestis:* nam *sparus* est rusticum telum in modum pedis (*pedi*) recurvum. Sallustius (Catil. 56.): *Sparos et lanceas, alii praeacutas sudes portare.* [Varro ait, *sparum telum missile, a piscibus ducta similitudine, qui spari vocantur.* Alii *sparus a spargendo* dici putant.] — 683. *Vertitur in mediis;* i. e. agit[ur]: nam Graece dixit ἀναστρέφεται. *Toto vertice supra est;* sic Statius de Capaneo (4, 165.): *Et toto* (Vos. Guelf. I. *totum*) *transcendit corpore* (Guelf. II. *et toto despectans vertice*) *bellum.* — 684. *Hunc illa exceptum;* fraude circumventum, ut (6, 173.): *Aemulus exceptum Triton.* [*Agmine verso;* aut converso impetu suo aut adversariorum conlato agmine.] — 685. *Traiicit;* vis iactus ostenditur. — 686. *Silvis;* pro *in sil-*

vis, et est Archaismos (Guelf. I. II. *sarcasm.*), casus pro cas
687. *Muliebribus armis;* usus obtinuit, ut innuptas, *virg*
nuptas, *mulieres* vocemus. Nam apud maiores indiscrete
dicebatur et *mulier*,: utrumque enim sexum tantum signifi
ut ecce hoc loco dicit armis muliebribus, cum Camillam
ptam fuisse manifestum sit. Item in Bucolicis legimus (6,
Ah virgo infelix, cum Pasiphaen constet ex Minoe ante am
tauri liberos suscepisse. Terentius [in Hecyra] (3, 3, 23.),
mulierem post partum, *virginem* vocat: [*Nam vitium est*
tum virgini olim ab nescio quo improbo.] — 688. *Nomen*
irrisio est amaritudinis plena. Nam si voluerimus simpl
accipere, ut ita sit dictum, quemadmodum supra (10,
Aeneae magni dextra cadis: incipit contrarium esse supe
bus. Unde melius est, ut perseveremus in sensu: et ita
ctum: Magnam re vera gloriam laturus es ad manes pare
quem feminea tela superarunt. — 692. *Sedentis;* equitis.
eum ex vicino intelligimus esse [percussum.] — 695. *Inte*
sinisterior, breviore scilicet circulo. — 698. *Congeminat*
distinguendum. Nam nemo dicit: *securim vulnus congen*
sed *securis*. — 699. *Incidit huic*; figurate, pro: *in hanc*
dit. Terentius (Phorm. 1, 3, 23.): *Ego in eum incidi i*
locum, ut neque mihi amittendi, neque retinendi sit copi
700. *Apenninicolae bellator filius Auni*; quia Liguria m
parte sui in Apennino est constituta. *Ligures autem omne*
laces sunt, sicut ait Cato in secundo Originum libro. *I*
Auni; Aunus scilicet. Nam, ut supra diximus, cum, dictis p
tibus, filiorum nomina supprimuntur, eos patri cognomine
telligimus: ut (9, 360.): *Tiburti Remulo ditissimus olim*
703. [*Reginam avertere;* proprio verbo usus est, ut est
equestris, i. e. non sperat fore, ut illam averteret.] — 704.
sare dolos ingressus; tractare, ut (2, 62.): *Seu versare*
seu certae occumbere morti. Astu; malitia. Nam proprie
tos, malitiosos vocamus. Unde in Terentio (Andr. 1, 2,
postquam de domino dixit servus *Astute:* ille iratus ait: *Car*
quae loquitur? Cicero (Verr. 1, 11.): *Ita fit, ut tua ista*
existimetur astuta: meum hoc consilium necessarium. —
Dimitte fugam; i. e., equi celeritatem, cui fidis, reli
[*Fuga*, i. e. celeritas, ut Iuvenalis etiam indicat versus (8,
Cuius clara fuga ante alios, et primus in aequore pulvi
708. *Ventosa ferat cui gloria fraudem;* haec est vera et
qua lectio: ut [*fraudem* non *laudem* legas: ut si *fraudem*
ris] sit sensus: Pedes congredere: iam agnosces, cui inani
ctantia afferat poenam. Nam *fraudem*, veteres poenam
bant: [ab eo quod praecedit, id quod sequitur, ut (2, 229.)
scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt. Cicero in
nelianis: *Ne fraudi sit ei qui populum ad contentionem voc*
Ut etiam in antiquo cognoscitur iure. [Sallustius in Catili
(36.): *Diem statuit antequam sine fraude liceret ab armis*
cedere. Est autem Hypallage, pro: cui fraus ferat gloriam
autem *laudem* legerimus, erit sensus: Agnosces, cui inanis
ria afferat laudem. *Ventosa* autem *gloria* est, quam G
κενοδοξίαν vocant. — 710. *Paribusque resistit in armis p*
sicut etiam illum congressurum putabat. — 711. *Pura pa*

tunc enim primum in bella descenderat; [cum tirones pictas minime gestarent parmas.] — 713. *Fugax;* fugiens. Nam nomen est pro participio: non enim fugacem possumus accipere; quem supra legimus bellatorem. — 714. [*Ferrata calce*; *calcem* genere feminino usurpat.] — 715. *Vane Ligur*; aut fallax, aut inaniter iactans. Nam *vanos*, stultos, posteriores dicere coeperunt. Et rarum est etiam in neotericis. Iuvenalis (3, 159.): *Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.* Quid autem hoc loco *vane* significet, sequentia demonstrant: *Frustraque animis elate superbis:* [possumus tamen hic et mendacem verius accipere, quia ait: *Dum fallere fata sinebunt.* Et: *Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.* Nigidius de erra * (de Sphaera): *Nam et Ligures qui Apenninum tenuerunt, latrones, insidiosi, fallaces, mendaces.* Cato originum II. cum de Liguribus loqueretur: *Sed ipsi unde oriundi sunt exacta memoria illiterati, mendacesque sunt et vera minus meminere.* Sane subito, ut solet, ad characterem dramaticum transit, neque enim ostendit, Camillam loqui coepisse.] — 716. *Lubricus;* mobilis, fallax. — 718. *Pernicibus ignea plantis*; modo velocibus: alias perseverantibus. Nam *pernix* interdum velox: interdum perseverans significat, ut ipse in Georgicis (3, 229.): *Et inter Dura iacet pernix instrato saxa cubili.* — 719. *Transit equum cursu*; nunc hoc incredibile esse videretur, nisi praemisisset in septimo (808.): *Illa vel intactae segetis per summa volaret Gramina, nec teneras cursu laesisset aristas. Adversa*; opposita. [*Quam*, similitudinis adverbium est, est et pronomen tam subiunctivum quam praepositivum, est et coniunctio, ut cum dicimus: *tam hoc quam illud.*] *Accipiter* etc.; *sacer* ideo, quia Marti est consecratus [accipiter]: aut [sacer] avibus execrabilis: ut (3, 56.): *Auri sacra fames.* Aut quod verius est, Graecum nomen expressit. Nam ἱέραξ avis dicitur, hoc est sacer: ἱερεὺς enim [Graece Latine] sacerdos vocatur. Cur autem Graece ita dictus sit, ratione non caret: quae nota est sacrorum peritis. — 722. *Consequitur pennis;* nova laus Camillae: siquidem accipiter columbam sequitur, ista hostem praecedit. Ipsa etiam avium comparatio sumpta ex contrario est. Nam aequius vir accipitri, Camilla compa[ra]retur columbae. — 723. [*Eviscerat;* ne vulgari verbo et Graeco uteretur dicens *exenterat*, ait *pedibusque eviscerat.*] — 724. *Tum cruor* etc.; ecbasis [poëtica], i. e. excessus (al. *excursus*; Guelf. I. *excussus*). — 725. *Non nullis*; i. e., non negligentibus. Nam Litotes figura est. Vult enim dicere, non leviter Iuppiter intuebatur ista certamina. [Ideo et adiecit *observans oculis*, i. e. intente aspiciens. Plautus (Amph. 1, 3, 9.): *Observato quam blande suppalpatur mulieri.*] — 730. *Instigat vocibus alas;* [alas] incitat: et irritat ad reditum. Primum enim est, ut fugere desinant: post ut in hostes impetum faciant. — 731. *Nomine quenque vocans*; per hoc extrema necessitas indicatur. [*Reficitque*; i. e. restituit.] — 732. *Quis metus;* [dolentis, interrogantis, i. e.] qualis, quantus: qui v[ir]os etiam feminam timere compellit? Unde paulo post: *Quae tanta animis ignavia venit? Femina palantes agit. O nunquam dolituri*; i. e. stulti. Stultus enim est, quisquis iniuria non movetur. Et bene *nunquam:* siquidem antea saevitiam Mezentii pertulerunt, nec se ulti sunt.

Nunc praebent terga mulieri: et ne hinc quidem commoventur dolore. [Nonnulli tamen *dolorem*, studii alicuius ardorem et promptam gloriae cupiditatem veterum more dictum tradunt, ut Graeci πόνον.] — 734. *Atque haec agmina vertit?* δεικτικῶς, i. e. multitudinem tantam, [hoc est, magnam.] — 735. *Irrita*; [i. e.] inertia: quae nos ulcisci minime valent. — 736. *At non in venerem segnes*; latenter hoc dicit: fugitis mulierem, quia armata est: alias primi ad hunc curritis sexum. *Nocturnaque bella*; coitum. Alibi: *Et si quando ad praelia ventum est*. — 737. *Curva tibia*; symphoniacorum. *Bacchi* autem ideo, quia apud veteres ludi theatrales non erant, nisi in honorem Liberi patris. [Hanc *tibiam* Graeci πλαγίαυλον vocant, Latini *Vascam tibiam*; et est *Dionysia*, cum maxime ea Satyri utuntur.] — 738. *Expectate*; pro *expectatis*; modum pro modo posuit. — 739. [*Hic amor, hoc studium*; per parenthesin dictum est, nam ordo est: *pocula mensae, dum sacra secundus aruspex Nuntiet*.] *Secundus aruspex*; pro secunda sacra, i. e. prospera: sicut econtrario Homerus μάντι κακῶν, i. e. malorum divine. — 740. *In altos lucos*; illic enim epulabantur sacris diebus. [Mire autem vocet *hostia*, pro: ut ad hostiam conveniatis.] — 741. *Moriturus et ipse*; moriturus animo. Nam moriturus non est. Quod autem ait *et ipse*, aut ad Camillam, aut ad Venulum respicit. — 742. *Turbidus*; [i. e.] terribilis. — 743. *Direptumque* etc.; hoc de historia tractum est. Nam Caius Iulius Caesar, cum dimicaret in Gallia: et ab hoste raptus equo eius portaretur armatus, occurrit quidam ex hostibus qui eum nosset, et insultans ait, *Caesar Caesar* (Guelf. I. tantum: *cecos*, II. *cesar*; al. *Cecos C*, s. *Caecos ac C.* v. Burm.): quod Gallorum lingua *dimitte* significat; et ita factum est, ut dimitteretur. Hoc autem ipse Caesar in Ephemeride sua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem. [Est et alia huius rei historia, Varro enim cum de suo cognomine disputaret, ait, eum qui primus Varro sit appellatus, in Illyrico hostem, Varronem nomine, quod rapuerat, et ad suos portaverat, ex insigni facto meruisse * (mer. nomen). — 745. *Tollitur in coelum clamor*; rei scilicet admiratione. — 748. *Rimatur*; inquirit, ut (7, 508.): *rimanti telum ira facit*.] — 750. *Exit*; evitat: ut (5, 438.): *Atque oculis vigilantibus exit*. — 751. *Utque volans*; Homerica comparatio [(Il. μ, 200.): Ὄρνις γάρ κ. τ. λ. et utrum *alte volans*, an *alte raptum*, an *alte fert*? — 756. *Luctantem rostro*; magna brevitate rem descripsit.] — 758. *Ducis exemplum eventumque*; et virtutem et felicitatem. [*Exemplum* quod coepit, *eventum* quod prospere.] — 759. *Maeonidae*; Lydii: ut (8, 499): *Maeonidae delecta iuventus*. — 760. *Arte*; [fraude], dolo: ut (2, 152.): *Arte Pelasga*. — 762. *Qua se cunque* etc.; ut etiam supra diximus, ita Poëta loquitur, ut aliquibus locis det suspicionem quod Aruns de Turni partibus fuerit. Namque et cum Camilla (al. *in Camillam*) impetum facit, et cum ipsa rursus recedit: quod nisi de socio non procedit. Donatus etiam dicit, esse manifestum signum socium [ei] fuisse: quod Apollinem Soractis invocat montis: de quo Turno auxilia constat venisse. Licet possit fieri, ut alterius loci homo, alterius loci invocet numen. Item ad argumentum vocat (793.): *Patrias remeabo inglorius urbes*: quod etiam de hoste procedit. Nam

(al. *Inglorius autem ideo quia*) superare feminam, nullam constat esse virtutem. [Aut quia nec gloriari poterat, si Camillam earundem partium occidisset, ut quod supradictum est, videatur eam invidia peremisse quod viris praeripiat gloriam et sola nobiliter pugnet Camilla. — 763. *Tacitus*; hoc est latens.] — 767. *Circuitum*; proprie. Nam *circumire* insidiantium est: unde est (G. 3, 538.): *Nec gregibus nocturnus obambulat. Certam hastam*; inevitabilem. Unde est e contra (2, 224.): *Et incertam excussit cervice securim*, i. e. infirmam, [e]vitabilem. — 768. *Sacer Cybelae*; nam (al. *nunc*) montem pro numine, quod in eo colitur, posuit. Et bona occasio ad mortem Camillae, ut sacerdotem maioris numinis iracundia conetur occidere: per quod quasi exauctoratur Dianae favor, interveniente maioris numinis iracundia. [*Olimque sacerdos*; aut quia vetus sacerdos, aut cuius etiam maiores sacerdotes fuissent, quibus apud veteres in sacra quoque succedebatur. — 769. *Longe fulgebat*; vel longe fulgebat, vel longe insignis.] — 770. *Quem pellis* etc.; cataphractum eum fuisse significat. *Cataphracti* autem equites dicuntur, qui et ipsi ferro muniti sunt, et equos similiter munitos habent: de quibus Sallustius: *Equis paria operimenta erant, quae lintea* (L. Guelf. I. II. Dan. *linteo*) *ferreis laminis in modum plumae adnexuerant.* [*Pluma* est in armatura ubi lamina in laminam se inidit.] Nunc autem pro linteo *pellem* posuit: et *aeneas squamas*, aereas laminas intelligimus. *In plumam* vero est in similitudinem plumae: ut (6, 42.): *Excisum Euboicae latus ingens rupis in antrum*, i. e. in antri similitudinem. Sane sciendum, quod ipsos equites cataphractos dicimus. Sallustius: *Et sequebantur equites cataphracti.* — 772. [*Peregrina ferrugine*; ut Hibera, i. e. Hispana, nam ipse hoc alibi exposuit (9, 582.): *Et ferrugine clarus Hibera.* Quidam purpura accipiunt, quod eius prima tinctura ferrugineo colore sit.] — 773. *Spicula* etc.; Cretenses sagittas Lycio arcu dirigebat: quod ut etiam supra diximus, ad ornatum poni consuevit. — 774. [*Vati*; hic vatem supra sacerdotem, ut de Heleno utrumque.] — 775. *Cassida*; pro *cassis*: nam accusativum posuit pro nominativo. — 777. *Pictus* etc.; *pictus tunicas*, *pictus crurum barbara tegmina*, i. e. habebat vestem phrygionis arte perfectam. Sane armorum longa descriptio illuc spectat, ut in eorum cupiditatem merito Camilla videatur esse succensa. — 782. *Femineo*; inpatienti, irrationabili: ut (7, 345.): *Femineae ardentem curaeque iraeque coquebant.* — 785. *Summe deûm*; ex affectu colentis dicitur. Nam Iuppiter summus est. *Sancti custos Soractis Apollo. Soractis* mons est Hirpinorum in Flaminia collocatus. In hoc autem monte cum aliquando Diti patri sacrum persolveretur; nam [diis] manibus consecratus est; subito venientes lupi exta [de igni] rapuerunt, quos cum diu [pastores] sequerentur, delati sunt ad quandam speluncam, halitum ex se pestiferum emittentem, adeo ut iuxta stantes necaret; [et] exinde est orta pestilentia, quia fuerant lupos secuti: de qua responsum est, posse eam sedari, si lupos imitarentur, i. e. rapto viverent. Quod postquam factum est, dicti sunt ipsi populi *Hirpi*[*ni*] *Sorani.* Nam lupi Sabinorum lingua *Hirpi* vocantur. *Sorani* vero, a Dite: nam Dis pater Soranus vocatur: quasi lupi Ditis patris. Unde memor

rei Virgilius Aruntem paulo post comparat lupo: quasi Hirpinum Soranum. — 786. *Pineus ardor*; ignis περίφρασις. *Acervo*; pyra, coacervatione lignorum. — 787. *Freti pietate*; iste quidem hoc dicit: sed Varro ubique expugnator religionis ait, cum quoddam medicamentum describeret: *Ut* (al. *Eo uti*) *solent Hirpini qui ambulaturi per ignes medicamento* (R. medicantes) *plantas tingunt.* — 788. *Multa pruna*; in pruna (al. *inter prunas*). *Pruna* autem quamdiu ardet dicitur. Horatius (Serm. 1, 5, 36.): *Praetextam et latum clavum, prunaeque batillum* (codd. *batilum*). Cum autem extincta fuerit, *carbo* nominatur. Terentius (Adel. 5, 3, 63.): *Tam* (R. Vos. *quam*) *excoctam atque atram reddam, quam carbo est.* Nam *pruna* a *perurendo* dicta est. — 790. *Exuvias, pulsaeve tropaeum*; *exuvias* occisae, pulsae *tropaeum.* Et proprie. Nam ut supra (10, 775.) diximus, [de] occisis hostibus triumphabant, de pulsis (Guelf. I. *defugatis*) figebant tropaea. — 795. *Partem* etc.; bona moderatio Apollinis inter sacerdotis preces, et voluntatem sororis. [Est autem Homeri, orante Patroclo Achille (Il. π, 249.): Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος κ. τ. λ.] — 801. *Nihil ipsa, nec auras, Nec sonitus memor*; haec est antiqua lectio. Namque apud maiores trahebatur interdum a Graeco genitivus singularis. Hinc est et *paterfamilias* et *materfamilias*: quae duo tantum nomina remanserunt. Nam nec *huius auras* dicimus, nec *huius custodias* secundum Sallustium, qui ait: *Castella* (L. *stella*) *custodias thesaurorum*: pro *custodiae* (L. R. *custodia*); ita enim etiam Asper intelligit: licet alii *custodias* accusativum velint. Sane *paterfamilias* [et *materfamilias*] quando dicimus, *familias* indeclinabile est. Si autem *paterfamiliae* dicere voluerimus, iam non erit nomen: sed elocutio, et *familiae* erit dativus. Nam *pater mihi est* dicimus. Terentius (Adel. 1, 2, 46.): *Natura tu illi pater es, consiliis ego.* Multi tamen volunt, in numero plurali nomen utrumque declinari, ut dicamus *hi patresfamiliae, horum patrumfamiliarum.* — 803. *Papillam exertam*; nudam. Sane *mamilla* est omnis eminentia uberis: *papilla* vero breve illud unde lac trahitur. — 805. *Dominam*; reginam: ut (6, 397.): *Hi dominam ditis thalamo deducere adorti.* — 808. *Virginis audet*; sic fuerat consternatus, ut etiam vulneratam timeret. — 811. *Occiso pastore lupus*; bene pastori reginam comparat. Nam *reges* ipsi, *pastores* vocantur. Homerus (Il. α, 263.): Ποιμένα λαῶν. — 812. *Caudam pavitantem*; quae timorem indicat: pro: *ipse pavitans.* — 814. *Turbidus*; modo timidus, supra terribilis: ut (742.): *Venulo adversum se turbidus infert.* — 817. *Mucro*; hinc apparet mucronem esse cuiuslibet teli acumen. — 818. *Frigida leto*; alii *telo* legunt, et intelligunt *vulnere.* [Et quidam *labuntur leto*, non *leto frigida*, sed *leto labuntur.* Alii *frigida leto* accipiunt, quia sequitur post: *Captum leto posuit caput.* Nonnulli *frigida lumina* tradunt, scilicet ignis calore extincto, ut e contrario (2, 405.): *Ad coelum tendens ardentia lumina.*] — 822. *Partiri curas*; subaudis *consueverat.* *Haec ita fatur*; unum abundat. Nam supra ait: Alloquitur. — 823. *Potui*; absolute: pugnare vel vivere. [Necessaria enim Eclipsis in defectione, quae ex arte non semel posita est.] — 825. *Succedat pugnae*; animus bellatricis ostenditur, quae non se dolet lucem, sed bella deserere; [in tantum, ut

nihil aliud moriens, quam de republica tuenda et bellum mandaret, et solum putaret idoneum Turnum in eius vicem succedere.] — 828. *Non sponte fluens; non sponte*, ut supra (499.): *Portisque ab equo regina sub ipsis Desiluit: quam tota cohors imitata relictis Ad terram defluxit equis.* — 829. [*Paulatim exsolvit se corpore;* sic in quarto (703.): *Teque isto corpore solvo.* — 830. *Et captum leto posuit caput;* cum dicit *caput*, ostendit, operam consecrari, usque dum solvatur caput hominis, i. e. liberetur, quod facilius potest morte contingere sicut supra (558.) dictum est. *Arma relinquens*; alii *arma relinquunt* legunt. Probus hypallagen vult, vel contrarium, ut *ipsa relinquit.* Alii *arma relinquunt* laudant dictum, i. e., illa decidebant e manibus Camillae exanimi.] — 831. *Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras;* servat hoc ubique, ut iuvenum animas a corporibus dicat cum dolore discedere, quod adhuc esse superstites poterant: quod etiam de Turno dicturus est. [Et est Homeri (Il. π, 856.). Idem Cicero in Catone Maiore (c. 20.): *Iam omnis conglutinatio recens, aegre, inveterata facillime divellitur.*] — 832. *Immensus clamor;* Troianorum scilicet, qui exultabant, [et quorum animi aucti sunt Camilla moriente.] — 833. *Crudescit;* crudelior fit caede multorum; [nam *crudus* et *crudelis* a *cruore* dicitur. — 834. *Omnis copia;* pro *totus exercitus*, ut (2, 574.): *Et quae sit me circum copia, lustro.*] — 836. *At triviae custos;* [vel] ministra, [vel observatrix: Potest et pro comite accipi; vel *custos* mandatorum Triviae, ne inulta Camilla moriatur.] — 839. [*Multatam;* affectam. *Mulcari* enim proprie *verberibus* dicimus.] — 842. *Teucros conata lacessere;* propter illud (305.): *Bellum importunum gerimus cum gente deorum.* [*Heu* autem doloris exclamatio est. *Crudele luisti Supplicium;* iuris verbo usus est. *Luere* enim debere dicitur qui pecuniam solvit, quod hic usurpatum est in capitis poenam. Quidam huius loci longam expositionem tradunt, Vulscos a Vulscatibus Hylinis originem ducere; Exclytas autem inter quos Amazones sunt, regionem Illyricam incolere *. *Luisse* ergo *supplicium* Camillam dicunt, quae adversum Troianos arma tulerit, quibus maiores eius auxilium constat tulisse, i. e. Penthesileam. — 843. *Desertae in dumis;* in silvis coluisse, aut *dumis deserti*, i. e. soli et sine nobis.] *Coluisse Dianam Profuit;* non deam incusat, sed fatorum necessitatem: contra quam nec numinis opitulatur auxilium. — 846. *Sine nomine;* sine gloria, sine fama, [quod fortiter fecit, vel quia dea vindicat.] — 847. *Famam patieris inultae;* [i. e.] nec invindicatae ignominiam sustinebis: quod etiam Dido dolet dicens (4, 659.): *Et moriemur inultae: Sed moriamur, ait.* — 849. *Monte sub alto*; ut (6, 234.): *Monte sub aërio.* Apud maiores, nobiles aut sub montibus [altis,] aut in [ipsis] montibus sepeliebantur. Unde natum est, ut super cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes collocarentur columnae. [Lucanus (8, 695.): *Et regum cineres exstructo monte quiescant; Cum Ptolemaeorum matres, seriemque pudendam Pyramides claudant.* — 850. *Regis Dercenni;* quidam de Stercenii (Sterce) rege ob originem (Aboriginum), hoc nomen fictum putant. *Bustum;* hoc loco sepulcrum.] — 854. *Vana tumentem*; plenum κενοδοξίᾳ (al. pl. *falsae gloriae, quam Graeci κενοδοξίαν dicunt.*) [*Vana*

autem *tumentem*, ut (8, 489.): *Infanda furentem.* — 855. *Cur inquit diversus abis*; non quasi audienti dicat, ut (9, 641.): *Macte nova virtute puer. Diversus* autem, a pugna diversus; vel *diversus*, quod fugit quam occidit.] — 856. *Digna Camillae Praemia*; sic in secundo (537.): *Persolvant grates dignas*, et *praemia reddant Debita.* Item alibi (10, 881.): *Et haec tibi porto Dona prius.* — 857. *Tune etiam telis moriere Dianae*; cum ingenti amaritudine dictum est. Nam ei etiam genus invidet mortis. Quod autem ait *tune etiam*, ad Iovis (*Niobes*; Guelf. I. *nobiles*) numerosam pertinet sobolem. — 858. [*Volucrem sagittam*; proprie, quia sagittis pennae adglutinantur. *Threissa*; propter Amazonas, et hanc Virgilius non ita finxit, ut Tarpeiam et ceteras, sed proprio nomine videtur induxisse; Graeca * enim tradunt anulloforos ex hyperboreis, qui et ipsi sunt trudi in L titonam venisse, hanc et Aegon hoc est Dianam educasse, etiam ex cognominibus deorum, et cum illa Opis, et hic Aergos (Burm. et al. Graeci enim tradunt, Opin et Hecaërgon οὐλοφόρους, ex Hyperboreis, qui et ipsi sunt Threci, in insulam Delon venisse; hunc Hecaërgon Apollinem et D. educ., ut etiam ex c. deor., cum illa Opis, et hic Hecaërgos) appellatur, agnoscitur, quod supra (532.) plenius dictum est.] — 859. *Cornuque infensa tetendit; cornu* accusativus singularis est, ac si diceret, Arcumque infensa tetendit. Nam horum dubiorum [nominum casus ex similibus vel synonymis comprobantur. — 860. *Coirent inter se capita*; Homerica est ista descriptio. [Pandaro foedere iussu Palladis confundente (Il. δ, 122.): Ἕλκε κ. τ. λ. *Manibus aequis*; pro aequaliter, vel aequantibus, et licitum Poëtae, nomen pro adverbiis aut participiis ponere.] — 863. *Teli stridorem*; Homerus (Il. α, 46.): Ἔκλαγξαν δ᾽ ἄρ᾽ ὀϊστοὶ ἐπ᾽ ὤμων. (δ, 125.): Λίγξε βιός, νευρὴ δὲ μέγ᾽ ἴαχεν.] — 864. *Audiit una* etc.; celeritas iaculantis exprimitur; [sic] Statius (8, 440.) cr iam percussum dixi set, *extinctum* ait: *Necdum certi tacet arma Amyntae.* [Multi nolunt in medio distingui, propter exprimendam celeritatem. — 866. *Obliti*; nonnulli Virgilium secundum vetustatem hoc verbo usum tradunt, ut *obliti* ἀμελήσαντες, [est negligentes et contemnentes putent, viderant enim peremptum, sed neglexerunt: Ergo scientes liquerunt, ut (5, 17 *Oblitus decorisque sui*; et (5, 703.): *Oblitus fatorum.* *obliti*, ubi reliquerant nescientes, et est sensus *obliti illum Ignoto camporum in pulvere linquunt*; bene Aruns qui q sacrilegus peremptus est.] faciente numinis iracundia est ctus, ut nec sepulturam posset mereri. — 868. [*Levis* levis armatura scilicet.] — 869. *Turbati fugiunt Rutuli*; ad Camillae pertinet laudem: qua amissa [turbati fuerunt R et] immutantur fata bellorum. *Acer Atinas*; armis scil. a fugit tamen. — 870. *Desolatique manipli*; deserti signi quod est nimii discriminis. Namque hoc ubique dux praec ut frequentes circa se (al. *signa*) sint milites: sicut in Sall legimus. *Manipli* autem dicti sunt signiferi, quia sub Rom pauper adhuc Romanus exercitus hastis foeni manipulos ill bant: et hos pro signis gerebant. Unde hoc nomen rema [Ovidius in Fastis (3, 115.): *Illa quidem e foeno; sed erat r rentia foeno, Quantam nunc aquilas cernis habere tuas; Pert

suspensos portabat longa maniplos: Unde maniplaris nomina miles habet. — 872. *Letumque ferentes*; pro *inferentes.*] — 874. *Laxos arcus*; non intentos: sed iam solutos. — 877. [*Pulvis; hic corripuit*; alibi produxit (1, 478.): *Versa pulvis inscribitur hasta.*] — 878. *Femineum clamorem*; impatientem. Nam iam dixerat *fratres*, per quod muliebrem clamorem poteramus accipere. — 879. [*Qui cursu portas;* portanda elocutio quia consequatur *hos*; sed intelligendum *eos qui.* — 880. *Inimica;* pro *hostilis.*] — 881. *Miseram mortem*; quia sequitur: *Limine in ipso.* — 882. *Moenibus in patriis;* scilicet ubi sese iam tutos esse credebant. — 883. [*Pars claudere portas;* pars eorum qui cursu irrumpere portas.] — 884. *Aperire viam*; i. e. dare aditum; et bono locutus est ambitu. Nam [cum] portis via et aperitur et clauditur. — 885. *Oriturque miserrima caedes;* [quoniam defensores moenium dum hostes petunt, suos feriebant.] Sic in secundo (411.) ubi intulit: *Armorum facie et Graiarum errore iubarum.* — 886. *Defendentum*; ideo *defendentum et ruentem:* quia ad masculinum retulit, et *hi defendentes* facit, quod est de feminino dicimus. Si autem de neutro loquamur, *defendentium* dicamus necesse est: quia *haec defendentia* facit: et ut supra (590.) diximus, genitivus pluralis a nominativo plurali non debet minor esse. Quod si forte minorem eum aliquando invenerimus, metri necessitate fit: et incipit iam pathos esse, non declinatio. [Nonnulli ergo in his nominibus genitivum corruptum pro integro accipiunt. — 887. *Lacrymantum*; quidam *lacrymantum* genitivum corruptum pro integro accipiunt, quia facit *lacrymantium.*] — 888. *Praecipites fossas*; [declives,] in quas quis possit praecipitari. — 889. *Cocca*; irrationabilis, quae in clausas portas more arietis ruebat: i. e. bellici machinamenti. — 891. *Summo certamine*; in extremo discrimine, ut supra (476.): *Vocat labor ultimus omnes.* — 892. [*Monstrat amor verus;* qui apparet in adversis. *Videre Camillam*; scilicet quae pro aliena patria cecidisse videtur. Sane ut videre, non relatam ex pugna, sed ut exemplum virtutis eius viderunt, et quidam ut videre, quasi quemadmodum videre, *ut* coniunctio modo non adverbium temporis est, aut ut videre quemadmodum illam dimicare viderant quando interiit.] — 893. *Trepidae*; licet *trepidae;* tamen oblitae sexus tela iaculabantur. — 895. *Praecipites;* aut festinae, aut in mortem ruentes. *Primaeque mori pro moenibus audent*; nimii doloris est: ut (9, 494.): *Me primam absumite ferro.* — 896. *Saevissimus implet Nuntius;* ut etiam supra (6, 456.) diximus, *nuntius* est qui nuntiat, *nuntium* quod nuntiatur: secundum quod nunc nec de femina, nec de re quae nuntiatur, procedit *nuntius.* Unde multi volunt, alium nuntium intelligi: Accam vero postea venisse, sed melius est, ut nuntius de Acca dictum intelligamus. Novimus enim, poni aliqua in subauditione, quae ex aperto dicere non debemus: ut (7, 498.): *Nec dextrae erranti deus abfuit:* cum necesse sit, ut aut Iunonem aut Alecto intelligamus. Item Sallustius: *Primaque forte* (*al. prima qui fronte;* Dan. *primoque sonte forte*; al. *prima qui forte; primo qui f.*) *venientes exciperet,* cum de insidiis loqueretur, quas numeri tantum pluralis esse plusquam manifestum est. — 897. [*Tumultum*; perite *tumultum*; ita enim dicitur bel-

lum quod differri non potest.] — 898. *Deletas Vulscorum acies* falsum est: tantum enim fugerant. Sed vim exprimit nuntii cuius mos est, plus quam habet veritas, nuntiare. — 899. *Ingruere;* impetum facere: ut (12, 628.): *Ingruit Aeneas armis* (*Italis*). — 901. *Ille furens* etc.; duplici ratione cum insidias reliquisse commemorat: dolore nimio, et numinum voluntate quod utrumque ideo agit, ne capi possit Aeneas. [*Saeva* autem *Iovis numina* per parenthesin dictum est.] *Saeva Iovis sic numina poscunt*; Homerus (Il. α, 5.): Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. — 902. [*Obsessos colles*; quos ipse obsederat ne ad urbem transitum haberet Aeneas.] — 904. *Apertos;* [paulo ante a Turno relictos, i. e.] vacantes insidiis. — 906. *Ambo* etc.; ut tueretur [et repugnaret] Turnus; ut obsideret Aeneas. — 908. *Fumantes pulvere campos*; veluti fumantes caligine pulveris. [Ita enim nebulam excitat pulvis ut fumus est *]. — 910. *Saevum;* fortem Ut (1, 99.): *Saevus ubi Aeacidae telo iacet Hector.* Item (12, 107.): *Nec minus interea maternis saevus in armis.* [An iratum, ut (1. 458.): *Et saevum ambobus Achillem.* — 912. *Inessent pugnas;* pro *inissent* et tentassent.] — 913. *Hibero*; Oceano occiduo, i. e. Hispano, Hispaniam autem, *Hiberiam* ab *Hibero* flumine constat esse nominatam. — 914. [*Tingat equos;* quidam *tingat* humiliter dictum accipiunt.] — 915. *Considunt castris;* [hoc est] in sua quisque [castra] digressi. [Ergo aut castra posuerunt, aut ad morem castrorum fecerunt.] *Moenia vallant;* hinc probatur, quia et qui tuentur et qui obsident, *vallare* dicuntur.

MAURI SERVII HONORATI

GRAMMATICI

IN VIRGILII AENEIDOS

LIBR. XII.

1. *Turnus ut infractos;* postquam Turnus [in] bello defecisse videt Latinos antea semper infractos. Namque ita maior est sensus, quam si *infractos*, valde fractos acceperis. — 2. *Sua nunc promissa reposci*; quia dixerat: *Ibo animis contra, vel magnum praestet Achillem.* [*Nunc* autem pro *tunc*.] — 3. *Se signari oculis*; propter illud [quod post dicturus est]: *In te ora Latini, In te oculos referunt.* [Modo autem significat, i. e., ut quod esset silentio ambiguum, oculis confirmaretur sine dubio eorum a quibus coactus promiserat.] *Ultro;* aut insuper, aut, antequam aliquis exposcat [sponte sua in certamen offert. Et bene ducis dignitatem servavit, ut non ideo faceret, quia quidam reposcebant, sed sua sponte accenderentur in praelium.] — 5. *Saucius ille; κατ' ἐξοχήν. Ille leo;* i. e. princeps ferarum. [Vel certe veteri more ad magnitudinem pertinet, ut (10, 707.): *Ac velut ille canum morsus*, interdum nobilitatem significat, ut (1, 3.): *Multum ille et terris iactatus*, aut similem rem designat. Lucilius: *Velut olim Auceps ille facit cum improviso insidiisque.* Quamvis quidam *ille* per se superfluum hoc loco pronomen tradunt.] *Saucius* autem *pectus*, [i. e.] saucium pectus habens; [ut (5, 135.): *Nudatosque humeros oleo perfusa nitescit.*] Et bene alia verba interposuit, quia *saucius pectus* et sonabat asperrime, et imperitis poterat soloecismus videri. [Et *saucius pectus* congrue, in quo Turni dolor est.] *Gravi vulnere*; [*gravi*, i. e.,] forti: ut (458.): *Ferit ense gravem Tymbreus Osirin.* [*Venantum* autem *vulnere*, quod venantes fecerunt.] — 6. *Tum*

demum; novissime: i. e. postquam fuerit vulnere lacessitus. Haec enim leonum natura est, ut nisi lacessiti irasci nequeant. *Movet* [autem] *arma*; vires suas experitur. Nam arma sunt uniuscuiusque rei possibilitas. Unde est (2, 99.): *Et quaerere conscius arma*: i. e. dolos. [Est autem *movet arma*, etiam translatio ab hominibus, qui cum hostem petunt arma movere dicuntur. Sic alibi (G. 3, 236.) de tauro: *Signa movet, praecepsque oblitum fertur in hostem.* *Gaudetque*; spe ultionis; et dicendo *gaudet*, alacritatem voluit leonis exprimere gaudii verbo. Ceterum nulli ferarum, vel pecudum iste sensus adponitur. — 7. *Excutiens cervice toros*; cervice excutiens, an quos in cervice habet? *Latronis*; [insidiatoris a *latendo*: sed] modo venatoris; et est Graecum; nam λατρεύειν dicunt *obsequi*, et *servire mercede*. Unde *latrones* vocantur conducti milites. Moris autem erat, ut hos imperator et circa se haberet, et [eos] primos mitteret ad omne discrimen. Unde nunc dicit, latronis telo fixum leonem, quia etiam venatores operas suas locare consueverant. [Sic etiam dicti qui circa caveas sunt, quod ut milites stent, cum ferro, aut quod lateant ad insidias faciendas: Ergo ex eadem similitudine *latronem*, hic venatorem accipiendum, quia et obsidet saltus et cum ferro est. Sane *latronem* venatorem, quis ante hunc? Varro tamen dicit, hoc nomen posse habere etiam Latinam etymologiam, ut *latrones* dicti sint, quasi *laterones*: quod circa *latera* regum sunt, quos nunc *satellites* vocant. Una tamen significatio, licet in diversa etymologia. Plautus in Pyrgopolinice aperte ostendit, quid sint *latrones*, dicens (Mil. 1, 1, 75.): *Me Rex Seleucus misit ad conducendos latrones* (Al.: *Nam rex Sel. me opere oravit maxime, ut ei adconducerem latrones et conscriberem*). [Idem in Bacchidibus exsecutus est, militem *latronem* dicens: *Suam qui auro vitam venditat.*] — 8. *Impavidus frangit telum*; Lucanus (1, 212.): *Per ferrum tanti securus vulneris exit.* *Fremit ore cruento*; *fremit*, licet os habeat suo cruore perfusum. Sane ipsa comparatio exitum ostendit futurum. Nam etiam Turnus ruet in mortem ferocitate compulsus: sic in quarto (69.) indicat futurum reginae exitum, dicens: *Qualis coniecta cerva sagitta.* — 9. *Gliscit*; crescit, [et latenter], unde et *glires* dicti sunt, quos pingues efficit somnus. [Veteres *gliscit*, incremento ignis ponebant, bene ergo hoc verbo utitur de quo ait: *Ultro implacabilis ardet.*] — 10. *Turbidus*; plenus terroris et perturbationis. Sane notandum *affatur*, atque *infit*. Nam iteratio est, qua frequenter est usus: licet nonnulli dicant, temperare hoc interpositam coniunctionem; [et hic habitum futurae orationis ostendit. — 11. *Nulla mora in Turno*; plus est *Turno*, quam si *in me* dixisset, ut (1, 48.): *Quisquam numen Iunonis adoret Praeterea.* Et bonum principium eius qui suspicionem timiditatis inciderat.] *Retractent*; repetant et revolvant. — 12. [*Ignavi Aeneadae*; aut *Aeneadae* pro *Aeneas*, aliud pro aliud significavit; aut *Aeneadae*, non Aeneas, quasi contra omnes pugnaturus.] — 13. *Congredior*; [hypocrisis est, exprimatur id quod flagitatis. Sic] Statius ubi Polinicen oblique inducit loquentem (3, 376.): *Non me ullius domus anxia culpet, Expectentve truces obliquo lumine nati.* Unde etiam supra ait poeta: *Se signari oculis.* [Quidam sane a *nulla mora in Turno* usque ad

pepigere recusent iungunt, ne si distinctio intercesserit, languescat sententiae color. *Concipe foedus;* i. e. conceptis verbis. *Concepta* autem *verba* dicuntur iurandi formula, quam nobis transgredi non licet. Nam et sarcinatores *concipere* dicuntur *vestimenta*, cum e diverso coniungunt et adsuunt.] — 15. *Desertorem Asiae;* exulem: ut (7, 359.): *Exulibusne datur ducenda Lavinia Teucris?* unde est praemissa illa excusatio, et in tota secundi oeconomia, et in quarto ubi dicit (340.): *Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis, et sponte meas componere curas, Urbem Troianam primum, dulcesque meorum Reliquias colerem.* [Sane *Aut hac Dardanium dextra sub tartara mittam.* Ponenda est mora ut postea inferatur *Desertorem Asiae;* potest enim videri non ita instituisse Turnus orationem praedicto *Dardanium*, ut inferret *desertorem*, sed *regem:* verum ubi propius accessit, intellexisse hunc honorem nominis eius, non dandum: itaque commutasse et contumeliose *desertorem* dixisse.] *Sedeant, spectentque Latini;* [invidiose, nam sensus est *] ductus est, ut diximus supra [aliis] (al. *Inv. dictum est, ut d. s.*). Pollicetur enim, se singulari certamine dimicare velle, cum nolit: nam dicens, *sedeant, spectentque Latini:* latenter eos ignaviae arguit, quod solus omnibus quiescentibus dimicet: quam rem plenius sequens indicat versus: *Et solus ferro crimen commune refellam,* i. e., commune fugae ac timoris dedecus solus meis virtutibus comprimam. [Alii *crimen commune*, i. e. omnium Latinorum: et *crimen* ait, quod Troiani in Italia consederunt. — 17. *Aut habeat victos;* vitavit propter omen pessimum verbum de se, quod de Aenea dixerat: *Ille me in tartara mittat.* Sed ait *Victos*. *Cedat Lavinia coniux;* ut (11, 321.): *Cedat amicitiae Teucrorum*, i. e. in praemium victoriae concedat.] — 18. *Sedato corde;* quia de Turno ait, *Atque ita turbidus infit:* [et qualitatem orationis praedixit. Pro decore aetatis inducitur sermo; hoc est, quod praecipit Horatius in Arte poëtica (114.): *Intererit multum Davusne loquatur, an heros; maturusne senex, an adhuc florente iuventa Fervidus.*] — 19. *O praestans animi;* et *praestans virium*, et *praestans viribus* dicimus. Sane magnae moderationis est haec oratio. Nam et laudat Turnum, quasi virum fortem: et tamen eum a singulari certamine dehortatur. Dicens enim *praestans animi*, latenter ostendit, eum inferiorem esse virtute. — 21. *Expendere casus;* ne ex abrupto de eius virtute desperare videatur, casuum varietatem se timere commemorat. — 22. *Sunt tibi* etc.; [argute negat illi sua regna, dicens ei esse alia, ut haec malit Turnus quae sua virtute quaesivit. Sensus ergo est:] Si propter regnum dimicare disponis, habes paternum: si propter gloriam, multos virtute superasti. Quod autem dicit: *Nec non aurumque animusque Latino est,* varie exponitur. Namque alii dicunt, habes regnum paternum, habes oppida: etiam a me habes aurum et promptum animum ad danda omnia praeter filiam, [ut de se Latinus dixisse videatur de auro, propter illud (11, 213.): *Praedivitis urbe Latini.*] Alii vero sic intelligunt, si propter opes et uxorem dimicaturus es, haec non solus habeo, cuicunque enim Latino est et aurum et animus promptus in generum: ut *Latino* non de se dicat, sed cuicunque de Latio. — 24. *Latio, et Laurentibus arvis;* et in

civitate, et in omni regno Latinorum. — 25. *Nec genus ind cores;* quia iste regis filiam petebat; [est autem elocutio figura de Graeco ἀσχήμονες μεατον * (τὸ γένος)]. *Sine me haec;* h loco intelligimus, Turnum dolore voluisse in aliqua verba p rumpere. *Haud mollia fatu;* i. e. vera, nam aspera sunt qu cum veritate dicuntur. Falsa enim, plena solent esse blandit [Haec enim libenter audiuntur, illa vero graviter. Hinc Tere tius (Andr. 1, 1, 41.): *Obsequium amicos, veritas odium pari* — 26. *Animo hauri;* omni intentione percipe. — 27. *Nu veterum sociare procorum;* generaliter dicit prohibitum e dari Laviniam cuilibet Latino, ut Turnus solatium aliquod bere possit doloris; [quando Latinum neminem praeferri sibi deat.] — 28. *Divique hominesque canebant;* propter Faun et vates. — 29. *Victus amore tui;* i. e. propter te, prop tuum amorem. Sane inter *tui causa feci*, et *tua causa f* haec discretio est: ut *tui causa* tunc dicamus, si aliquid ipsi quem loquimur, praestiterimus: ut puta *tui causa te defe* *Tua* vero *causa* tunc, cum alteri aliquid alterius contemplati praestamus, ut [puta] *tua causa hominem tuum defendi. Cog tos sanguine;* quia Venilia, mater Turni, soror est Amatae. - 30. *Vincla omnia rupi;* et religionis et foederis. — 31. *P missam eripui genero;* verum est. Nam Aeneae per legatos p miserat filiam, cui postea intulit bellum. Licet multi dic ante eam Turno fuisse promissam: quod falsum est. Nam La nus nunquam eam est Turno pollicitus. Nam nec Faunum co suleret, si eam Turno ante promisisset. Sed tantum eum e generum Amata cupiebat: quod etiam legimus (7, 56.): *Qua regia coniux Adiungi generum miro properabat amore.* — 32. *Qui me casus;* excusat Turnum, ut non ipsius esse videatur, quod victus est: sed suum, qui ausus fuerat contra gener bella suscipere. — 33. *Primus;* praecipuus [ante omnes.] — 34. *Bis magna victi pugna;* semel cum est occisus Mezentius: iterum cum interiit Camilla. — 35. [*Recalent;* pro *calent; re* enim superflua compositio est verbi; aut *recalent*, iterum cale dixerat, magna quod bis victi pugna; *re* enim iterationis obtine vicem, et bene necessarium cum actu refert.] — 36. *Albent*, usurpavit verbum *albeo*, *albes.* — 37. *Insania mutat; insani* enim est, illuc reverti unde vix evaseris. — 38. [*Socios su adscire paratus;* bene non adiecit quos, ut levaret invidiam.] — 39. *Tollo;* finio, removeo: ut (8, 439.): *Tollite cuncta, inquit* — 41. *Fors dicta refutet;* parenthesis [quasi dissimulatio ve remotio] plena abominationis. — 42. *Natam, et connubia no stra petentem?* iniquissimum [enim] est, eum morti prodere, qu tuam affinitatem exoptat. — 43. *Respice res bello varias;* n eum ignaviae videatur arguere, admonet [eum] casuum: ut supr (21.): *Atque omnes metuentem expendere casus.* — 44. *Moe stum patria Ardea longe Dividit; longe moestum*, i. e. vald moestum. Nam *longe dividit*, non procedit. Non enim Arde a Laurento longo valde dissidet spatio. — 45. [*Haudquaquam* nequaquam, quia supra (43.) dixerat: *Ultro implacabilis.*] — 46. *Agrestique medendo;* inde magis eius aegritudo crescebat unde se ei Latinus remedium sperabat afferre. *Medendo* autem dum ei medetur. Nam gerundi modus est a passiva significa

tione. — 47. *Ut primum fari potuit;* nimius enim dolor vel iracundia ei intercluserat vocem: sic de Euandro (11, 151.): *Et via vix tandem laxata dolori est.* — 48. *Quam pro me* etc.; his quidem ait *pro me*, sed diversa affectione. Namque hoc dicit: Quam pro salute mea sollicitudinem geris, hanc pro mea fama et gloria quaeso derelinquas. Vir fortis enim gloriosam mortem praeponit saluti. — 50. *Debile ferrum;* sic in secundo (544): *Telumque imbelle sine ictu Coniecit.* — 51. *Nostro de vulnere;* quod nos inferimus, et dubie est locutus. — 52. *Longe illi dea mater erit;* contra illud, *Sed matris auxilio utitur;* [unde est (107.): *Maternis saevus in armis.*] — 54. *Nova sorte;* i. e., magna. Nam *novum* non est, quod fuerat ante promissum. *Magnam* autem *sortem* vocavit, singulare certamen. — 57. *Per si quis* etc.; si, quia te regina rogat, tuam commovet mentem. Sic in septimo (401.): *Si qua piis animis manet infelicis Amatae Gratia.* — 59. *In te omnis domus inclinata recumbit;* totum digessit ante per species: et sic se contulit ad generalitatem, et est a ruina translatio. — 60. *Manum committere Teucris;* ab omni eum bello, non tantum a singulari certamine dehortatur. — 62. *Et me Turne manent;* mire agit. Nam quia scit virum fortem suam mortem facile posse contemnere, deterret eum, dicens se simul esse morituram, ut qui periculum non timet, formidet invidiam. — 63. [*Nec generum Aeneam captiva videbo;* mire et fidem suam et studium circa Turnum expressit.] — 64. *Accepit vocem;* ordo est: *Accepit vocem matris Lavinia.* — 65. *Flagrantes perfusa genas;* lacrymis genas perfusas habens. Statius (3, 200.): *Et gemitu moestos imitata parentes.* — 66. *Ignem subiecit rubor;* hypallage est, pro: cui ignis animi subiecit ruborem. Movebatur autem, intelligens se esse tantorum causam malorum. Sicut supra [ipse] 11, 480.): *Causa mali tanti atque oculos deiecta decoros;* [nam quo ea formosior inducitur, eo magis Turnus ardet, ut sequentia indicant.] — 67. *Violaverit ostro Si quis ebur;* Homeri comparatio. Unde et *violaverit* transtulit. Ille enim ait (Il. δ, 41.): [Ὡς δ᾽ ὅτε τίς τ᾽ ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι] μιήνῃ. — 68. *Mixta* etc.; aut ubi multa alba lilia permixta rubent rosa, i. e. rosae coniunctione. Naturaliter enim omnis candor vicinum in se trahit ruborem. — 70. *Illum turbat amor;* invenit occasionem, qua Turnus magis moveretur in bellum. — 74. *Neque enim* etc.; duplex hoc loco est expositio: aut enim ordo est: Ne quaeso mater, ne me lacrymis, i. e. tanto mortis omine prosequaris ad duri Martis certamina proficiscentem. Neque enim Turno mora libera est non eundi, post iam promissum singulare certamen. Aut certe hoc dicit: Noli me mater ad bellum euntem ominosis lacrymis prosequi: neque enim Turno mora libera mortis, i. e., neque enim in potestate mea est, moram inferre venientibus fatis. Ac si diceret: Si imminent [fata,] periturus sum: etiam si minime ad bella proficiscar. Sciendum tamen est, locum hunc unum esse de insolubilibus XII. (R. Vos. Guelf. I. II. XIII.) quae habent obscuritatem, licet a multis pro captu resolvantur ingenii. — 76. *Cum primum* etc.; hoc loco aviditas pugnaturi exprimitur. Sane nunc non dicit, oriri diem, sed designat tempus, quo vult, ut uterque ad singulare certamen procedat. —

79. *Nostro dirimamus sanguine bellum;* bene se omnibus commendat hoc dicto: siquidem suum sanguinem pro omni bello dicit posse sufficere. — 82. *Poscit equos* etc.; solent enim ex equorum vel moestitia, vel alacritate eventum futurum dimicaturi colligere. — 83. *Pilumno* etc.; ait Horatius in arte poetica: (339.): *Nec quodcunque velit, poscat sibi fabula credi.* Unde Critici culpant hoc loco Virgilium, dicentes, incongruum esse figmentum. Namque Orithyia cum Atheniensis fuerit, filia Terrigenae, et a Borea in Thraciam rapta sit, quemadmodum potuit Pilumno, qui erat in Italia, equos dare? *Decus dedit;* ad ornamentum: ut (11, 657.): *Quas ipsa decus sibi dia Camilla delegit.* Sane hic versus σπονδειάζων est. Nam *thyi* diphthongus est Graeca. — 84. *Qui candore* etc.; Homeri versus verbum ad verbum [(Il. κ, 437.): *Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.*] — 85. *Properi aurigae;* festini, veloces: et erit nominativus *hic properus.* *Aurigas* autem pro agasonibus posuit. Nam *aurigae* proprie sunt currus regentes. — 87. *Alboque orichalco;* apud maiores *orichalcum* pretiosius metallis omnibus fuit. Namque sicut Lucretius dicit: Cum primum homines silvas incendissent, nullarum adhuc rerum periti, terra casu fertilis omnium ex incendii calore desudavit metalla: inter quae *orichalcum* pretiosius visum est, quod et splendorem auri et aeris duritiem possideret. Namque primum de auro securis facta displicuit causa mollitiei: simili ratione et argenti contemptus est usus, mox aeris: *orichalcum* placuit, donec veniretur ad ferrum. Unde etiam secula ita dicuntur fuisse divisa. *Orichalcum* autem fuisse pretiosum etiam Plautus docet, qui ait in Milite glorioso (cf. 4, 1, 64.): *Ego istos mores orichalco contra comparem.* *Alboque orichalco;* auri scilicet comparatione. Nam [per se] album non est. — 88. *Circumdat loricam humeris;* non armatur hoc loco, sed explorat, utrum arma apte et congrue eius membris inhaereant. *Aptat habendo;* ad habendum, ut congrue possint inhaerere. — 89. *Cornua cristae;* i. e. comas: quas Graeci κέρατα nominabant. Unde et κείρειν dicunt tondere. *Cornua* autem sunt proprie cincinni. — 90. *Deus ipse parenti Fecerat;* ac si diceret, non per ministros. Statius (Theb. 2, 275.): *Sed plurimus ipsi Sudor ibi* (al. *ibat*; Guelf. I. *ipsis sudoribus*). Et notandum, quod affectate variaverit, ut Aeneae uno loco arma describeret: Turni vero hic hastam, gladium et loricam, in octavo autem scutum et galeam. — 91. *Stygia unda;* quasi immortalem fecerat. — 92. *Exin;* deinde. Nam ordinis est adverbium. *Ingenti adnixa columnae;* hastae per columnam exprimitur magnitudo: sicut in septimo (275.) equorum; ut: *Stabant tercentum nitidi in praesepibus altis.* — 93. *Vi;* virtute. — 94. *Actoris Aurunci spolium;* vel quod Actori detraxerat Turnus: vel quod Actor cuidam alteri. Nam ambigue posuit. *Quassatque trementem;* quassat, et tremere facit. — 95. *Vociferans;* haec scilicet quae dicturus est. Plerumque enim ita clamor ostenditur, ut statim ipsius clamoris verba subdantur, sic supra (7, 399.): *Torvumque repente Clamat io matres.* Sane nunc ita ad hastam, quasi ad aliquam personam loquitur, et ei intellectum et auditum dat, sicut Cicero (in Catil. 1, 7.) verba reipublicae; Sed ille ait: *Si [patriam loqui] posset fieri.* Turnus vero quasi

ad virum sentientem loquitur: nec immerito. Nam eum inducit furentem, ut: *His agitur furiis, totoque ardentis ab ore Scintillae absistunt, oculis micat acribus ignis. Vocatus hasta meos;* invocationes et preces. Nam appellatio est a verbo quae semper aut in *io* exit, aut in *us*. Si in *io* exeant, tertiae est (al. *sunt;* Guelf. I. *er* (*erunt*)) formae. Si in *us*, quartae: ut ab eo quod est *lego*, aut *lectio*, aut *lectus* facit. Sed hoc nos dicimus, quod *εὐφωνότερον* [fuerit]: sicut nunc ab eo quod est *voco*, *vocatus* fecit, non *vocationes*. *Te maximus Actor;* [subaudimus,] ante gerere consueverat. — 97. *Nunc Turni dextra gerit;* eius [scilicet] qui est quasi supra maximum [Actorem.] *Da sternere;* figura Graeca: ut (5, 262.): *Donat habere viro.* Item (5, 248.): *Dat ferre talentum.* — 98. *Lacerare revulsam;* ut laceratam revellam. *Laceratam* autem, propter illud (11, 9.): *Et bis sex thoraca petitum Perfossumque locis.* — 100. *Vibratos calido ferro;* crispatos calamistro. Nam *calamistrum* est acus maior, quae calefacta et adhibita intorquet capillos. Unde etiam Cicero (pro Sext. 8.) *calamistratam comam* appellat frequenter, quae etiam vituperationi est. Unde et econtra ad laudem est positum ab Horatio (Carm. 1, 12.): *Hic et incomptis Curium capillis.* [Et Ovidio (Fast. 6, 264.): *Intonsi regia magna Numae.*] *Myrrha* [autem] *madentes;* unguentatos. — 102. *Oculis micat acribus ignis;* [ut supra dictum est furoris immanitate.] Homeri est [(Il. α, 104.): *Ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι εἴκτην.*] — 104. *Terrificos ciet;* [nomine et] hinc apparet mugitus non tantum dolentum esse, sed etiam irascentum. *Ciet* [autem] modo dat, sicut in tertio legimus (344.): *Lacrymasque ciebat* (al. in VI. 468.): *Lenibat dictis animum lacrymasque ciebat.*) Nam proprie *ciere*, est alteri aut dolorem aut lacrymas commovere. — 106. *Ad pugnam proludit;* praemeditatur. Cicero: *Sin* (al. *si*) *mecum in hac prolusione nihil fueris,* i. e. praemeditatione certaminis, [*quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus?*] — 107. *Saevus;* fortis: more suo, [vel magnus.] Et ingentem moderationem dat Aeneae, quippe quem inducit laborantem, ut possit in iram moveri, cum Turnum ita dicat furere, ut nec Latini consiliis, nec Amatae precibus possit obedire. — 108. *Acuit martem;* irritat se ad futura certamina. — 109. *Componi foedere bellum;* finiri. Ut (1, 374.): *Ante diem clauso componet vesper Olympo;* [aut componi bellum ad pactionem singularis certaminis bellum deduci. *Foedus* autem, sicut supra (8, 641.) dictum est, ab hostia quae foede interimi solet appellatum est. *Oblato* autem *gaudens*, intelligendum nuntium Aeneae venisse de bello.] — 110. *Tum socios* etc.; intelligimus, hos spe singularis certaminis pro ducis salute esse turbatos. [Bene autem separavit Ascanium a sociis; de illis enim *socios* dixit, non addidit metum, quia proprium erat et filii et pueri timere pro patre. — 111. *Fata docens;* monens quibus condenda urbs sit, quid futurum ut vincat] *Latino Certa referre viros;* *κατὰ τὸ σιωπώμενον:* etiam Latinum ad Aeneam legatos misisse intelligimus. Nam supra (75.) Turnus tantum dixerat: *Nuntius haec* [*Idmon*], *Phrygio mea dicta Tyranno.* [*Certa* autem, pro firma et vera, aut certe hos legatos Idmoni adiunctos potest intelligi.] — 112. *Pacis dicere leges;* [i. e.], quas paulo post in ipso foedere

est dicturus Aeneas. — 113. [*Postera vix summos*; descripti temporis quod Turnus praefinierat. — 114. *Cum primum alto* quia res perturbatae secuturae sunt, diem quoque cum fervor oriri fecit.] — 115. *Lucemque elatis naribus efflant*; Ennianus versus est ordine commutato. Ille enim ait: *Funduntque elatis naribus lucem*; et sciendum, nunquam diem sic patenter d. scripsisse Virgilium, [sicut in quarto (522.) noctem, ubi Dido pervigilans deliberat.] — 116. *Campum ad certamen*; totus hic de foederibus locus de Homero translatus est, ubi Alexander [Paris] cum Menelao singulari est certamine dimicaturus. 117. *Dimensi Rutulique viri*; inter se per certa spatia dividentes, quae quisque loca purgaret: et hoc loco sciendum, Faunum lucum evertere Troiani. Unde est [paulo post] (770.): *Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum Sustulerant, puro ut possent concurrere campo.* — 118. *Focos*; quicquid ignem fovet focus vocatur, sive ara sit, sive quid aliud in quo ignis fovetur. [Sicut in tertio (134.) dictum est, tamen et hic in publico sacrificio ostendit, cum *aris* etiam *focos* sacratos, nam ait: *In medioque focos et diis communibus aras*, et post subtexuit (28[illegible]) *Craterasque focosque ferunt*; *crateras* scilicet, quibus libaverant, *focos* vero, ad quos legitimum sacrificium perfecerat.] *Et diis communibus aras*; *dii communes* sunt, ut alii dicunt, Mars, Bellona, Victoria: quia hi in bello utrique parti possunt favere. Ut autem altioris scientiae hominibus placet, *dii communes* sunt qui ἄζωνοι, dicuntur, i. e. qui coeli certas non habent partes, sed generaliter a cunctis coluntur. Ubique enim eos esse manifestum est: ut Mater deûm, cuius potestas in omnibus zonis est. Nam ideo et Mater deûm dicitur, quod cum omnibus est ei communis potestas. Alii *communes deos* volunt, Solem, Lunam, Plutonem, Martem. Hi enim apud omnes homines inveniuntur, et sunt in omnibus terris. Prior tamen sensus et simplex est, et magis aptus negotio. — 119. *Aras gramineas*; Romani enim moris fuerat cespitem arae super imponere, et ita sacrificare. *Gramineas* autem ideo, quia et de bello res agitur, et Marti sacrificatur, cui gramen est consecratum: quod secundum Plinium in Naturali Historia ex humano cruore procreatur. *Gramen* autem herbae species est, licet omnis herba *gramen* vocetur: sicut robur, omne lignum, cum sit et species. *Fontemque ignemque ferebant*; *fontem* pro aqua posuit, à toto partem. Sane ad facienda foedera [semper] aqua et ignis adhibentur. Unde econtra quos arcere volumus a nostro consortio, eis aqua et igni interdicimus, i. e. rebus quibus consortia copulantur; [ad haec autem aqua de certis fontibus peti solet.] — 120. *Velati lino*; atqui Fetiales et Paterpatratus per quos bella vel foedera confirmabantur, nunquam utebantur vestibus lineis. [Adeo autem a Romano ritu alienum est, ut cum Flaminica esset inventa tunicam *laneam lino* habuisse consutam, constitisset ob eam causam piaculum esse commissum.] Unde dicimus, errore factum, ut linea vestis contra morem adhiberetur ad foedera, quae firma futura non erant. Scimus enim, hoc ubique servare Virgilium, ut rebus quibus denegaturus est exitum, det etiam infirma principia. Sic in Thracia civitatem condens Aeneas, quam mox fuerat relicturus, contra morem Iovi de tauro sacrificavit. Sic senatum ad privata

Latinus convocat tecta, quando eius non erant firma consilia. Sic paulo post in augurio liberatus cygnus in fluvium concidit, quia Turnum Rutuli, licet rupto foedere, liberare non poterant. Caper tamen et Hyginus hoc loco dicunt lectionem esse corruptam; nam Virgilium ita reliquisse confirmant: *Velati limo. Limus* autem est vestis, qua ab umbilico usque ad pedes [prope] teguntur pudenda poparum, haec autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, i. e. flexuosam, unde et nomen accepit. Nam *limum*, obliquum dicimus. Unde et Terentius (Eun. 3, 5, 53.) *Limis oculis* dicit, i. e. obliquis. *Et verbena tempora vincti;* verbena proprie est herba sacra [ros marinus, ut multi volunt, i. e. λιβανωτὸς Licutagonis *] sumpta de loco sacro Capitolii, qua coronabantur Fetiales et Paterpatratus foedera facturi, vel bella indicturi. Abusive tamen *verbenas* iam vocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliva vel myrtus. Terentius (Andr. 4, 3, 11.): *Ex ara hinc verbenas sume.* Nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit. [Quidam [illegible] venis * (veris) proximi herbas *verbenas* dicunt. Alii certa [illegible]menta *verbenas* volunt vocari.] — 121. *Legio Ausonidum;* pro *Ausonidarum*, quod venit ab eo quod est *hic Ausonida*: sicut *hic auriga*. Nam *Ausonis* generis feminini est: unde *Ausonidum* facit, quod ut diceret, metri est necessitate compulsus. *Pilataque plenis;* hoc est *pilis armata*. Quidam hoc loco *pilata agmina* non a genere hastarum positum adserunt. Nam paulo post dictum inferunt, *defigunt tellure hastas:* sed *pilata*, densa, spissa, ut implere portas potuerint, et postea se in loca apertiora effundere. Alii *pilatum agmen* dicunt quod in longitudine directum est; quale solet esse cum portis procedit. Vel certe *pilata*, fixa et stabilia, vel a *pilo*, quod figit, vel a *pila structili*, quae fixa est et manet; nam et Graeci res densas et artas πι[illegible] dicunt. Ennius Satyrarum II.: *Contemplor inde loci liquidas pilatasque aetheris oras*, cum firmas et stabiles significaret, quasi pilis fultas. *Hostius* (cf. Macrob. 6, 3. 5. Fest. sub Tesca) illi *Histrici* primo, *Percutit atque hastam pilans prae pondere [fr]angit.* Pilans, i. e. figens. Idem: *Sententia praesto pectore [pi]lata*, i. e. fixa. Asellio historiarum tritarum (al. *hist.* III.; v. [...]rum.): *Quartum signum accedebat sive pilatim, sive passim [...]r facere volebat.* Scaurus de vita sua: *In agrum hostium [ve]ni, pilatim exercitum duxi*, i. e. strictim et dense; nam ubi [pr]oprie de genere hastae loquitur, ait: *Pila manu, saevosque [ge]runt in bella dolones.* Varro rerum humanarum, duo genera [a]gminum dicit: *Quadratum, quod immixtis etiam iumentis in[ce]dit, ut ubivis possit considere. Pilatum alterum, quod sine [iu]mentis incedit, sed inter se densum est, quo facilius per [in]iquiora loca tramittatur.*] — 123. *Ruit;* cum impetu venit: [q]uod apud Graecos est [ἐφ]ώρμησεν. [*Variis;* quia alius Troi[u]s, alius Tyrrhenus; aut ipse *Tyrrhenus varius*, quia de variis [g]entibus Tuscorum.] — 124. *Instructi ferro;* bona [pro]oeconomia, et rei futurae praeparatio; ruptis enim foederibus in bella descendent: [quia necesse non erat armari omnes, solis duobus pugnantibus. — 127. *Asylas;* Etruscum nomen.] — 131. *[V]ulgus inermum;* senum scilicet ac matrum, sicut ipse [com]memoravit, [et quidam volunt ideo hic matrum factam mentio-

nem ut etiam Amata inter ceteras, sed spectandum v tur quo se possit ducta errore, perimere. — 134. *nus habetur;* Catonem sequitur qui *Albanum* mont *longa* putat dictum. — 135. *Tunc neque nomen era* ait, quia in Albano res divina a iure triumphantibus scilicet quod Alba patria populi Romani habetur, origo Romana, propter quod (1, 7.): *Albanique patr piter Latiaris* antiquissimus est. Ergo montis huiusce patria populi Romani esse dicatur; honos vero rei (ibi a Romanis fieri consueverat: nomen quis igno Alba tractum oeri (*ex re? oriri?*). — 136. *Aspect* usurpare antiquitatem; nam potuit *spectabat* dicere *Diva deam;* aut Hypallage est, pro *dea divam.* aeternos dicimus: *divos* vero, qui ex hominibus fiunt dixit de Iunone *divam*, respiciens etymologiam. Nam legimus (Carm. 2, 3.): *Sub divo moreris victima nih tis Orci.* I. e. sub aëre, quem constat esse Iunonem. tem vel *dea*, generale [nomen] est omnibus. Nam est; Latine *timor* vocatur; inde deus dictus est, quo ligio sit timoris. [Varro ad Ciceronem tertio, *Ita cur dicant deos cum omnibus antiqui* * (*omnes an divos.*] *Stagnis quae fluminibusque sonoris Praeside* fons est in Italia saluberrimus iuxta Numicum fluvium, a *iuvando* est inditum. Cum enim naturaliter omnis sit extraneorum (*aegrotor.*) corporibus, hic omnibus sa fons est. De hoc autem fonte Romam ad omnia sac afferri consueverat. [Bene ergo Virgilius Turno fing quae laborantes iuvare consuevit: huic fonti per Aqua opum * (propter aquarum inopiam) sacrificari solet: c Catulus primus templum in campo Martis fecit, nam *nae ferias* celebrant, qui artificium aqua exercent, (festum *Iuturnalia* dicunt. Varro rerum divinarum qua ait: *Iuturna inter proprios deos Nymphasque ponitu stagna* dixerat, ideo *sonora flumina* addidit, est en rum ἐπίθετον.] — 142. *Nympha decus fluviorum;* (8, 71.): *Nymphae* [*Laurentes Nymphae*,] *genus amn est. Animo gratissima nostro;* Homerus (Il. ε, 243.): χαριομένε θυμῷ. — 143. *Cunctis Praetulerim;* litotes contrarium. Plus enim dicit, et minus significat. Na omnes est persecuta: huic vero libenter indulsit. E hanc omnibus praetulisse: quasi etiam alias in honore [Ergo ideo hoc dicit, ut tollat causam quam potuit I bere suspectam. Sane] tale est et illud Sallustianum: *ticum dulcius, quam cetera:* cum nullum dulce sit. S dum, non immerito finxisse Virgilium, Nymphae, i. suae, indulsisse Iunonem. [*Quaecunque Latinae;* Latinae cum quibus Iuppiter concubuerit incertum est. *Ingratum cubile*; [aut *ingratum* de quo paulici * (pel gratia, hoc enim convenit personae dicentis aut] qu eam castae non praesentat uxori Iuppiter. [Ergo sibi *gratum*, non illis, quae ascenderunt; nam Iuturna dea neque propter Iovem dictum est, qui immortalitatis persolvit. Ergo bene sibi *ingratum.* Nam cum Iuppit

visse diceretur, nihil tamen a Iunone de Iuturna detractum est, sed potius auctum est.] Animadvertendum autem, versum hunc sine caesura esse. Nam Heptimemeris quam habere creditur, in Synaloepham cadit: ut: *Magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile.* Terentianus de hoc: *Rarum concedam, fieri non posse, negabo.* — 145. *Coeli in parte;* in parte divinitatis. Nam locum numinum pro honore posuit. — 147. *Qua visa est fortuna pati;* quatenus, in quantum permisit, et sic ait *Qua visa est*, ut supra (11, 292.): *Coeant in foedera dextrae, Qua datur.* Sane latenter ostendit, favorem numinum sine concessione (al. *confectione, confessione*) fatorum non posse procedere: [et quidam putant Virgilium: *quoad visa est fortuna*, reliquisse: id est, *quoad visa est*, usque quo.] — 148. *Cedere res Latio;* feliciter cuncta procedere. — 149. *Video concurrere;* pro *concurrerum esse.* Licet, quasi dea, bene praesenti usa sit tempore, quae etiam futura cernebat. — 151. *Non pugnam aspicere hanc oculis;* quia numina quotiens morituros viderint eos, quibus favent, ab his recedunt. Sic Statius Apollinem inducit, Amphiaraum deserentem, ubi eum vicinum morti esse cognovit: abit moerens, lacrymasque avertit Apollo. Et Homerus, cum lanx Hectoris, expendente laeva (*Iove*), inclinaretur, ait: *Λίπε δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων.*] — 152. *Praesentius audes;* efficacius, vehementius. Nam decet germanam illicita etiam pro fratris salute audere. — 153. *Forsan miseros meliora sequentur;* ne (al. *i. e.*) possit fatorum ordo mutari. — 154. [*Cum lacrymas oculis Iuturna profudit;* totum iungendum, *Cum lacrymas oculis Iuturna profudit,*] *Terque quaterque manu pectus percussit;* [ne videatur diverso tempore et lacrymare, et pectus percutere, cum utrumque simul fiat; et hoc ideo] quia solam doloris audiverat causam, nihil quemadmodum fratri posset mederi. Nam paulo post audiet: *Aut tu bella cie, conceptumque excute foedus.* Conceptum; aut divinum, aut quod Iovi placere potuerit.] — 156. *Non lacrymis* etc.; non flendi, sed subveniendi tempus est. Sic in matrum (*Menaetis?*) consolatione (12, 408.): *Accenso gravitis igne.* [*Non lacrymis* autem, aut deest *agendum*, vel aliquid tale; figuratum est pro *lacrymarum.* — 157. *Et fratrem si quis modus;* non dicit: aut eripe, aut bella cie, sed eripe fratrem aut bello concitato, aut rupto foedere.] — 158. *Conceptumque excute foedus;* placitum, animo praedestinatum, ut ... — 159. *Auctor ego audendi;* nomina in *tor* exeuntia, feminina ex se faciunt, quae [in] *trix* terminantur, si tamen a verbo veniant, ut ab eo quod est *lego*, et *lector*, et *lectrix* facit: doceo, *doctor*, [et] *doctrix*. Si autem a verbo non venerint, communia sunt. Nam similiter et masculina et feminina in *tor* exeunt, ut *hic* et *haec senator*, *hic* et *haec balneator*. Licet Petronius usurpaverit, *balneatricem* dicens. Tale est et *hic* et *haec auctor:* sed tunc cum ab *auctoritate* descendit, ut hoc loco. Cum autem venit ab eo quod est *augeo*, et *auctor* et *auctrix* facit, ut si dicas, *auctor divitiarum* vel *auctrix patrimonii.* — 160. *Reliquit incertam;* quia licet dederit ei consilium, dicendo tamen] *forsan*, eam reliquit incertam. — 161. *Interea reges;* regum Hyperbaton. Nam ordo est: Interea reges procedunt castris. Cetera enim per parenthesin dicta sunt: nec est Eclipsis,

[i. e. conceptio,] cum sermo in omnibus congruat. *Ing mole;* pompa, ambitu. Nam modo hoc significat. — 162. [*(cum;* absolute, ex omni parte, ut si dicas *tempora radiis cin tur.*] — 164. *Solis avi specimen*; ut etiam in septimo dixin Latinus secundum Hesiodum in ἀσπιδοποιΐᾳ (Theogon.), Ulixis Circae filius fuit, quam multi etiam Maricam dicunt. Secund quem nunc dicit, Solis avi specimen. Nam Circe Solis est f Sane sciendum, Virgilium in varietate historiae, sua etiam d variare. Sed de Ulixe, ut etiam supra diximus, temporum ratio credere non sinit. *Bigis it Turnus;* quotiens utimur minibus tantum pluralis numeri, et unum volumus signific ita dicimus *unas bigas*, *unas quadrigas*, *unas scalas*. lustius (Catil. 6.): *Hi postquam in una moenia convener* 165. [*Bina;* pro duobus.] — 166. *Romanae stirpis origo;* ad laudem Augusti respicit. — 167. [*Sidereo flagrans cl* Latino tantum imaginem Solis dedit. Aeneam autem cum reo clypeo ipse quodammodo comparat Soli.] — 168. *M spes altera Romae;* [ideo quia Aeneas una.] Male [autem dam *magna* legunt. [Sane Ascanii batum * (habitum vel tum) omisit, quia puer est.] — 169. *Puraque in veste sac* impolluta et pura dicitur vestis, qua festis diebus uti con rant sacra celebraturi. [Ut neque funesta sit, neque fulg neque maculam habeat ΘK (hab. ab) homine mortuo. Est linea et purpurea. Purpura maris vicem ad piandum pr linum vero fluminis, quia cum vere primum in Oriente fl inundasset sponte sua linum nationis * (natum esse) Plini cundus dicit. Ideo Magistratus et sacrificaturi togam praet habent, et manus ablutas detergere lineis mantilibus cu Quod ipse de Aristeo ait, IV. Georgicorum (381.): *Oceano mus.* Et (376.): *Manibus liquidos dant ordine fontes Ger nae: tonsisque ferunt mantilia villis.* Ecce mentionem de l rursum purpura (3, 408.): *Purpureo velare comas adoper amictu.* Item (120.): *Velati lino.* Ergo *pura*, lintea vel pur rea bene potest intelligi.] — 170. *Setigerae foetum suis;* m Romanorum: ut (8, 641.): *Et caesa iungebant foedera por* [Nonnulli autem *porcum*, non *porcam* in foederibus adsert solere mactari, sed poëtam periphrasi usum propter nomi humilitatem: *Intonsam* vero *bidentem* dixisse. Quam Pontific *altilaneam* vocant.] Nam Homerus aliud genus sacrificii [con memoravit [dicens (Il. γ, 245.): *Κήρυκες κ. τ. λ.*] Sane n praeter rationem est quod ait, *Foetum suis.* Item: *Intonsa que bidentem.* I. e. brevem adhuc. Nam in rebus quas voleb finiri celerius: senilibus et iam decrescentibus animalibus sacr cabant: in rebus vero quas augeri et confirmari volebant, minoribus et adhuc crescentibus immolabant. [Sane ovem Gra more foederi adhibuit. — 171. *Attulit admovitque pecus;* pri *attulit*, inde *admovit pecus*, i. e. hostiam. — 172. *Illi ad surg tem;* non utique nunc solem surgentem dixit, iamdudum er dies erat, sed disciplinam cerimoniarum secutus est, ut Orient spectare diceret eum qui esset precaturus.] — 173. *Dant fru manibus salsas*; far et sal: quibus rebus et cultri aspergeban et victimae. Erant autem istae probationes aptum utrum e animal sacrificio. Obliquum etiam cultrum a fronte usque

udam ante immolationem ducere consueverant. Nam hoc est uod dicit, *Et tempora (tergora?) ferro Summa notant pecu*um. — 174. [*Paterisque altaria libant*; ea enim quae in alta- fundiuntur, *altaria* dici voluit Probus; alii *altaria* species arum tradunt. — 175. *Tum pius Aeneas stricto sic ense pre*tur; hic prior precatur, quia hic mavult fieri foedus: *stricto* item *ense*, iuxta quendam iurisiurandi morem ait.] — 176. sto *nunc sol testis*; bene eum primum invocat deum, quem ientem intuens vidit. Nam ait, *Illi ad surgentem conversi lu*ina *solem*. *Esto* autem, multi volunt esse tertiam personam, e. sit mihi Sol testis: quia sequitur: *Et haec terra*: ut elocuionem per nominativum factam intelligamus. Sed hoc non proedit, quia sequentia vocativum habent, ut: *Et tu Saturnia* iuno. Item: *Tuque inclite Mavors*. Unde per vocativum eum mnia dixisse accipiamus: in hoc vero tantum ad nominativum cisse transitum: *Et haec mihi terra precanti*; licet etiam hic ossit esse vocativus. Nam δεικτικῶς est dictum: *Haec terra esto ihi testis*: ac si diceret: o Italica terra testis [mihi] esto. [Sane sta Homericum foedus, hic inducit fieri: Nam ut ibi Priamus, hic Latinus, ut hic Aeneas, ibi Agamemnon et priores precantur qui servaturi sunt foedus, quod ruperunt qui posteriores aturi erant, ibi per Pandarum Troiani, hic per Tolumnium utini, et hoc per speciem augurii, quae *precatio maxima* apllatur, dicit. *Precatio* autem *maxima* est cum plures deos am in ceteris partibus auguriorum precatur, eventusque rei ae poscitur, ut in melius iuvent, quod his versibus ostenditur: to *nunc sol testis, et haec mihi terra precanti*. Et huic est meri simile iuramentum (Il. γ, 276.): Ζεῦ πάτερ κ. τ. λ.] — . *Quam propter*; [*propter*, penultima] *ter* habet accentum, est postposita praepositio, [i. e. propter quam tantos; ut ece περὶ βασιλείας, cum contra dicatur βασιλείας πέρι, quia postposita praepositio. — 178. *Et pater* etc.; ceterum quod recatione dici solet, ut melius iuvent, melius fortunent, sub: his versibus: *Si nostrum adnuerit nobis victoria Martem*.] — *Iam melior, iam diva precor*; ac si diceret: Iam non Saia, i. e. [iam] minime nocens, sed Troianis propitia. [Aut or, non optantis, sed adfirmantis accipiamus: potuit enim ligere minus se impugnari a Iunone qui vicerat bis.] — 180. *ues*; [hoc loco] regis [freno, sic alibi (4, 666.): *Ipse pedes en torquens immane leonis*: alibi,] sustines, [ut (4, 482.): *humero torquet*. *Inclite Mavors*; bene induxit Martem ., quem scit Romanae stirpis auctorem. — 181. *Fontesque osque voco*; congruenter, cum a Tyberino flumine sit adtus quae agere deberet.] *Quaeque aetheris alti Religio*; st specialia intulit generalitatem. [Sane *religio* dicta, quod omines religantur ad cultum divinum. — 182. *Ponto*; i. e. nto et quidam hoc loco a filio Veneris iureiurando, velut s, volunt inditam mentionem.] — 183. *Cesserit Ausonio si* si forte: et bene dubitat de hoc. Contra cum ad suum enerit nomen, dicit: *Ut potius reor, et potius dii numine nt*. Sane ratione non caret, quod primo de victoria Turni ur, post descendit ad suam. Scit enim in auguriis prima ioribus cedere. — 185. *Rebelles*; homo *rebellis* dicitur:

res ipsa *rebellio*, non *rebellatio*: sic Suetonius (cf. ad Calig.
— 187. *Annuerit nobis victoria Martem*; Hypallage: pro
noster Mars annuerit [nobis] victoriam. Nam Martem vic
comitatur. — 191. *Invictae*; quasi invictae. Et bene sibi
ciliat populum. Nam sine dubio una cum rege vincetur
192. *Sacra deosque dabo*; [captat gratiam populi, quia] m
fuit apud maiores sacrorum cura, sicut diximus supra (3,
Unde nunc Aeneas id agit, ne pereant. Et re vera constat
Phrygia nunc Latinis tradita coluisse Romanos. *Latinus ha*
aut antiquus vocativus est. Aut *habeto* tertia persona sit.
sciendum, quia crebra soceri commemoratione sibi favorem
tini conciliat. Item dicendo: *Mihi moenia Teucri consti*
popularem gratiam captat; quia supra dixerat Drances (11,
Saxaque subvectare humeris Troiana iuvabit. — 197. *Te*
mare, sidera iuro; et ornatior elocutio, et crebra apud
res, quam si velis addere praepositionem, ut dicas: Iu
maria, per terras. *Eadem* autem bene dixit. Nam pro
ille fontes et fluvios posuit, pro sideribus Solem. — 198.
naeque genus duplex; ac si diceret, utrumque sexum [
Latonae [vel] sobolis. Et bene in foederibus duplicia i
numina, quia in unum duo coituri sunt populi. *Ianumq*
frontem; rite invocat: quia ipse faciendis foederibus p
Namque postquam Romulus et Titus Tatius in foedera co
runt, Iano simulacrum duplicis frontis effectum est, qua
imaginem duorum populorum. Legimus tamen Ianum e
quadrifontem fuisse. Unde Martialis ait: *Et lingua pariter l*
tus omni. Nam omnis de duobus non dicimus. — 199. *V*
duritiem, inexorabilitatem. *Sacraria Ditis*; *sacrarium* pro
est locus in templo in quo sacra reponuntur: sicut *donari*
est, ubi ponuntur oblata: sicut *lectisternia* dicuntur, ubi ho
nes in templo sedere consueverunt. — 200. *Qui foedera fulm*
sancit; confirmat, sancta esse facit: quia cum fiunt foedera,
coruscatio fuerit, [con]firmantur. Vel certe quia apud maio
arae non incendebantur, sed ignem divinum precibus eliciebat
qui incendebat altaria. *Sancire* autem proprie est *sanctum* a
quid, i. e. consecratum facere, fuso sanguine hostiae: et dictu
sanctum, quasi sanguine consecratum. — 204. *Si tellurem e*
fundat in undas; Hypallage, pro: Si undas effundat in terras.
205. *Diluvio miscens*; [i. e.] aquae superfusione universa pertu
bans. — 206. *Ut sceptrum hoc*; Homeri locus verbum ad ve
bum [(Il. α, 234.): *Ναὶ μὰ τόδε κ. τ. λ.*]. *Dextra sceptru*
num forte gerebat; per parenthesin dictum [est.] Ut aute
sceptrum adhibeatur ad foedera, haec ratio est: quia maior
semper simulacrum Iovis adhibebant: quod cum taediosum es
praecipue quando fiebant foedera cum longe positis gentibus, i
ventum est, ut sceptrum tenentes, quasi imaginem simula
redderent Iovis. Sceptrum enim ipsius est proprium. Unde nu
tenet sceptrum Latinus, non quasi rex: sed quasi pater patrat
— 208. *Imo de stirpe*; ideo genere masculino usus est, quia
arboribus loquitur. Nam de hominibus genere feminino di
mus: ut (7, 293.): *Heu stirpem invisam*; dixit tamen, sed us
pative, Horatius etiam de arboribus: ut (Carm. 2, 29.): *Stirp*
que raptas et pecus et domos. — 209. *Matre caret*; vel terr

ut (3, 96.): *Antiquam exquirite matrem*: vel arbore: ut (G. 2, 19.): *Parva sub ingenti matris se subiicit umbra.* [Sic enim melius carmini respondet Homerico: *Τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν.*] — 210. *Aere decoro;* i. e. orichalco. — 211. *Dedit gestare Latinis;* ut (5, 248.): *Dat ferre.* — 212. *Talibus inter se firmabant foedera dictis*; Latinus et Aeneas. Turnum autem non inducit iurantem, quia dux est, qui praesente rege non habet potestatem. Et imitatus est Homerum qui post iusiurandum Menelai, Alexandrum quasi fervidum et adulescentem inducit exclusum, et Priamum adhibitum ad foederis confirmationem. — 213. *Rite sacratas;* rite expurgatas (al. *explorat.*) sollemnitate quam diximus supra (173.). — 216. *Videri misceri;* infiniti sunt pro indicativis. — 218. *Propius;* diligentius: ut (1, 526.): *Et Propius res aspice nostras. Non viribus aequis*; *eos congressuros* subaudis. — 219. *Incessu tacito*; [pro] *ipse tacitus*, Hypallage est. — 225. *Cui genus a proavis ingens*; cuius auctoritatem commendabat, et origo maiorum, et paterna virtus, et propria fortitudo. — 229. *Pro cunctis talibus;* qualis etiam Turnus est, et attendit sensum superiorem, ubi ait Turnus [oblique] (16.): *Et solus ferro crimen commune refellam.* — 230. *An viribus* etc.; bene addidit *viribus.* Nam legimus in Sallustio (Catil. 7.): *Memorare possum* (al. *possumus;* Basil. *possem*) *quibus in locis populus Romanus ingentes hostium copias parva manu fuderit.* Virgilius (5, 754.): *Exigui numero, sed bello vivida virtus.* — 231. *En omnes;* ne occurreret: *Sed est in castris alter exercitus.* — 232. *Fatalisque manus;* Troianorum scilicet, qui fataliter ad Italiam venerant, ut sit iteratio. *Etruria* autem *infensa*, pro *Etrusci*, qui etiam Turno inimici sunt causa Mezentii. — 234. *Devovet aris*; quia ait supra (220.): *Nobis animam et aram suppliciter venerans.* Item (11, 442.): *Sed vobis animam hanc soceroque Latino Devovi.* Nam ipsa iterat verba. — 235. *Vivusque per ora feretur;* tanquam de vivo omnes loquentur; [vel, nominis immortalitate vivet, et laudibus.] — 237. *Lenti;* otiosi: ut (E. 1, 4.): *Tu Tityre lentus in umbra.* — 242. *Foedusque precantur Infectum;* rogant, ut pro non facto sit, ne piaculum videantur admittere. — 245. *Et alto dat signum coelo;* ut religio alia religione solvatur. *Praesentius;* efficacius. [Et alibi (E. 1, 42.): *Nec tam praesentes alibi cognoscere divos.*] — 246. *Monstroque fefellit;* bene *fefellit.* Namque hoc augurium neque oblativum est, neque impetrativum, sed immissum factione Iuturnae, quod carere fide indicat sedes negata. Nam ubicunque firmum introducit augurium, dat ei firmissimam sedem: ut (6, 191.): *Ipsa sub ora viri coelo venere volantes, Et viridi sedere solo.* Item (E. 9, 15.): *Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix.* In hoc autem augurio liberatum cygnum cecidisse in aquam dicit, quam instabilem esse [et infirmam] manifestum est. — 248. *Litoreas agitabat aves;* palustres. Nam *litus* dicitur omnis aquis terra vicina, ut (8, 83.): *Viridique in litore conspicitur sus.* — 250. *Excellentem;* magnum, sicut in exercitu magnus est Turnus. — 252. *Convertunt clamore fugam*; redeunt cum clamore, sicut in exercitu solet [fieri.] — 257. *Augurium salutant;* venerantur. Et proprie. Nam *salutari* dicimus deos. Terentius (Phorm. 2, 1,

81.): *At ego hinc deos pergam salutatum* (Al. *At ego deos* 1 *nates hinc salut. domum divortar*) [Et Plautus in Curculic (3, 1, 19.): *Quis est, qui operto capite salutat Aesculapium* — 258. *Expediuntque manus*; dimicare se velle significa Haec enim est consensio militaris. Lucanus (1, 387.): *Elatasq alte quaecunque ad bella vocaret Promisere manus.* — 2 *Quod saepe petivi*; quasi impetrativum hoc augurium vult vid *Accipio, agnoscoque deos*; modo quasi de oblativo loquit Nam in oblativis auguriis in potestate videntis est, utrum id se pertinere velit, an refutet et abominetur. Ergo nunc d se augurium libenter amplecti, et agnoscere circa se favor deorum. — 261. *Quos improbus advena Territat*; interpreta augurium: et confirmat id ad praesens negotium pertinere. 262. *Litora vestra*; bona iteratio. Nam supra ait: *Litor agitabat aves.* — 263. *Vi populat*; antique. Nam veteres populo et *populor* dicebant. Nunc tantum *populor* dicimus, penitus de usu recessit. *Penitusque profundo Vela dabit*; supra de aquila: *Penitusque in nubila fugit.* — 264. *Den catervas*; sicuti: *Cygni hostemque per auras Facta nube munt.* — 266. *Et adversos telum contorsit in hostes*; hoc ab Homeri oeconomia recessit. Ille autem inducit Mine persuadentem Pandaro, ut iacto in Menelaum telo dissipet f ra, [(Il. δ, 92.): Ἄγχοῦ κ. τ. λ.] Hic vero dicit ipsum aug telum sponte torsisse, et occidisse unum de novem fratribus: pertinet ad oeconomiam. Necesse enim erat, ut fratres (al *tris*) [dolore] ex unius morte commoti bellum moverent. Si vilis aliquis interiret, poterat eius mors ob foederis religio forte contemni. — 267. *Sonitum dat*; i. e. facit, [ut supra 79.): *Tu das epulis accumbere Divum.* Et Plautus in Aulula (4, 5, 1.): *Emortuum ego me mavelim leto malo, Quam n ego illi dein hodie insidias seni.*] *Certa*; inevitabilis. Un *incerta*, est infirma et evitabilis. — 268. [*Simul hoc simu* antique ut: *Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omne* Et: *Simul Aenean in regia ducit Tecta simul divum templ indicit honorem.*] — 270. *Hasta volans*; minus est *namq* [Sane reliquit hastam Poëta, dum vult simul multa describe et rem imperfectam omisit; deinde rediit ad descriptionem supra in augurii narratione.] — 273. *Horum unum*; ordo e Transadigit [unum] costas, et figurate dixit *unum* pro *uni* *Teritur qua sutilis alvo Baltheus*; rem physicam dixit. Om enim quibus utimur non nos terunt, sed ea nos terimus, ut nulum, vestem, [baltheum. *Ad medium* autem absolute, i. ubi alvo teritur baltheus. — 275. *Egregium forma iuvene* bene hic egregium, quippe qui esset de fratrum grege. 277. *At fratres*; pro *at fratrum pars.*] *Animosa phalanx*; q phalanx, i. e. legio. [Et bene a numero, a germanitate, a bilitate, a forma, ab aetate, ab vulneris genere, ab ipsius la a genere mortis incitatio nata.] — 279. *Coeci*; [ut] salutis providi. [Et bene iam non pars, sed universi.] — 280. *In dant*; more undae fluunt. — 281. [*Agyllinique*; pro Etruscis enim contra Mezentium auctores coniurationis fuerunt. *Pi Arcades armis*; bene pictis ut in undecimo (93.): *Et versis cades armis*, ut ornatus picturae, lateret in luctu.] — 282.

omnes amor unus habet; sic, i. e. dum paulatim suis invicem subveniunt, omnes in bellum coacti sunt. Sic Sallustius. — 283. *Diripuere aras*; deiecerunt, dissipaverunt. [Sane cum praesens tempus belli loquitur, bene praeteritum intulit *diripuere*. Et more suo interiecit aliud: nam ordo erat: *diripuere aras craterasque focosque ferunt*.] — 284. *Ferreus imber*; permansit in translatione, quia dixerat Tempestas telorum. — 285. *Ferunt*; auferunt. Nam Aphaeresis est, ut *temnere*, pro *contemnere*: [alibi (E. 9, 51.): *Omnia fert aetas*.] — 286. *Pulsatos divos*; i. e., violatos, laesos fractis foederibus. — 287. *Infrenant alii currus*; i. e. equos, [qui sub curribus sunt:] sic alibi (G. 1, 514.): [*Fertur equis auriga*,] *neque audit currus habenas*. — 288. *Subiiciunt in equos*; super equos iaciunt. Sed proprie non est locutus, magisque contrarie. Nam *subiicere*, est subter aliquid iacere. — 289. *Regisque insigne gerentem*; i. e. diadema habentem, [et decenter regem cum insignibus suis dixit.] — 290. *Avidus confundere foedus*; legitur et *avidum*. Sed melius est *avidus*: quia Messapus Turno favebat, qui erat impar ad singulare certamen. [Nam et postea ait: *Et miser oppositis a tergo involvitur aris*. Sic enim facilius foedus dissiparet, si arae humano cruore polluerentur, nam et Messapi voluntas ita expressa est, qui ait: *Haec melior magnis data victima divis*. Confundere foedus autem, prodiit confundere.' — 291. *Proterret*; mire dictum. — 293. *Hasta*; cum hasta. — 294. *Teloque orantem multa trabali*; Ennius, *Teloque trabali*.] — 295. *Altus equo*; equi magnitudinem latenter ostendit. — 296. *Hoc habet*; i. e. letali percussus est vulnere. [Apud antiquos enim id erat, *hoc habet*, quod nunc, *peractum est*, sic] Terentius: *Certe captus est, habet*. Sane Sarcasmos est [carnificina, quasi] de loci qualitate inventus. Nam quia super aras cecidit, ait: *Haec melior magnis data victima divis*. — 298. [*Obvius*; bene *obvius* corripuit. *Ambustum torrem*; quidam *ambustum* proprie circumustum accipiunt, sed Poëtae indifferenter pro *combusto* utuntur.] *Torrem* [autem,] erit nominativus *hic torris*, et ita nunc dicimus. Nam illud Ennii et Pacuvii penitus de usu recessit, ut *hic torrus*, *huius torri* dicamus. — 299. [*Ferenti*; pro *inferenti*. — 300. *Reluxit*; bene ad brevitatem ignis retulit, qui tantum fulgorem brevi ediderat.] — 301. *Nidorem*; [modo] putorem. [*Super*; quidam *propterea*, alii pro *supra*, ut: Ense sequens nudo super imminet. — 302. [*Turbati hostis*; quia plus trepidationis in illa flamma fuit, quam periculi. — 304. *Sic rigido*; quidam sic pro aeque accipiunt, alii simpliciter, ut eum inpresso genu terrae adplicuerat: ut est illud (1, 225.): *Despiciens mare velivolum, terrasque iacentes*. *Sic rigido latus ense*; quidam duro et acuto volunt, non recto: ut (G. 1, 508.): *Et curvae rigidum falces formantur in ensem*. — 305. *Primaque acie*; hic *que* coniunctio abundat. *Ruentem*; non cadentem, sed magno impetu se inferentem.] — 309. *Ferreus somnus*; Homerus (Il. λ, 241.): Χάλκεος ὕπνος. — 312. *Nudato capite*; scilicet [deposita galea], ut possit agnosci. Sane quaeritur, quemadmodum *nudato* dixerit, cum supra eum nusquam tecto induxerit capite. Nam *nudatum* est, quidquid fuit ante coopertum. *Nudum* vero dicitur, quod tectum antea non fuerat. Ergo aut *nudato* pro *nudo*

accipiamus, ut sit pro nomine participium: aut dicamus tecti eum habuisse caput, cum descendit ad campum. Nam legim (167.): *Sidereo flagrans clypeo, et coelestibus armis. Suos c more vocabat*; utrumque exercitum iam suum vocabat, ut ta fuerit eius clamor: *Cur in vos invicem mei ruitis?* [*Quo* aute et adverbium potest esse et nomen.] — 313. *Repens*; aut subi ut sit adverbium, i. e. *repente:* ut (3, 156.): *Sole recens or* Aut *repens discordia*, pro repentina. — 316. [*Me sinite; su* audiendum *concurrere*, et est Zeugma.] *Faxo*, [i. e.] facia [confirmabo, et est archaismos. — 319. *Alis allapsa sagitta e.* utrum *alis stridens*, an *alis adlapsa?*] — 320. *Incertum q pulsa manu;* hoc loco adhuc quidem quasi dubitat: tamen telligimus, a Iuturna immisum quendam qui vulneraret Aenea Quod autem paulo post Iuno dictura est de Iuturna [quod mo (815.): *Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum:* mini est mirandum; nam scimus, unicuique imputari, quod alte eius fecerit gratiam, sicut est (10, 83.): *Et potes in totidem c ses convertere Nymphas.* Aeneam autem ab homine vulnera indicat Iuppiter paulo post dicens (797.): *Mortalin' decuit vio vulnere divum?* [*Turbine*; quod improvisa; alii, quod veheme accipiunt. — 322. *Pressa est insignis; pressa* pro *suppressa* non *insignis gloria*, sed *insignis facti*, ut genitivus casus sit. — 323. *Aeneae vulnere*; hic proprie, est enim huic co rium (51.): *Et nostro sequitur de vulnere sanguis. Iactavit* tem, aut adeo fortis Aeneas et metuendus; aut adeo impium fas visum est.] — 327. *Molitur;* regit: et est Acyrologia. proprie *molitur*, est parat. [Alii *molitur*, movet intelligunt arripit, vel aptat.] — 331. *Hebri;* fluvii Thraciae, [iuxta psala oppidum.] — 332. *Sanguineus Mavors*; gaudens sang αἱμοχαρής. [Emantellocios *]. *Clypeo increpat*, sonat; alibi guit: ut (10, 830.): *Increpat ultro Cunctantes socios.* — [*Ante Notos Zephyrumque;* i. e. *ventos. Volant*; pro *vertun Ultima*; hoc est tota: si enim gemit ultima, omnis sine dubio 335. [*Thraca* autem, i. e. Thracia. Cicero in de Republica: *lonia vero quae est deducta a Graecis in Asiam, Thraca Italiam*, et non dixit Thraciam. — 336. *Iraeque, insidiaeq dei*; figurata elocutio vario significatu, idem ostendens, et no tam virtute, sed insidiis comitatus. — 337. *Alacer;* quidam *ala cer*, gestiens, et rei novitate turbatus volunt, *alacris* vero, lae tus. — 338. *Quatit;* exagitat.] *Miserabile caesis*; i. e. misera biliter. Nomen pro adverbio: [ut (10, 273.): *Sanguinei lugubr rubent.* — 340. *Mixtaque cruor*; Hypallage est pro mixta cruo re. — 341. *Sthenelumque dedit Thamyrumque;* plura ὁμοιοτέλευτα. — 342. *Ambo*; antiquo more *ambo.* Terentius (Andr. 2, 8.): *Ambo opportune vos volo*, sicut superius dictum est, cu hodie *ambos* dicamus.] — 344. *Ipse nutrierat;* solent enim pl rumque filios [suos] aliis dare nutriendos parentes. [Dicend autem *ipse*, ignotae personae hoc pronomine addit dignitaten *Lycia* autem pro *in Lycia*, ut (4, 36.): *Non Lybiae, non an Tyro despectus Iarbas. Paribusque oneraverat armis;* scilic ut aequaliter dimicarent, aequaliter currerent. — 347. *Antiqu* pro nobilis et magni, ut (1, 12.): *Urbs antiqua fuit*; aut propr *antiqui*, si referamus ad tempora scribentis. *Dolonis*; cu

Troiani exploratorem quem ad castra Graecorum mitterent quaererent, hic Dolon exploratum se ire obtulit, si sibi equi Achillis pro praemio darentur, qui cum isset, obvios habuit Diomeden et Ulixen similiter exploratores missos ad castra Troiana, captusque abscii et * tormentis constituerat adactus, (capt.q. ab iis, et torm. adactus exposuerat) tam consilia Troianorum Tyrresi (quam Rhesi) adventum, qui equos falcatos (fatales) adduxerat in auxilium Troianorum, quem Diomedes et Ulixes vinctum ad arborem relinquentes profecti ad castra Troiana occiso Rheso abductis equis redeuntes occiderunt. Huius filium nunc inter Troianos a Turno dicit occisum.] — 350. *Ausus Pelidae pretium sibi poscere currus*; difficilis Hypallage; nam hoc vult dicere: Qui ut Achillis equos posset accipere, ire ausus est ad castra Graecorum. Ordo enim non procedit, qui ut iret, ausus est petere. [*Currus* vero pro *curruum*, ac per hoc *equorum* dixit.] — 351. *Pro talibus ausis*; quaeritur quis ante hunc *ausis* dixerit? — 352. *Affecit pretio*; modo *poena* [significat,] nam *pretium* τῶν μίσθων est. [Terentius (Andr. 3, 5, 4.): *Ergo pretium ob stultitiam fero*. Unde et Graeci τιμωρίαν, poenam vocant, ἀπὸ τῆς τιμῆς, quod est pretium.] *Nec equis aspirat Achillis*; *aspirat* apud maiores *accedit* significat. Cicero (Verr. 2, 31.): *Nunquam* (codd. Burm. *nunc*) *aspiravit ad curiam*, i. e. accessit. Sed hic figurate dixit, *Aspirat equis*, pro *ad equos*: i. e. occisus est, nec ad equos Achillis accessit. Melius tamen est, ut de Diomede intelligamus, ut sit sensus: Diomedes occidit Dolonem, qui equos Achillis ausus est petere: quos nec ille qui eum vicit, poposcit. [Sane *adspirat* est tractum ab his qui insequentes spiritu suo proximos adflant. — 354. *Longum per inane*; hoc est per longum spatium. *Secutus iaculo*; pro *insecutus*, vel certe e longinquo eum ante iaculo vulneravit. — 356. *Elapsoque*; pro lapso.] — 357. *Dextrae mucronem extorquet*; quasi prooeconomia est, ut non eum suo interimat gladio, ne agnoscat, quod Metisci est: et iam nunc suum requirat, quo facto perire poterat sequens fracto gladio oeconomia. — 358. [*Tinguit iugulo*; hic non significat inficit, ut et (G. 2, 8.): *Tingue novo mecum direptis crura coturnis*, sed demersit in iugulum, ut ibi (91.): *Et Stygia cadentem tinxerat unda*, imbuerat, durarat, significat.] — 359. *En agros*; [subauditur] quos victore Aenea te accipere posse credebas, [corpore tuo metire, metiuntur autem agros qui colonis adsignant;] inde enim Sarcasmos factus est; nam consuetudo erat, ut victores imperatores agros militibus suis darent, ut in historiis legimus. Item in Lucano (1, 346.): *An melius fient piratae Magne coloni*. [Et alibi (444.): *Quae sedes erit emeritis, quae rura dabuntur, quae noster veteranus aret?* Et hoc est quod supra ait: *Hostibus insultans*.] — 364. *Sternacis equi*; ferocis, qui facile sternit sedentem. [Quidam pro *pavidi* accipiunt; *consternati* enim equi dicuntur.] — 365. *Edoni Boreae*; *Edoni*, Thracii. Nam *Edon* mons est Thraciae. Sane sciendum, hoc loco errasse Donatum, qui dicit, *Edonii* legendum, ut *do* brevis sit secundum Lucanum qui dicit (1, 675.): *Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo*. Namque certum est, Systolen fecisse Lucanum. Unde *Edoni* legendum est, ut sit *hic Edonus, huius Edoni*. Statius et Virgilium et artem secutus ait

(Theb. 5, 78.): *Tristius Edonas hiemes Hebrumque nivai* Non *Edonias.* — 366. *Aegaeo;* mari scilicet, sicut seque: indicant. *Sequiturque ad litora fluctus;* nam male ait Dona montem esse, unde flat Boreas, cum certum sit, eum de Hyp boreis montibus flare: [quidam *fluctus* melius numero singu accipiendum putant. — 367. *Qua venti incubuere;* pro ventus, Boream enim solum dixit. *Fugam dant;* pro fugiunt alibi (437.): *Defensum dabit.* — 370. *Quatit volantem;* ut 3, 136.): *Oblimet inermes.*] — 371. *Instantem Phegeus;* sibi, aut omnibus. — 372. *Ad currum;* pro: currui se obie *Citatorum;* aphaeresis pro *concitatorum.* — 374. [*Pendet iugis;* pro *iugo*, ut (350.): *Ausus Pelidae pretium sibi posc currus.* — 375. *Lancea;* raro lectum, et est telum miss *Bilicem loricam; li* longa est, et accentum habet: sicut *bifil fi* producitur: quia et *fila* et *licia* dicimus. — 376. *Degu corpus;* i. e. leviter tangit, [i. e. stringit, propter exiguita sanguinis,] unde econtra de alto vulnere ait (11, 804.): *Virg umque alte bibit acta cruorem.* — 378. [*Ducto mucrone;* educto. — 379. *Procursu;* impetu: et est *procursus* una orationis.] — 387. *Saevit;* scilicet, quia non potest in procedere. [Vel, quod abstractus a bellis sit; et bene viro servat dignitatem, qui nihil molliter facit in tam aspero vu nam ideo ait: *Infracta luctatur arundine.*] — 389. *Ense lato vulnus;* [quidam *lato* ita dictum accipiunt, ut quas iubente ne scalpello aut aliquo ferramento minore, sed en hoc *lato*, quod cum maiore dolore, dummodo extracta s remittant eum quamprimum ad pugnam. Alii *lato* pro *lat* dunt, ubique tamen] animum viri fortis expressit. — 39 . *pix;* aptum nomen medico. Nam ἰᾶσθαι Graeci dicunt cu [unde ἰατρὸς dicitur medicus.] — 394. *Augurium citharam dedit;* vera lectio est *dabat.* Nam non dedit. Sane [sciend per *citharam* scientiam indicat harmoniae, [i. e. musicae. et *cithara* et *sagittae* artes sunt: *augurium* vero munus: n enim sola arte verumetiam indulta divinitate colligitur.] — 3 *Ut depositi;* i. e. desperati. Nam [apud veteres] consuetudo er ut desperati ante ianuas [suas] collocarentur, vel ut extremu spiritum redderent terrae, vel ut possent a transeuntibus for curari, qui aliquando simili laboraverant morbo. Cicero (Ver 1, 2.): *Aegram et prope depositam reipublicae partem* [*suscepiss* Statius in Theb. (Seneca Oedip. 1057.): *Ferte depositis opem.*] - 396. *Potestates herbarum;* vim, possibilitatem. Nam in herb rum cura (al. *natura*) [vis est quae δύναμις dicitur, cuius] nul ratio est, unde etiam ait, *Mutas artes*, licet alii *mutam arte* tactum venae velint; alii *mutas artes*, musicae comparatio Alii *mutas*, quia apud veteres manibus magis medicina tracta est, unde et *chirurgia* dicta, nam ipse ait: *Multa manu medi Phoebique potentibus herbis.* Ergo *mutas*, quia ubi manu r agebatur, cessabat oratio.] *Usumque medendi;* ἐμπειρικὴν scie tiam, hoc est medicinam, *in usu*, non [in] ratione constante [Nam quaedam artes usu discuntur, sicut ipsa maxima par medicina, quae ante Hippocraten muta fuit.] — 397. *Ingloriu* comparatione sagittarum, harmoniae, [i. e. musicae et] divini tis. [*Maluit;* quoniam heroicis temporibus etiam medicina val

fuerat in honore. — 398. *Acerba fremens;* pro acerbe, adverbium qualitatis in nomen derivatum. — 400. *Lacrymisque immobilis;* non suis sed illorum.] — 401. *Paeonium in morem;* medicinalem a *Paeone*. Nam Doricae linguae est *Paean:* naturale autem est *Paeon*. — 402. [*Multa;* pro multum. *Trepidat;* pro trepidanter facit. — 404. *Forcipe ferrum;* hic *forcipem* dixit, quod Graeci ἀρδιοθήραν dicunt, qua solent spicula vulneribus evelli. *Ἄρδια* enim *spicula sagittarum* appellantur, alibi *forcipem*, quod formum, i. e. calidum capiunt.] — 405. *Nulla viam fortuna regit;* nullus eventus rationem praestat. *Nihil auctor Apollo;* medicinae inventor. Nam Aesculapius (codd. *nec A. qui*) praeest medicinae, quam Apollo invenit: qui in Ovidio (Metam. 1, 521.) de se ait: *Inventum medicina meum est.* — 407. *Propiusque malum;* ex fuga scilicet Troianorum. — 408. *Stare;* plenum esse [ut alibi: *Stat pulvere coelum.* Et (E. 7, 53.): *Stant et iuniperi.* Alii *stare*, constare intelligunt, ut significet *pulvere coelum constat*, i. e. in pulverem versum est, et quasi totum ex pulvere est. Alii diutinum pulvere et continuum et significatum volunt, inumbrationemque ex eo solis, et coeli factam, i. e., non moveri coelum; sed consistere eundemque manere habitum aëris, ex continua caligine pulveris, obducto semel coelo, et quasi ab oculis intercluso. — 411. *Hic Venus;* genitrix.] *Indigno dolore;* qui fuerat natus ex vulnere indigne illato, scilicet per insidias. — 412. *Dictamum;* haec herba licet ubique nascatur, melior [tamen] in Creta est, [quae *Dicta* dicitur, unde proprium herbae nomen. Haec admota vulneri in quo ferrum est extrahit ferrum, in tantum ut animalia apud Cretam, cum fuerint vulnerata, ad hanc herbam currant, eaque depasta, tela corpore dicantur excutere: haec herba hausta, etiam venena corpore exigere dicitur.] — 413. *Puberibus caulem foliis;* hoc est adultis, sicut in quarto (514.): *Pubentes herbae;* et est reciproca inter herbas et homines translatio. Nam et pubertatem herbarum, et florem iuventutis vocamus. [*Caulem* autem, medium fruticis qui vulgo θύρσος dicitur, de hac herba in IV. (72.) ait, ubi de vulnerata cerva: *Illa fuga silvas saltusque peragrat Dictaeos.* — 415. *Gramina;* hic pro herba, nam est hoc nomine alia herba quae in immensum excrescit.] — 416. *Faciem circumdata;* a parte totum corpus accipiamus. [Et putatur sic dictum, ut (1, 658.): *Faciem mutatus et ora cupido.*] — 417. *Fusum amnem;* pro aqua. A toto partem, sicut supra (119.): *Fontemque ignemque ferebant.* — 419. *Ambrosiae succos;* *ambrosia* est cibus deorum. Nam *nectar* potant. [Alibi *Ambrosia* unguentum deorum legitur (1, 403.): *Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem.* *Ambrosia* ab immortalitate dicta; *α* enim *sine*, *βροτὸς mortalis.*] *Panaceam;* genus herbae est. Sciendum tamen, Lucretium (*Lucilium?*) panaceam ubique salem dicere: unde possumus et hoc loco salem intelligere. Nam omnem pellit dolorem. Sed melius herbam, quia ait *odoriferam.* [Alii *panaceam* medicamentum dicunt, ex compluribus herbis compositum, quod ad omne vulnus facit: hanc herbam Hercules contra vim venenorum Thessalis dicitur praestitisse. Sane nomen mire compositum.] — 422. *Quippe dolor;* quasi dolor: cuius natura haec est, ut adhibito remedio statim recedat.

Nam dolor consequens res est, non principalis: unde subla causa etiam ipse statim recedit. Hinc ait, *quippe*; nam infu aqua, inhaerens laxare coeperat telum, quod ante inferebat do lorem. — 423. [*Iamque secuta manum*; leniter tentantis secut est.] — 424. *In pristina*; in usum priorem. [Hoc est quale fuerunt pristinae: vel *novae* magnae, aut mirae. — 425. *Arm citi properate viro*; suo more ostendit festinationem. Ante i duxit loquentem quam significaret qui loqueretur. Atqui sic nos properare, festinare dicimus, ita antiqui pro *dare* dicebant Sallustius: *Soleas festinate*. — 427. *Non haec humanis opibu* potest subaudiri et arte humana.] — 429. *Maior agit deu* Apollo [scilicet] inventor medicinae, [hoc est, hoc agit maior. · 432. *Habilis lateri clypeus*; et hic expressa festinatio est. *Lo caque tergo est*; quare tergo tantum, cum totum ambiat corpu aut quia latus clypeo dixerat tectum, supererat ut *tergum* lori muniret. — 434. *Summaque per galeam*; decenter *gale* quoque tum induisse significat.] — 435. *Verumque labore* quem per me ipse suscipio : non qui ex aliorum virtute impe toribus consuevit ascribi. — 436. *Fortunam ex aliis*; suba mus *opta*. Neque enim fortuna discitur. [Quidam autem fectionem putant, et deesse volunt *pete* aut *accipe*. Alii figur volunt, pro quid fortuna sit ex aliis disce, cum et *bona* et *m* sit *fortuna*. Quid valeat dea haec ex aliis disce: vult enim telligi se adversa usum:] et est Zeugma non integrum. — [*Defensum dabit*; pro *defendet*.] *Inter praemia*; [*inter*, vet pro *ad* ponebant: i. e.] ad praemia. Cicero (Catil. 1, 4.): *te priore nocte venisse inter falcarios*, i. e. ad falcarios. — 438. *Matura adoleverit aetas*; adolescendo matura esse coep — 439. [*Sis memor*; subaudiendum *meorum factorum*. — *Antheus, Mnestheusque*, servavit τὸ πρέπον. Necesse enim ut, vulnerato duce, multi cum eo in castra remearent.] — *Miscetur*; modo confunditur: alibi perturbatur; ut (1, 191. *Miscet agens telis nemora inter frondea turbam*. — 446. *A gere Turnus*; [hic *aggere* pro] eminentia [posuit,] de via aute *aggerem* non possumus dicere, nisi [si] viae aggerem dicere vo luerimus, i. e. coacervationem, quam historici *viam militare* dicunt: ut (5, 273.): *Qualis saepe viae deprensus in* (al. ab) *aggere serpens*. [Quidam ambiguitatem volunt, utrum *ipse Tur nus in aggere*, an *venientes ex aggere*. — 448. *Prima an omnes*; ut (2, 140.): *Primus ibi ante omnes*; et *ante omne* Latinos solum audit. — 449. *Tremefacta refugit*; quaeritur, cu Iuturna cum hic acie * excedat tempestas (tremefacta), mox tame inducitur revertens.] — 450. *Atrum rapit agmen*; pulveris nub coopertum: [quidam autem *agmen* iter accipiunt; *rapit* autem festinat, ut sit, Ille campo aperto iter festinat pulveris plenum, et ipsa festinatione excitat, et ita dicunt, quoniam, si *agmen* exercitum dicit, apertus campus esse non potuit bellatorum den sitate completus.] — 451. *Abrupto sidere*; [vel immensa, vel] magna tempestate, [per *sidus* enim tempestas significatur] alibi (3, 422.): *Sorbet in abruptum fluctus*. Item (11, 259.): *Sci triste Minervae Sidus*. — 452. *It mare per medium: miseris*; Statius planius (al. *plen.*) de hoc sensu (Theb. 11, 117.): *Deflent sua damna coloni, Et tamen oppressos miserantur in aequore*

nautas. [Sane aut longe horrescunt *, *heu* autem ut solet interiectionem ex sua persona interposuit. — 453. *Dabit ille ruinas*; *dabit* pro *faciet*, Terentius (Eun. 4, 3, 11.): *Quas turbas dedit.* Et ipse (2, 482.): *Et ingentem lato dedit ore fenestram.*] *Ruet*; eruet et evertet. [Terentius (Adel. 3, 2, 21.): *Ceteros agerem, ruerem.* Nam] aliter dictum est, in II. (290.): *Ruit alto a culmine Troia.* — 456. *Talis*; taliter, simili modo. Sic paulo post: *Similis medios Iuturna per hostes.* *Rhoeteius*; Troianus a promontorio Troiae. — 457. *Densi cuneis se quisque coactis Agglomerant*; densentur, ut cuneatim dimicent, scilicet in cuneorum modum compositi, [ut hostem facilius invaderent. — 458. *Gravem*; fortem. Sallustius: *Lusitaniae gravem civitatem.* — 460. *Cadit ipse Tolumnius augur*; ut primus violator foederis poenas luat.] — 462. *Tollitur in coelum clamor*; occiso eo qui auctor disrumpendi foederis fuerat, exortus est clamor, et statim secuta fuga Rutulorum: ut: *Versique vicissim Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros.* [Et bene *vicissim*, quia Troianos in fugam versos fuisse, exinde apparet, quod supra (408.) dixit: *Subeunt equites, et spicula castris Densa cadunt mediis.* — 463. *Pulverulenta*; plena pulveris; nam apud veteres *pulverulenta* dicebantur, sicut *vinolentum* dicimus, qui vino plenus est, et *temulentum*, qui temeto plenus est. — 465. *Nec pede congressos, nec equo*; pedestris quae est pugnae quo * at (pedestres et equestres pugnas vocat) ubi inter equitem et peditem pugna est, Ut (10, 889.): *Et urgetur pugna congressus iniqua.*] *Nec tela ferentes insequitur*; i. e. nec fugientes, nec contra stantes dignatur occidere. Et magna Aeneae ostenditur pietas, qui nec vulneratus irascitur, ut velit contra legem foederis in bellum moveri. — 468. *Virago*; dicitur mulier quae virile implet officium, [i. e. mulier quae viri animum habet, has antiqui *viras* dicebant. — 471. *Undantes*; quia in motu, undarum modo flectuntur.] — 474. *Pervolat*; per magnas aedes volat. Nam more suo verbo dedit detractam nomini praepositionem. — 475. [*Nidisque loquacibus escas*; ordo est: Escasque nidis loquacibus legens.] — 476. *Vacuis*; magnis: ut (2, 528): *Vacua atria lustrat Saucius.* — 477. [*Similis*; pro similiter.] — 480. *Nec conferre manum*; cum Aenea; nam alios persequitur. *Avia*; ab ea scilicet parte, qua veniebat Aeneas. — 481. *Tortos orbes*; obliquas et implicitas vias. — 482. *Vestigatque virum*; inquirit: translatio a canibus, [qui per vestigia et pedum signa ferum indagant.] *Disiecta per agmina*; dissipata adventu Aeneae. — 485. [*Aversos retorsit*; pro retorsit et avertit.] — 486. *Heu quid agat?* omne adverbium verbo cohaeret. Unde *heu*, *en*. *at*, *atat* et similia, quia verbo cohaerere non possunt, separata fecerunt aliam partem orationis, scilicet interiectionem: quam sola Latinitas possidet; [cum Graeci sub adverbio comprehendant tales voces. Sane hoc poëta dedit rerum miserationem movens. Alii ab Aeneae persona dictum accipiunt, ut diceret: *Heu quid agam?*] — 488. *Huic*; pro *in hunc*: et est ordo: Huic dirigit. — 491. *Se collegit in arma*; ita se texit, ut nulla parte posset feriri. — 492. *Apicem tamen incita summum*; galeae eminentiam, quam Graeci *conum* vocant, in qua eminent cristae. [Potest hoc tamen nomen et de sacerdote Flamine accipi qui apice utuntur, quod in quarto ple-

nius dictum est, nam subiunxit *vertice cristae. Incita*; i. e. cu impetu veniens. — 495. *Referri*; i. e. retro ferri.] — 4 *Multa Iovem, et laesi testatur foederis aras*; [*multa* pro mı *tum*;] licet haberet iustam causam iracundiae, quod et fugieb Turnus, et ipse appetebatur insidiis; non tamen ante prorupit bellum, quam Iovis fidem et laesa foedera testaretur. — 4 [*Medios*; qui inter ipsum sequentem et fugientem Turnum me de hostibus erant. *Marte secundo Terribilis*; potest et *Ma secundo* distingui ut sequatur *Terribilis saevam* etc. potest iungi, ut sit *Marte secundo terribilis*.] — 498. *Nullo disc mine caedem Suscitat*; indiscrete obtruncat universos, quib ante pari pepercerat modo. — 499. *Irarum habenas*; pote tem, facultatem, [i. e. irae permittit saeviendi liberam pote tem]: ut (1, 63.): *Et premere, et laxas sciret dare iussus ha nas*. Et hic moderate locutus est. Nam Ennius: *Effundit i rum quadrigas*, dixit (al. En. dixit: *Irarumque effunde qua gas*.) — 500. *Quis mihi nunc tot acerba deus*; ac si dicer nec Musa nec Apollo sufficiunt. Statius (Theb. 10, 825.): *M ab Aoniis sumenda dementia* (al. *audacia*) *lucis*, *Mecum om audete deae*. — 502. *Inque vicem*; invicem. Nam *que* va [Alii *que* expletivam coniunctionem accipiunt.] — 503. *Tan placuit concurrere*; Apostropha [cum exclamatione] ad Io Sane *tanton'*, *ton'* circumflectitur. Nam cum per Apostrop Apocopen verba patiuntur, is qui in integra parte fuerat, p verat accentus, ut *tantone*, inde fit tanton', ut et (10, 6 *Tanton' me crimine dignum?* — 505. [*Aeneas Rutulum Su nem*; descriptio per alterna divisa, Solent historici * (ut scl. *Ruentes Teucros*; [modo fugientes,] quos insequebatur Sucr 506. [*Loco statuit*; stabiles reddidit, ut: *Stabilitque fugam t dantis Orestis*. *Haud multa moratum*; i. e. non diu mora quod scilicet vim Aeneae diutius sustinere non potuit. — *Excipit in latus*; figurata elocutio.] *Crudum ensem*; modo *rum*, alias *crudelem*. *Et crates pectoris*; Donatus superfl vult esse coniunctionem, et, ut sit Epexegesis, adigit ensem costas, i. e. pectoris crates, ubi celerius fata complentur. Et h est quod ait supra: *Haud multa moratus*. — 509. *Amycu fratremque Diorem*; hi duo duces sunt [etiam] supra memora ut (1, 221.): *Nunc Amyci casum gemit* [*nunc acris Orontis* Item (5, 339.): *Et nunc tertia palma Diores*. Unde ad terrore populi, eorum capita religantur in curru. — 511. *Curru* autem aut septimus est, aut dativus [casus] antiquus, secundum regu lam, ne sit maior a nominativo plurali. [*Duorum*; pro *ambo rum*.] — 514. *Moestum Onyten*; naturaliter tristem, severum [quem Graeci σκυθρωπὸν dicunt,] ἀγέλαστον, [aut imaginatus e exspirantem]; *mittit* autem, socium supra memoratis. Sane *Ony ten* Donatus dicit aut gentile esse, aut patronymicum, ut nome eius proprium sit Echionius. Sed hoc non procedit, quia nequ patronymicum in *tes* exit: neque Onytes a qua gente venia usquam lectum est. Proprium ergo est: et sequens versus erit *Nomen Echionium*: i. e. Thebana gloria, per Periphrasin. Na *Echionii* sunt Thebani a rege Echione. [Ovidius de sociis Cadm loquens, Thebarum aedificatoris, ait: *Quinque superstitibu quorum fuit unus Echion*.] Unde male quidam legunt *Nomin*

Chionium. [Alii *nomen Echionium*, hoc est genus, quemadmodum de matre *genus* dixit, accipiunt, ut ostendatur eum Echionis esse et Peridiae filium, vel ab Echione genus ducentem.] — 515. *Matrisque genus Peridiae;* periphrasis [est], hoc est filium Peridiae. — 516. *Lycia missos, et Apollinis agris*; vacat *et*. Nam per Epexegesin Lyciam, arva Apollinis dixit, ut (4, 377.): *Nunc Lyciae sortes.* [Appellat autem *Lyciam* a *Lyce* nympha, ex qua habuit Apollo filium nomine Lycadium: Missos autem, profectos, ut (6, 812.): *Missus in imperium magnum.*] — 517. *Exosum nequicquam*; sic supra (10, 419.): *Iniecere manum Parcae.* Nam per transitum ostendit, urgentibus fatis eum ad bella deductum: quae nequicquam semper vitare cupiebat. Hunc autem *Menoetem* oriundo Arcada fuisse intelligimus, sed habitasse circa Argos. Nam Lerna palus est Argivorum, in qua eum dicunt solitum fuisse piscari. Nam hoc significat: *Piscosae cui circum flumina Lernae Ars fuerat.* [Et vetuste *flumina* pro fluore dixit: neque enim *Lerna* fluvius est, et sic *flumina Lernae*, quomodo *Aventini montem*. Quaeritur sane qui primus *exosum* pro *peroso* dixerit.] — 519. *Pauperque domus; hic* et *haec pauper* dicimus. Nam *paupera* usurpat[iv]um est. Sic Plautus: *Paupera est haec mulier.* Sed hoc hodie non utimur. Ea enim nomina, quae ablativo singulari in *e* exeunt, si feminina ex se faciunt, similia faciunt: nec enim heteroclita [iterum nomina], i. e. alterius declinationis esse possunt. Ut puta, quia *ab hoc hospite* facit, *hic* et *haec hospes* dicamus necesse est. Lucanus (5, 11.): *Hospes in extremis* (Guelf. II. *externis*) *audivit curia tectis.* Nam *ab hoc leone, hic* et *haec leo: ab hoc latrone, hic* et *haec latro: ab hoc fullone, hic* et *haec fullo: ab hoc nepote, hic* et *haec nepos.* Nam ut *neptis* dicamus [in iure] propter successionis discretionem admissum est. Sciendum tamen, *hospita, paupera, leaena, lea* usurpata a poëtis [esse]. — 520. *Potentum munera*; [*munera* dicit] obsequia: [i. e. officia] quae pauperes divitibus loco munerum solvunt. [Sane *munera* atque *munia* dicimus. *Pater;* ipse pater, an pater eius?] — 522. *Arentem in silvam*; pro *aridam.* — 524. *Dant sonitum spumosi amnes;* bellum semper incendio et fluminibus comparat. Sic in secundo (304.): *In segetem veluti cum flamma furentibus austris Incidit, aut rapidus montano flumine torrens.* [*Virgulta sonantia lauro*; quaeritur, quid sit *virgulta sonantia lauro?* scilicet ipsa virgulta lauri: *sonantia* autem cum crepitu ardentia. — 525. *Non segnius ambo Aeneas Turnusque ruunt*; bene comparationibus diversis singula reddidit ad similitudinem veram quia ambos ignibus aut fluminibus comparaverat. Ergo *non segnius* ad ignem retulit, quia *segnis* quasi *sine igne* sit; *fluctuat* autem, ad amnes eum retulisse nulla dubitatio est. — 527. *Rumpuntur*; pro fatigantur, et *fluctuat* et *rumpuntur*, quia] *Nescia vinci Pectora.* Horatius (Carm. 1, 6.): *Pelidae* (R. *Pelida*, L. *Pelides*) *stomachum cedere nescit* (*nescii*). — 529. *Murranum* etc.; hoc est, cuius maiores omnes *Murrani* sunt dicti, et reges fuerunt: ut: *Per regesque actum genus omne Latinos.* Scimus enim, solere plerumque fieri, ut primi regis nomen etiam reliqui possideant, ut apud Romanos *Augusti* vocantur, apud Albanos *Sylvii*, apud Persas *Arsacidae*, apud Aegyptios

Ptolemaei, apud Athenienses *Cecropidae*. Unde superfluum, q ait Donatus, debere nos accipere interemptum esse Murran dum avos et atavos Turni commemorat, et effert laudibus m mis [per illud (638.): *Vidi oculos ante ipse meos me voce cantem Murranum.*] — 530. *Per regesque actum genus on Latinos*; Horatius (Carm. 3, 17.): *Et nepotum per memores ge omne fastos*; de Lamia. — 534. *Nec domini memorum proc cat equorum*; [i. e. equorum domini] immemorum. — 5 *Dextera* etc.; ita comparat Aenean Turno, ut cum superior esse significet. Nam quem Turnus interemit, fortitudo sua li rare non potuit: ei vero quem occidit Aeneas, ne sua quid numina prodesse potuerunt. [Terentius (Phorm. 1, 2, 24.): *D mini relinqui me deo irato meo.* Sic alibi (4, 610.): *Nec morientis Elissae.* Singuli enim deos proprios habemus gen Sane sciendum, *Cupencum* Sabinorum lingua sacerdotem voc [et ut apud Romanos *Flaminem* et *Pontificem* Sacerdotem: S autem *Cupenci* Herculis sacerdotes. Ergo quod huic prop nomen de sacerdote finxit bene dixit: *Nec dii texere sui* quidam reprehendunt Poëtam hoc loco, quod in nominum ventione deficitur. Iam enim in IX. Cretea a Turno occ induxit, ut: *Cretea musarum comitem:* Sed et apud Home et *Pylaemonem*, et *Adrastum* bis ponit et alios complures 543. *Late terram consternere*; aliud ex alio ostenditur. per hoc corporis exprimitur magnitudo. Ut (7, 275.): *Sta trecenti nitidi in praesepibus altis.* — 545. *Eversor Ach* [bene] separa[vi]t Achillem a Graecis, [ut (1, 30.): *Relli Danaûm atque immitis Achilli.*] — 546. *Mortis metae;* mors, quae *meta* est et finis. Nam *metam vitae* dicimus, mortis; [mors enim infinita est.] Sciendum tamen, ita h Homero esse translatum, qui ait (Il. ι, 416.): Τέλος θανα Hoc est finis mortis. Nam in ipsa morte finis [est.] — *Lyrnesi domus alta;* Lyrnesos civitas est Phrygiae. Unde Breseis (*Bris.*) et per transitum docet, neminem posse [fato statuta vitare; [quando enim hic crederet ibi se natum tam lo esse periturum?] — 548. *Conversae acies*; in bellum coac [vel inter se conversae.] — 552. *Pro se quisque viri*; pro q litate virium suarum: sicut in quinto (501.): *Pro se quisque vi et depromunt tela pharetris. Summa nituntur opum vi;* he stichium est Ennianum. [*Tendunt;* pro *contendunt.*] — 55 *Mentem* etc.; *mentem*, consilium: ut (1, 676.): *Qua facere possis, nostram nunc accipe mentem*; [*misit* autem pro *imm sit.*] Et *pulcherrima* perpetuum est epitheton, nec ad negotiu pertinens. Sane bona usus est oeconomia, ut diceret, instinct numinis profectum esse Aeneam ad civitatis excidium. Nam in congruum fuerat, occupatum bello per se tale cepisse consiliu — 555. *Urbique adverteret agmen;* [i. e.] contra urbem. - 558. *Acies circumtulit;* [vel exercitum suum huc atque illuc ci cumduxit, vel acies] oculorum scilicet, et bona occasione [perve nit ad id, ut Aeneas civitatem posset aspicere.] — 559. *Immu nem tanti belli;* sine officio dimicandi. [Et vult inobsessam i telligi, quasi sine periculo sit oppugnationis.] Nam *immuni* est, qui nihil praestat, quasi *sine muniis*, [hoc est, qui no facit *munia.*] *Impune quietam;* quae specialiter debuit poena

luere propter foedus abruptum. — 560. *Pugnae accendit maioris imago;* subaudis *eum.* — 563. *Nec scuta, aut spicula densi Deponunt;* ex eo quod non (Guelf. II. *nunc*) est factum, quod fieri soleat indicavit: ut supra (130.): *Defigunt telluri hastas, et scuta reclinant.* — 565. [*Nequa;* pro *nulla.*] *Esto;* sit. *Iuppiter hac stat;* pro nobis religio est, quam laeserunt Rutuli ruptis foederibus. Novimus autem, interfuisse foederi et deos alios, et Iovis imaginem sceptri praesentia redditam. — 566. *Neu quis* etc.; tertia persona est *ito,* i. e. eat: et hortatur eos, ut ita in bellum eant, quasi res fuerit ante disposita. Nam hoc dicit: Repentinum imperium nullam vobis afferat moram. Unde est [illud] paulo post: *Scalae improviso, subitusque apparuit ignis.* — 567. *Causam belli;* quia illic erat Lavinia. — 568. [*Frenum; frenum* singulari numero raro lectum est, et quidam hunc versum per figuram Graecam dictum tradunt: Ὁμολογοῦσιν μέλλειν λαβεῖν. — 569. *Eruam;* confidenter, quasi iam non bellum sit, sed expugnatio.] — 572. *Hoc caput o cives;* [sic superius Drances de Turno,] ut (11, 361.): *O Latio caput horum et causa malorum,* i. e. principium; [potuistis enim quieti esse, si Latini foedus servassent, et ad Latinos transfert crimen Turni.] — 573. *Foedusque reposcite flammis;* gravitate sermonum declamationi pondus imposuit. Nam hoc dicit: Flammas foederis urbis innovemus incendio. Nam [hic] *reposcite,* est revocate, innovate. — 575. [*Dant cuneum;* quotiens in similitudinem cunei milites disponuntur. *Densa mole;* densi cum impetu. — 576. *Improviso;* deest *ex,* ut sit *ex improviso. Apparuit ignis;* pro *apparuerunt,* et est Zeugma ut in primo (144.): *Cymothoë simul, et Triton adnixus,* pro *adnixi.* Non enim solus Triton adnitebatur.] — 577. *Discurrunt alii ad portas, primosque trucidant;* subaudis *improviso,* et haec simul pronuntianda sunt, ut simul facta videantur: quo vehementer (al. *vehemens*) vis bellica possit agnosci. [*Primosque trucidant* autem, i. e. qui primi ad portas erant obvii, scilicet stationem agentes.] — 579. *Inter primos;* inter duces, inter principes. — 581. [*Testaturque deos;* i. e. foederis.] *Haec altera foedera rumpi;* bis rumpi foedera, Italos iam fieri hostes dicit, et bis se in praelia saeva compelli. Nam varie eandem rem iterat. Bis autem foedera facta sunt, semel per Ilioneum. [Quando Latinus ait (7, 263.): *Ipse modo Aeneas, nostri si tanta cupido est, Si iungi hospitio properat, sociusque vocari, Adveniat.* Et (285.): *Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant;*] et [iterum] paulo ante propter singulare certamen. — 583. [*Trepidos inter;* hoc est, inter trepidos.] — 584. *Reserare iubent;* i. e. volunt, ut Terentius (Andr. 3, 3, 1.): *Iubeo Chremetem* [*salvere.*] — 585. *Trahunt in moenia regem;* trahere volunt. Nam voluntas (al. *motus,* Guelf. II. *vis*), animi est, non facti. *Trahunt* autem, scilicet, ut possit imminens videre discrimen. Donatus dicit *trahunt in moenia,* pro dilacerant in moenibus rumoribus suis. [Ergo *regem* de Latino dixit; *moenia* autem hic muros dixit.] — 587. *Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor;* paene omnia comparationis istius verba ad supradictum pertinent bellum. Nam ita apes inclusae sunt, ut homines qui obsidentur. Ita civitatem, timentium latebras dicimus, sicut apum sunt alvearia. Item pastor est [ut rex,]

et re vera pastor, et ductor exercituum, ut Homerus ποιμένα λαῶν. *Pumicem* [autem] iste masculino genere posuit: e sequimur. [Nam et Plautus ita dixit:] licet Catullus dixeri nino [(1.): *Arida modo pumice expolitum.*] — 588. *Fum* ro; quod elicit lacrymas. — 589. *Trepidae rerum;* nes quid agant, ignarae auxilii, [hoc est, trepidae de suis Terentius (Heaut. 2, 1, 13.): *Satagit rerum suarum.* *castra;* opportune hic *castra*, de his rebus quae nunc ag in lib. IV. Georg. (202.): *Aulasque et cerea regna.*] — 591 *odor;* nove. Nam in odore quis [est] color? Sed hoc dicit, atrae rei, fumi scil., pessimus (al. *od. at. rei, i. e. fumi odor, p.*): ut: *Fumoque implevit amaro.* — 593. [*Fessi. afflictis.*] *Etiam fortuna;* casus. Nam omnis casus in pot fortunae est. — 595. *Tectis venientem prospicit hostem;* tectis prospicit: aut contra tecta venientem. — 596. *In muros;* invadi. — 598. [*Infelix pugnae iuvenem;* quia no tabat Turnum civitatem obpugnari passurum fuisse si vivere 599. *Mentem turbata;* [figurate.] Ut (1, 229.): *Oculos su* — 600. [*Caputque;* sicut supra (572.) dictum est, *Caput* di tur qui auctor et princeps alicuius rei gestae fuisset, ut (11, *O Latio caput horum.* — 601. *Demens effata furorem;* noluit ponere, unde videtur diras significare. — 602. *Purp moritura manu;* rem quae Flaminicae competit transtul reginam. Flaminica enim venenato operiri debet: nam *amictus* dicit, opertam dicit, quae res ad pallium refertu 603. *Et nodum informis leti;* alii dicunt (al. *Fabius Pictor* quod [Amata] inedia se interemerit. Sane sciendum, quia tum fuerat in pontificalibus libris, ut qui laqueo vitam fi insepultus abiiceretur. Unde bene ait *Informis leti*, quasi tis infamissimae. [Ergo, cum nihil sit hac morte defor poëtam etiam pro reginae dignitate dixisse accipiamus. C autem Hemina ait: *Tarquinium Superbum cum cloacas pop facere coegisset, et ob hanc iniuriam multi se suspendio rent, iussisse corpora eorum cruci affigi: Tunc primum habitum est mortem sibi consciscere.* Et Varro ait: *Suspe tis quibus iusta fieri ius non sit, suspensis oscillis velut imitationem mortis parentari.* Docet ergo Virgilius secu Varronem et Cassium, quia se laqueo induerat, leto peris formi.] — 605. *Flavos Lavinia crines;* antiqua lectio (*floreos*) habuit, i. e. florulentos, pulchros: et est sermo E nus. [Probus sic adnotavit: *Neotericum erat flavos; ergo floreos, nam sequitur:* Et roseas Laniata genas. Acci Bacchidibus: *nam flori crines vide ut propexi* (al. *video et et processi*) *iacent.* In iisdem, *Et lanugo florea nunc de inrigat.* Pacuvius Antiopa: *Cervicum floreos disperdite* (*di gite*) *crines.*] — 606. *Et roseas* etc.; moris fuit apud ve ut ante rogos [regum] humanus sanguis effunderetur vel ca rum vel gladiatorum: quorum si forte copia non fuisset, la tes genas suum effundebant cruorem, ut rogis illa imag stitueretur. Tamen sciendum, cautum lege duodecim tabula ne mulieres carperent faciem, his verbis: *Mulier faciem ne pito.* — 608. *Hinc totam;* [i. e.] de domo regia. *Infelix f* rerum infelicium nuntia, [ut (3, 246.): *Infelix vates.*] —

Demittunt mentes; desperant, sicut e contra, sperantes aliquid erigunt mentes. — 610. *Coniugis attonitus fatis, urbisque ruina*; et privatis et publicis luctibus. — 611. [*Caniciem*; ex aetate pathos movit, non enim tam miserum est regem in miseriis esse, quam senem.] *Immundo pulvere*; bene *immundo* addidit. Sic in Georgicis (1, 81.): *Et cinerem immundum iactare per agros.* Quia etiam pulvis ille quo utuntur puellae, *cinis* vocatur. Unde etiam [apud Plautum de mundo mulierum et] *ciniflones* dicti sunt. Horatius (Serm. 1, 2, 98.): *Custodes, lectica, ciniflones, parasitae.* — 614. *Bellator*; epitheton peracti temporis. — 616. *Minus successu laetus equorum*; infirmitas animi ex equorum etiam tarditate veniebat: [quia minus successus habebant equi iam fatigati.] — 617. *Attulit hunc illi coecis terroribus aura*; naturale enim est, ut a qua parte ventus flat, inde [maximus] clamor audiatur. [Et mire *coecis terroribus*, quos nemo videret.] — 618. *Commixtum clamorem*; ex impugnatione et morte reginae. *Arrectas aures*; ad audiendum sollicitas. [Terentius (And. 5, 4, 30.): *Arrige aures Pamphile.* — 619. *Inlaetabile murmur*; quaeritur, quis *inlaetabile* dixerit. Ideo autem *murmur* quia ferre solent quasi praesagium *murmura*, sive *bona*, sive *mala* intelligi *. — 621. *Diversa clamor*; Hypallage diversus clamor, aut ex variis partibus civitatis.] — 622. *Amens*; egens consilii, nescius rei gerendae. [Nam *mentem* et *consilium* significare diximus ut (554.): *Mentem Aeneae Genitrix pulcherrima misit.*] — 625. *Occurrit dictis*; orationi eius verbis obviam venit. — 626. *Prima victoria*; i. e. primum. — 627. [*Sunt alii qui tecta manu*; ideo quia scit Turnum de urbe maxime esse sollicitum.] — 630. *Nec numero inferior, pugnae nec honore*; [i. e.] nec pauciores interimis, nec minor te quam Aeneam, comitabitur gloria. Nam occisorum multitudo compensat hoc, quod tu fugientes interimis. Sane sciendum, Iuturnam in hac omni oratione occurrere quaestionibus tacitis. — 632. *Prima per artem Foedera turbasti*; *prima*, aut inchoantia: aut tu *prima*. Nam post [datum augurium quo animi omnium perturbati sunt, et post] eius orationem Tolumnius tela contorsit, [*per artem* autem, per fraudem, ut initio (2, 125.): *Artificis scelus.* — 634. *Nequicquam fallis*; hoc est pro non fallis. — 636. *An fratris miseri letum*; humile est si ex persona Turni accipias. Ergo *miseri* ad animum sororis referendum est, et quod ait, *Sed quis Olympo*, intulit, *an ut videres?* subaudiendum ergo tua sponte.] — 637. *Nam quid ago?* argumentum a necessario. [*Iam* non est temporis, aut erit absurdum.] — 638. *Me voce vocantem*; atqui hoc nusquam legimus. Sed aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus, aut mortis est omen, audire [se a mortuo vocari, aut audire] quod non dicitur: videre quod minime occurrit. Sic in quarto (460.): *Hinc exaudiri gemitus et verba vocantis Visa viri.* — 639. *Superat*; vivit, ut (3, 339.): *Superatne, et vescitur aura?* — 641. *Ne nostrum dedecus Ufens Aspiceret*; [sic est hoc] ac si diceret, fortasse viveret, nisi ideo voluisset occumbere, ne nos victos videret. [Et est quale in XI. (416.): *Ille mihi ante alios, fortunatusve laborum, Egregiusque animi, qui ne quid tale videret Procubuit moriens. Infelix* autem in hoc bello contra illud (7, 745.): *Insignem fama et*

felicibus armis, et est argumentum ab honesto.] — 642. *Te potiuntur corpore et armis*; i. e. [etiam] sepultura caruit. N ut in Homero legimus, de virorum fortium cadaveribus erat i hostes grande certamen, [quod maxime apparet de cadavere trocli.] — 644. *Dextra nec Drancis dicta refellam?* i. e. v te. Nam pro rei officio ipsam rem posuit, *dextram* [scil.] virtute, [hoc est fortiter faciendo. — 645. *Turnum fugien*. ἐμφατικῶς Turnum.] — 646. *Usque adeone mori miserum*. tacitae quaestioni occurrit. [Et quidam hoc verbum repre dunt *usque adeone*, melius dici *usque adeo*. Lucilius sep *Usque adeo studio atque odio illius efferor*. Quidam sic piunt: *Usque adeone mori miserum est*, ut non quasi confi sed quasi interroget quare dea sic de illo laboret ut vivat, satius sit honeste mori quam turpiter vivere. Ergo *usque ad* ut tamen tanta turpitudo ferenda sit. *Vos o mihi manes*; per fantasiam relinquens superos, ad manes convertit o nem.] — 647. *Superis aversa voluntas*; quia ut supra (1 11, 51.) diximus, donec vivimus, curae sumus diis superis mortem ad inferos pertinemus, quibus se modo commend 648. [*Sancta ad vos anima*; quae differentia sancti sit su (11, 148.) dictum est. Hic *sancta* incorrupta accipiendum neque enim *sacro* aut *religioso*, eius anima tenebatur.] *inscia culpae*; vel fugae: quia fuga grande crimen est virum fortem. vel rupti foederis et laesae religionis: a qua dicit [esse] alienum propter futura supplicia. — 649. *Ind avorum*; Graeca figura. Nam nos, *indignus illa re*, di contra Graeci ἀνάξιος στεφάνου, i. e. indignus coronae. — [*Vectus equo spumante. Sages*; pro cum veheretur: ut (1, *Et qua vectus Abas*.] — 652. *Implorans nomine Turnu* multis rebus indicat perturbationem, quod festinans venit, per hostes, quod vulneratus, quod Turnum nomine app Nam contumelia est nomine [suo] superiorem vocare: sic in orgicis (4, 321.): *Mater Cyrene mater*: cum praemisisset (3. *Et te crudelem nomine dicit*; [sicut contra Aeolus ad Iuno ait (1, 76.): *Tuus, o regina, quid optem, Explorare labor*. 653. *Turne in te suprema salus*; omnia quae supra Iutu dixerat, oratio ista dissolvit. — 654. *Fulminat Aeneas*; ex geratio est, sic paulo post: *Horrendumque intonat armis*. *natur deiecturum arces*; quia dixerat (569.): *Et aequa solo mantia culmina ponam*. — 656. [*Iamque faces*; ut sit qu Turnus subvenire festinet.] — 657. *Mussat*; modo dubitat. [cunctatur Rex ipse in quo summa rerum est: veteres *mussat* timet. Ennius *mussare* pro *tacere* posuit, Clodius Tuscus: *M sare est ex Graeco, comprimere oculos*, Graeci μῦς (μῦσαι, μυ dicunt. — 658. *Quos generos vocet*; pro *viros*; pluraliter aut *generos*, de exercitibus, quorum duces sunt Aeneas et Turn *Aut quae sese ad foedera flectat*; aut nuptiarum foedera ut 338.): *Nec coniugis unquam Praetendi tedas, aut haec in f dera veni*: Aut propter violatum foedus, ut ideo dixerit: *q sese flectat ad foedera*, quasi nec hoc remedium supersit, c illa iam bello corrupta sint.] — 659. *Praeterea regina tui*; q occurrebat, Amatam [si Latinus dubitat, reginam] pro eius p tibus niti. [*Tui fidissima*; tui amantissima. *Dextra Occi*

ipsa *sua;* ut laquei ostenderet dedecus. — 660. *Lucemque exterrita fugit*; augmentum mali.] — 661. *Soli pro portis;* contra illud (627.): *Sunt alii qui tecta manu defendere possint.* [*Pro portis* autem, ante portas, Sallustius: *Ex Parte cohortium praecipere instructa et stationes locatae pro castris.* Bene autem cum dicit *pro portis sustentant acies*, et spem adhuc subveniendi dedit, et dicendo *Soli*, addidit etiam necessitatem. — 664. *Deserto in gramine versas;* huc atque illuc agis ut (E. 10, 68.): *Aethiopum versemus oves*; Homerus ἔστρεφον, et bene *deserto gramine*, contra illud (629): *Et nos saeva manu mittamus funera Teucris.*] — 665. *Varia confusus imagine rerum*; multiplici nuntio, [quod regina periit, quod urbs oppugnatur, quod omnes Latini in illum oculos referunt, quod dubitat Latinus quos generos vocet.] — 666. *Et obtutu*; vario stetit vultu. Et *obtutus* est proprie, [quem Graeci] πρόσωπον [i. e. vultum dicunt.] — 667. *Pudor*; propter illud: *Tu currum deserto in gramine versas.* [Vel *pudor*, quia in illum oculi referuntur.] *Insania*; quia in hostes ferebatur, [vel quia urbs oppugnabatur.] *Mixto luctu*; propter Amatae cognitam mortem. — 668. [*Amor*; quia mussat Latinus. *Conscia virtus;* quia fugere putatur qui *Currum deserto in gramine versat.*] — 669. *Discussae umbrae;* postquam mentis caligo discessit, quod sequentia indicant: ut: *Et lux reddita menti est.* — 671. *Turbidus*; plenus perturbationis. — 672. [*Ecce autem flammis;* alia persuasio ex aspectu. — 673. *Undabat vertex;* exundabat, et bene in translatione permansit, ut *verticem undare* diceret, *vertex* enim undarum dicitur (7, 31.): *Verticibus rapidis:* et (1, 117.): *Vorat aequore vertex.*] — 674. *Quam eduxerat ipse;* [scilicet] quod ei maiorem creabat dolorem. [Graviter enim dolemus si perire videamus illa quae fecimus: *Eduxerat* autem, in altum fabricando sustulerat, ut alibi (6, 630.): *Cyclopum educta caminis.*] — 675. *Subdideratque rotas*; quo posset trahi ad ea loca, quibus hostis instabat. — 676. [*Iam iam fata;* Sallustianum (Iug. 14.): *Iam iam frater animo meo carissime.* — 678. *Stat conferre manum Aeneae*; placet, ut (2, 750.): *Stat casus renovare omnes;* vel *stat;* certum est.] *Quicquid acerbum est Morte, pati;* aut quicquid in morte acerbum est placet pati: hoc est inferna supplicia, vel quae potest superbus hostis inferre, sicut de Hectore legimus [(Il. χ, 108.): Ἐμοὶ δὲ τό τ' ἂν πολὺ κέρδιον εἴη.] Aut certe positivus sit pro comparativo, placet pati, si quid etiam morte acerbius invenitur. — 680. *Furere ante furorem;* figura antiqua. Ut: *Servitutem servit, Dolet dolorem.* Et est sensus, sine me furorem bellicum ante furere, scilicet quam ad eum veniam, ut pugnam mente concipiam, [et instructus furore in bella prorumpam.] — 684. *Saxum de vertice praeceps Cum ruit*; comparatio ipsa futurum ostendit eventum. Simul notandum, quod sicut supra in praelio, ita nunc etiam in comparatione praefertur Aeneas. Nam Turnum parti comparat montis, montibus exaequat Aeneam, [et est comparatio de Homero sumpta (Il. ν, 137.): Ἀντικρὺ μεμαὼς κ. τ. λ.] — 685. *Avulsum vento*; proprie. Nam et Turnus in bellum invitus attrahitur. — 686. [*Annis solvit sublapsa*; pro multorum annorum sublapsum suum, et quidam *lapsa*, quoniam non passiva specie, sed activa

Vel certe *indigetes* [sunt dii ex hominibus facti: et dii indigetes] quasi in diis agentes. [Sane de Aenea fabula talis est: Cum, Turno occiso et accepta Lavinia, condita civitate in Numicum fluvium, ut alii volunt, sacrificans, ut alii Mezentium, ut alii Messapum fugiens cecidisset, nec eius esset cadaver inventum, Ascanius filius eius victo Mezentio cum ceteris Troianis credens et iactitans inter numina receptum, sive patrem volens consecrare templum constituit, quod *dei indigetis* appellári iussit.] — 797. *Mortalin' decuit violari vulnere divûm?* [mortali vulnere dixit;] non letali, sed aut quo mortales laborant, aut a mortali illato. [Aut *mortali vulnere*, i. e. mortem facienti: ergo non quasi Iuturna mortalis sit.] *Divûm* autem, subaudi[mu]s, *futurum.* — 798. *Quid enim sine te Iuturna valeret;* parenthesis: poterat enim excusare Iuno se, nihil fecisse commemorans. Unde eum auctorem fuisse Iuppiter dicit, prôpter illud: *Auctor ego audendi.* — 800. *Desine iam tandem;* singula pronuntianda sunt. [Dicendo autem *tandem*, odium perseverantis ostendit.] — 801. *Nec te tantus edat tacitam dolor;* scilicet desine odiis urgere Troianos. Sane *edo, edis, edit*, integrum verbum est; ut *lego, legis, legit.* Nam *edo, es, est*, esse anomalum constat. — 803. [*Ventum ad supremum est;* per infinitum modum verbi dictum.] — 804. *Troianos potuisti*; i. e., iam non potes: ideo enim praeterito usus est [tempore; et bene *potuisti*, quia ipse dixerat (1, 40.): *Atque ipsos potuit submergere ponto*, et iterum (7, 304.): *Mars perdere gentem Immanem Lapithum valuit.* — 805. *Deformare domum;* deformem reddere, per luctum.] — 807. *Summisso vultu;* habitum futurae orationis ostendit. — 808. *Quia nota mihi tua magna voluntas Iuppiter;* [hoc ideo Iuno quia] Iuppiter necessitatem obiecerat fati, dicens: *Ventum ad supremum est.* Sed Iuno sciens fatum esse quicquid Iuppiter dixerit, dicit se cedere eius voluntati. Nam id agit, ut conciliet sibi eius favorem ad petitionem futuram. — 810. [*Aëria sede;* nubem dixit, quia supra (792.) dixerat: *Fulva pugnas de nube tuentem.* Nam et hoc accusaverat Iuppiter. Ergo argumento verisimili utitur quasi dicat, non faceres solum ut spectatrix essem sed ipsam rem gererem.] — 811. *Digna indigna pati*; i. e. omnia: et proverbialiter dictum est. — 813. [*Succurrere fratri;* bene *fratri*, ne si diceret *Turno*, careret adfectu.] — 814. *Pro vita*; ac si diceret: pro re nobis data, i. e. [a] superis. [Et bene figuravit *Audere probavi.*] — 815. *Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum;* hoc loco quasi Iuturnam sagittam iecisse significat. Sed ut supra diximus, possumus accipere, quod alter, in eius gratiam in Aeneam tela contorsit: [ipsi adscribendum ergo, *Contenderet arcum.* Alii *ostenderet*, i. e. adiuvaret tendentem in Aeneam telum: non enim certus auctor vulneris fuerat.] — 816. *Adiuro Stygii caput implacabile fontis*; pro *iuro.* Nam Prothesis est. Quidam tamen volunt, *iuro* tunc dici debere, cum confirmamus aliquid, aut promittimus. Ut: *Iuro me facturum: adiuro* vero, cum negamus, ut: *Adiuro me non posse, Adiuro me non fecisse.* Terentius (Hec. 2, 2, 26.): *Adiurat se non posse apud vos Pamphilo absente perdurare*; potest tamen et *ad*, valde significare: [ut sit *adiuro*, valde iuro. *Implacabile* autem, periurantibus implacabile, et bene respondit ad illud

se istae translationes. Nam [et] ductor militum pastor vocatur, ut diximus supra (587.), et magistrum pecudum dicimus. Cicero (Verr. 5, 7.): *Quem magistrum pecoris esse dicebat* (Vos. *decebat*; al. *dicebant*). — 718. *Mussantque iuvencae*; dubitant: sicut (657.): *Mussat rex ipse Latinus.* — 719. [*Nemori imperitet*; hoc est qui sunt in nemore ut est (G. 3, 472.): *Sed tota aestiva repente.*] — 725. *Iuppiter ipse duas aequato examine lances*; aut poëtice dictum est, et ratione caret. Nam Iuppiter ignorare nihil poterat. Aut certe illud quaeritur, quis ibi de Turno et Aenea mortis afferat causam. Nam dicunt philosophi mortem ad deum minime pertinere. Nam bona tantum praestat, nec ad eum quae mala sunt pertinent. [Nam ideo et aequas lances sustinet; unde Cicero in Officiis ait: *Sed quia nocere Deos non putant, his exceptis, homines hominibus obesse plurimum arbitrantur.* Vel ideo a Iove hoc fit, ut Iunoni aliisque deis necessitatis violentiam probet: an inquirit, utrum tempus sit.] Tamen sciendum locum hunc a Virgilio ita esse translatum, ut in Homero lectus est [(Il. χ, 209.): *Καὶ τότε κ. τ. λ.*] *Examine*; *examen* proprie est filum quo trutina regitur. — 727. *Damnet labor*; liberet. [I. e., quem voto liberet labor praeliandi, parta scilicet victoria, quoniam unusquisque ob incolumitatem recuperatam votis exsolvitur, i. e. liberatur explicitis sacrificiis:] ut [est] (E. 5, 80.): *Damnabis tu quoque votis.* [Nonnulli sic tradunt: quem labor suus liberet, quem mors urgeat; nam in Iure cum dicitur, *damnas esto*, hoc est damnatus es ut des, hoc est, damno te ut des, neque alias liber eris: quidam *labor* promaluit intelliguntur * (pro militia intelligunt)]. *Vergat pondere letum*; bene *vergat*: nam morientes inferos petunt. — 730. *Trepidi Latini*; atqui laeti esse debuerunt. Sed nimia Aeneae ostenditur virtus. Namque naturale est, ut sociis timori sit inferioris audacia. Unde nunc Latini sunt territi, ex eo quod superiorem ferire ausus est Turnus. — 731. [*Acies*; aut exercitus, aut oculi.] — 734. *Ut capulum ignotum, dextramque aspexit inermem*; locus hic totus ad gloriam Aeneae pertinet. Namque id agit, ne videatur Turnus armorum vilitate superatus. Unde ei redditur gladius, quo etiam cum divinis armis ab Aenea possit extingui. [*Aspexit* autem quasi mirabundus quod fractus esset, cum putaret se gladium ferre Vulcanium] eo scil. tempore quo tempore vulneratum vidit Aeneam. [Sed supra de Turno (88.): *Simul aptat habendo Ensemque clypeumque, Ensem quem Dauno ignipotens deus ipse parenti Fecerat.* Modo ergo Metisci usus est ferro: et haec ratio est, quod quamvis armatus suo gladio descendisset ad campum, tamen causa foederis deposuisset arma, nam et de Aenea hoc dixit (311.): *Dextram tendebat inermem*, qui utique ad foedus non inermis advenerat, nam dictum est (166.): *Hinc pater Aeneas, Sidereo flagrans clypeo, et coelestibus armis.*] Sane *patrio*, modo *paterno* significat. Nam Dauni fuerat gladius: ut hic dictum est (90.): *Ensem quem Dauno*, etc. Alias *patrium* a *patria* est derivativum. [*Mucrone* autem, pro *gladio* a parte totum. — 737. *Dum trepidat*; dum turbatur, festinat, quod Graeci ἐν ἀγωνίᾳ ἐστὶ, scilicet quando rupto foedere subita spe furibundus ardet. *Ferrum*; materiam pro opere solet * (op. posuit, ut sol.) ut (5, 817.): *Iungit equos curru ge-*

[illegible] *[illegible] contorsit*; iste qu
[illegible] exoratam Iuno
[illegible] etiam Romam
[illegible] a Turno Iunonis au
[illegible], historiae usu
[illegible]. ab armis dicuntu
[illegible] oppido), ubi eum (
[illegible], dicit, se eius opera
[illegible] — 845. *Pestes*, *cognoi*
[illegible]. *[illegible]* vero, cognomine.
[illegible] ante iratam Iovem videntur
[illegible] *[illegible]* — 846. *Tarta*
[illegible] ostendat esse et terr
[illegible] in tertio (209.) dix
[illegible] potestatem esse, et in ter-
[illegible] apud inferos. Ideo autem
[illegible], et latenter oriri et i
[illegible] *[illegible]*; perpetuum
[illegible] *[illegible]*. partem noctis
[illegible] *partu*; dispositio
[illegible] esse furiis, et cum h
[illegible] prudentium opin
[illegible] quam in terris, sicut ap
[illegible] epitheton est, accommo
[illegible] *Iuppiter* semper *saevu*
[illegible] sunt ad obsequium.
[illegible] esse [illegible]atos. — 851. *Letum*
[illegible] auctorem, sed posse
[illegible] mortalibus. — 854.
[illegible] ut Iuturnae omen frate
[illegible] *[illegible], ac nervo per nubem*
[illegible] ut solet sagitta conscend
[illegible] diceret de disco iacto: *Similis*
[illegible] *[illegible]sa* autem proprie, sicut su
[illegible] — 857. *Felle veneni*; a
[illegible] certe periphrasticos dixit ver
[illegible] enim sagittas veneno oblinu
[illegible] *solo spargunt fidentia fer*
[illegible] *veneno*. — 858. *Telum i*
[illegible] vulneri mederi non possit
[illegible] celeriter, et ita celeriter,
[illegible] *Transilit umbras*; Hyperbole [es
[illegible]mitatur. Hinc ait, *Transilit u*
[illegible] *auras* legunt. — 860. *Ta*
[illegible] scilicet furiae magnitudine.
[illegible] noctuam dicit, non bubonem: na
[illegible] autem maior est. — 864. *Seru*
[illegible] ut (5, 524.): *Seraque terrifici ceci*
[illegible]: *Serum bellum in augustiis fu*
[illegible] *[illegible]erberat alis*; signa sunt ista plange
[illegible] vocis scilicet sonum. Nam utrumq
[illegible] [illegible]num et praepetum: [quod graviter pos
[illegible] Homerus inducit Calchanta [(Il. β, 315

Μήτηρ κ. τ. λ. — 870. *Crines scindit solutos;* aut solvit et scindit, aut solutos non propter fratris exitium, sed q . . . * — 872. *Quid nunc;* decenter inducit loqui coepisse.] — 873. *Durae;* immiti, quae posset fratrem cernere tot laboribus subditum. *Superat;* superest. — 874. *Monstro;* augurio ex Iovis voluntate venienti. *Obscoenae volucres;* invidiose dixit. Nam una est. — 879. *Quo vitam dedit aeternam;* quia occurrebat: Sed praestitit immortalitatem, dicit hanc *aeternam* esse causam doloris. — 882. [*Immortalis;* per indignationem dictum est: *Immortalis ego,* quam maxime scilicet c . . . . *]. — 885. *Glauco amictu;* quasi nympha propter undarum similitudinem. — 888. *Ingens arboreum;* [quidam pro ligneo accipiunt, ut ho . . . (hoc loco)] non sunt (sint) duo Epitheta, sed Aeneas ingens, telum coruscat arboreum. — 890. [*Saevis certandum cominus armis;* sed hoc ideo dicit, quia vulnere tardus magis comminus pugnare desiderat. — 891. *Tete in facies;* teipsum, et proverbialiter dictum.] *Contrahe;* collige; est autem hostilis iracundia. — 892. [*Animis;* i. e. viribus. Aut enim animo, aut corpore, aut precibus et voce possumus quicquid possumus, et hoc ideo quia septus erat undique, et non habebat effugium.] — 894. *Caput quassans;* concutiens: ut (7, 292.): *Tunc quassans caput.* — 895. *Et Iuppiter hostis;* ordo est: o ferox hostis. — 896. *Saxum circumspicit;* Homeri totus hic locus est [(Il. η, 264.): Ἀλλ' ἀναχασσάμενος κ. τ. λ. Et alibi. (Il. μ, 445.): Ἕκτωρ κ. τ. λ.] — 897. *Campo qui forte iacebat Limes agro positus;* secundum artem proprio (propiori) respondet. Sicut Sallustius (Cat. 55.): *Est locus in carcere quod Tullianum appellatur.* — 902. *Manu raptum trepida;* aut festina: aut re vera *trepida,* quia sequitur: *Sed neque currentem nec se cognoscit euntem. Torquebat;* bene imperfecto usus est tempore, quia non est perfectum quod voluit: ut: *nec spatium evasit totum, nec pertulit ictum.* — 906. [*Viri;* mire *viri* addidit quasi propter rationem eius qui languide iecerat, et ipse lapis sine effectu fuerit, ut si dixisset: talis est vir, qualem descripsi.] — 907. *Nec spatium evasit;* hic distinguendum est, ut sit, totum nec pertulit ictum: i. e. evacuatus est impetus ipsius spatio longiore. — 908. *Ac velut in somnis;* Homeri comparatio [(Il. χ, 199.): Ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ κ. τ. λ.] — 917. *Nec qua se eripiat;* totum enim Troiani clauserant. — 920. *Sortitus fortunam oculis;* hunc locum oculis ad feriendum elegit Aeneas, quem fortuna destinaverat vulneri. — 922. *Fulmine tanti;* pro tonitru, sine quo nunquam fulmen emittitur. — 923. *Atri turbini instar;* multis utitur comparationibus ad exprimendum nimium impetum: et *instar,* ut supra (2, 15.) diximus, per se plenum est, nec recipit praepositionem, licet Serenus *ad instar* dixerit, quod in idoneis non invenitur auctoribus. — 926. *Ictus;* percussus. Nam participium est, ac si diceret: Cecidit elisus. — 931. *Equidem merui;* secundum artem agit rhetoricam. Nam quotiens [ipsae] personae in invidia sunt, aliae [per insinuationem, ut Cicero ait, hominem pro homine,] his (codd. *pro his*) opponuntur (*adpon.*). Unde ita ait: Ego quidem occidi mereor, sed tu debes ignoscere parentis intuitu. *Nec deprecor;* non refuto, non recuso. — 932. *Utere sorte tua;* interfice hostem tuum. — 933. *Fuit et talis Anchises genitor;* [hic

distinguendum, ut duo dicat] ordo est: et habuisti patrem, et pater es. — 935. *Et me redde meis*; ordo est: Redde me meis. Sed ne ex aperto rem viro forti pudendam peteret, interpositione usus est dicens, Seu corpus spoliatum lumine mavis. — 936. *Victum tendere palmas Ausonii videre*; ad gloriam Aeneae pertinet, quod se Turnus cunctis praesentibus victum fatetur. — 937. *Tua est Lavinia coniux*; quae fuerat causa certaminis. — 938. *Ulterius ne tende odiis*; noli velle crudelitatem tuam ultra fata protendere, sed redde corpus sepulcro. *Acer in armis*; non tantum ad praesens refertur, sed quia semper in armis acer esse consuevit. — 940. *Cunctantem flectere sermo Coeperat*; omnis intentio ad Aeneae pertinet gloriam. Nam et ex eo quod hosti cogitat parcere, pius ostenditur: et ex eo quod eum interemit, pietatis gestat insigne. Nam Euandri intuitu Pallantis ulciscitur mortem. — 941. *Infelix balteus*; nulli domino felix. Et sic est dictum, *Infelix balteus:* sicut (3, 328.): *Lacedaemoniosque hymenaeos*. Et sciendum, balteum habuisse Turnum ad insultationem et iactantiam, non ad utilitatem. Unde est: *Atque humeris inimicum insigne gerebat*. — 945. *Monumenta doloris*; proprie, nam et monumentum ab eo quod mentem moneat dictum est. — 946. *Hausit*; vidit: ut (4, 661.): *Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus*. — 949. *Pallas immolat*; et ad suae mortis et abrupti foederis ultionem, te tanquam hostiam immolat Pallas. — 951. *Frigore*; morte: ut (6, 219.): *Corpusque lavant frigentis, et ungunt*. — 952. *Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras*; indignata, vel quia post preces veniam non meruerat: vel quia Laviniam forte sciebat Aeneae: vel quia, ut supra de Camilla diximus, discedebat a iuvene. Nam volunt physici, invitam animam discedere a corpore, cum quo adhuc habitare naturae legibus poterat. Sic Homerus (Il. π, 856.): Ψυχὴ δ' ἐκ μελέων πταμένη ἄϊδόσδε βεβήκει, Ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ' ἀδροτῆτα καὶ ἥβην.

MAURI SERVII HONORATI

GRAMMATICI

IN VIRGILII BUCOLICA

COMMENTARIUS.

Bucolica, ut ferunt, dicta a custodia boum, [i. e.] *ἀπὸ τῶν βουκόλων*. Praecipua enim sunt animalia apud rusticos boves. Huius autem carminis origo varia est. Nam alii dicunt, eo tempore, quo Xerxes, Persarum rex, invasit Graeciam, cum omnes intra muros laterent, nec possent more solito Dianae sacra persolvi: pervenisse ad montes Laconas rusticos, et in eius honorem hymnos dixisse: unde natum carmen Bucolicum aetas posterior elimavit. Alii dicunt, Orestem cum Dianae Fascelitidis simulacrum raptum ex Scythia adveheret, et ad Siciliam esset tempestate delatus, completo anno Dianae festum celebrasse hymnis, collectis nautis suis, et aliquibus pastoribus convocatis: et exinde permansisse apud rusticos (hanc) consuetudinem. Alii non Dianae, sed Apollini Nomio consecratum carmen hoc volunt, quo tempore Admeti regis pavit armenta. Alii rusticis numinibus a pastoribus dicatum hoc asserunt carmen, ut Pani, Faunis, Nymphis ac Satyris; et hic est huius carminis titulus. Qualitas autem haec est: scilicet humilis character. Tres enim sunt [characteres] humilis, medius, grandiloquus: quos omnes in hoc invenimus poeta. Nam in Aeneide grandiloquum habet: in Georgicis medium: in Bucolicis humilem, pro qualitate negotiorum, et personarum. Nam personae hic rusticae sunt, simplicitate gaudentes: a quibus nihil altum debet requiri. Adhibetur autem id carmen bucolicum, quod debet quarto pede terminare partem orationis. Qui pes si sit dactylus, meliorem efficit versum: ut: *Nos patriae fines, et dulcia.* Primus etiam pes secundum

Donatum dactylus esse debet, et terminare partem orationis: [illegible] *Tityre.* Quam legem Theocritus vehementer observat, Virgil[illegible] non adeo. Ille enim in paucis versibus ab ista ratione devia[illegible] Hic eam in paucis secutus est. Terentianus cum de hoc me[illegible] diceret: *Plurimus hoc pollet Siculae telluris alumnus, No*[illegible] *rarus eo pastor Maro*; intentio poëtae haec est, ut imit[illegible] Theocritum Syracusanum, meliorem Moscho, et ceteris, [illegible] Bucolica scripserunt. Unde est: *Prima Syracosio dignata* [illegible] *ludere versu Nostra.* Et aliquibus locis per allegoriam agit [illegible] tias Augusto, vel aliis nobilibus, quorum favore amissum ag[illegible] recepit; in qua re tantum dissentit a Theocrito. Ille enim [illegible] que simplex est: hic necessitate compulsus aliquibus locis m[illegible] figuras, quas perite plerumque etiam ex Theocriti versibus f[illegible] quos ab illo dictos constat esse simpliciter. Hoc autem fit p[illegible] ca urbanitate. Sic Iuvenalis, 1) *Actoris Aurunci spolium.* [illegible] Virgilii versum de hasta dictum figurate ad spolium trans[illegible] Et causa scribendorum bucolicorum haec est: Cum, post [illegible] sum 2) III. Iduum Martiarum die in senatu Caesarem, Au[illegible] eius filius contra percussores patris et Antonium civilia bella [illegible] visset, victoria potitus, Cremonensium agros, qui contra [illegible] senserant. militibus suis dedit: qui cum non sufficerent, [illegible] Mantuanorum iussit distribui, non propter culpam, sed pr[illegible] vicinitatem. Unde est: *Mantua vae miserae nimium v*[illegible] *Cremonae.* Perdito ergo agro Virgilius Romam venit. et p[illegible] tium favore meruit, ut agrum suum solus reciperet. Ad [illegible] accipiendum profectus, ab Arrio centurione, qui eum te[illegible] paene est interemtus, nisi se praecipitasset in Mincium. [illegible] est allegorice: *Ipse aries etiam nunc vellera siccat.* Post[illegible] Augusto, missis triumviris, et ipsi integer ager est reddit[illegible] Mantuanis pro parte. Hinc est, quod, cum in prima E[illegible] legimus, eum recepisse agrum, postea eum querelantem in[illegible] mus: ut: *Audieras, et fama fuit: sed carmina tantum No*[illegible] *valent, Lycida, tela inter Martia, quantum Chaonias di*[illegible] *aquila veniente columbas.* Nec numerus hic dubius est, [illegible] ordo librorum, quippe cum unus sit liber; de eclogis m[illegible] dubitant: quae licet decem sint, incertum tamen est, quo ordi[illegible] scriptae sint. Plerique duas certas volunt ipsius testimonio: ul[illegible] mam, ut: *Extremum hunc:* multi et primam, ut in Georgi[illegible] *Tityre te patule cecini sub tegmine fagi.* Alii primam illam volu[illegible] *Prima Syracosio dignata est ludere versu.* Sane sciendum, V[illegible] eclogas esse meras rusticas: quas Theocritus X. habet; hic [illegible] tribus a bucolico carmine, sed cum excusatione discessit, ut [illegible] genethliaco Salonini, et in Sileni theologia: vel ut ex insert[illegible] altioribus rebus posset placere: vel quia tot varietates impl[illegible] non poterat. Poëtae vitam in Aeneide diximus. Operis expl[illegible] tio, in sequentibus comprobabitur. Sane sciendum Virgili[illegible] XX et VIII. annorum scripsisse Bucolica. Unde etiam ipse in fin[illegible]

1) Vos. *Auctoris.* L. Calph. *Arunci.* V. Iuven. 2, 100.

2) Delendum hunc numerum, natum ex litera ultima *m* vocis praecedentis auspica[illegible] tur recte Duker. Nam et ad Georg. 1, 466. pridie idus Martias, i. e. ant[illegible] caedis diem, solem defecisse narrat; quod tamen non refert Sueton. inter prodigia. *Burm.* Calph. hab.: III. *Idus martias in s.* Guelf. I. *Cum post occisum Iulium tercio Kalendas Martias die in senatu. Cesar Augustus eius f.*

Georgicorum: *Audaxque iuventa, Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi.* Et dicit Donatus, quod etiam in poëtae memoravimus vita, in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum esse Virgilium. Primo enim pastoralis fuit in montibus vita, post agriculturae amor, inde bellorum cura successit. Notandum quoque, Bucolica vel Georgica cum apud Graecos in fine habeant accentum, apud nos in tertia a fine habere. Nam ut in ultima sit, latinitas vetat: ut in penultima non sit, brevitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum, et personas huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere conficta, ut *Meliboeus:* ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν, i. e. quia curam gerit boum: ut *Tityrus.* Nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior qui gregem anteire consuevit: sicut etiam in comoediis invenitur. Nam *Pamphilus* est totum amans: *Glycerium*, quasi dulcis mulier. *Philumena*, amabilis. Personae, sicut supra dixi, rusticae sunt, et simplicitate gaudentes. Unde nihil in his urbanum, nihil declamatorium invenitur: sed ex re rustica sunt nomina, negotia, comparationes, et si qua sunt alia. Hinc est, quod annos a fructibus computat, ut: *Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.* Hinc etiam illae comparationes sunt: *Nam neque me tantum venientis sibilus austri, Nec percussa iuvant fluctu tam litora, nec quae Saxosas inter decurrunt flumina valles.*

ECLOGA I. 1. *Tityre tu patulae* etc.; inducitur pastor quidam iacens sub arbore securus et otiosus dare operam cantilenae: alter vero qui cum gregibus ex suis pellitur finibus: qui cum Tityrum respexisset iacentem, ita locutus est. Et hoc loco sub persona Tityri Virgilium debemus intelligere; non tamen ubique, sed tantum ubi exigit ratio; [sub Meliboei plebs Mantuana, vel Cornelius Gallus.] Quod autem eum *sub fago* dicit *iacere*, allegoria est honestissima; quasi sub arbore glandifera, quae victus causa [fuit]. Antea enim homines glandibus vescebantur. Unde etiam fagus dicta est ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, [i. e. a manducando.] Et hoc videtur dicere: Iaces sub umbra fagi in agris tuis, tuas retentans possessiones, quibus aleris: sicut (etiam) glandibus (alebantur) ante mortales. A lite, o Virgili, sub protectione Augusti securus quiescis. *Patulae; patulum* dicitur quod patet naturaliter, ut nares, arbor, crux; patens vero est, quod et aperitur et clauditur, ut ostium, oculi. — 2. *Silvestrem musam;* i. e. rusticum carmen. *Tenui avena;* culmo, stipula: unde rustici (plerumque) cantare consueverunt. Alibi (E. 3, 27.): *Stridenti miserum stipula disperdere carmen.* Dicendo autem *tenui avena*, humilis stili genus (humilis) latenter ostendit: quo (ut supra dictum est) in bucolicis utitur. *Meditaris;* [cantas, quasi *melitaris*, *d* pro *l* posita;] quod Graeci μελετῶ dicunt, per ἀντίστοιχον *meditor* dixerunt Latini: *l* et *d* enim interdum sibi invicem cedunt; unde et *sella* pro *seda* dicitur a *sedendo.* — 3. [*Nos patriae fines linquimus;* non voluntate, sed vi Caesaris et militum eius compulsi, victo Antonio. *Et dulcia arva;* unicuique propria terra dulcis sibi videtur, nec enim omnis res delectationem habens dulcis appellatur. Allegorice voce utitur Mantuanorum, qui suis possessionibus expellebantur.] — 4. *Nos patriam*

Donatum dactylus esse debet, et terminare partem orationis: ut: *Tityre.* Quam legem Theocritus vehementer observat, Virgilius non adeo. Ille enim in paucis versibus ab ista ratione deviavit. Hic eam in paucis secutus est. Terentianus cum de hoc metro diceret: *Plurimus hoc pollet Siculae telluris alumnus, Noster rarus eo pastor Maro*; intentio poëtae haec est, ut imitetur Theocritum Syracusanum, meliorem Moscho, et ceteris, qui Bucolica scripserunt. Unde est: *Prima Syracosio dignata est ludere versu Nostra.* Et aliquibus locis per allegoriam agit gratias Augusto, vel aliis nobilibus, quorum favore amissum agrum recepit; in qua re tantum dissentit a Theocrito. Ille enim ubique simplex est: hic necessitate compulsus aliquibus locis miscet figuras, quas perite plerumque etiam ex Theocriti versibus facit: quos ab illo dictos constat esse simpliciter. Hoc autem fit poëtica urbanitate. Sic Iuvenalis, 1) *Actoris Aurunci spolium.* Nam Virgilii versum de hasta dictum figurate ad spolium transtulit. Et causa scribendorum bucolicorum haec est: Cum, post occisum 2) III. Iduum Martiarum die in senatu Caesarem, Augustus eius filius contra percussores patris et Antonium civilia bella movisset, victoria potitus, Cremonensium agros, qui contra eum senserant, militibus suis dedit: qui cum non sufficerent, etiam Mantuanorum iussit distribui, non propter culpam, sed propter vicinitatem. Unde est: *Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae.* Perdito ergo agro Virgilius Romam venit, et potentium favore meruit, ut agrum suum solus reciperet. Ad quem accipiendum profectus, ab Arrio centurione, qui eum tenebat, paene est interemtus, nisi se praecipitasset in Mincium. Unde est allegorice: *Ipse aries etiam nunc vellera siccat.* Postea ab Augusto, missis triumviris, et ipsi integer ager est redditus, et Mantuanis pro parte. Hinc est, quod, cum in prima Ecloga legimus, eum recepisse agrum, postea eum querelantem invenimus: ut: *Audieras, et fama fuit: sed carmina tantum Nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum Chaonias dicunt aquila veniente columbas.* Nec numerus hic dubius est, nec ordo librorum, quippe cum unus sit liber; de eclogis multi dubitant: quae licet decem sint, incertum tamen est, quo ordine scriptae sint. Plerique duas certas volunt ipsius testimonio: ultimam, ut: *Extremum hunc:* multi et primam, ut in Georgicis: *Tityre te patule cecini sub tegmine fagi.* Alii primam illam volunt: *Prima Syracosio dignata est ludere versu.* Sane sciendum, VII. eclogas esse meras rusticas: quas Theocritus X. habet; hic in tribus a bucolico carmine, sed cum excusatione discessit, ut in genethliaco Salonini, et in Sileni theologia: vel ut ex insertis altioribus rebus posset placere: vel quia tot varietates implere non poterat. Poëtae vitam in Aeneide diximus. Operis explanatio, in sequentibus comprobabitur. Sane sciendum Virgilium XX et VIII. annorum scripsisse Bucolica. Unde etiam ipse in fine

1) Vos. *Auctoris.* L. Calph. *Arunci.* V. Iuven. 2, 100.

2) Delendum hunc numerum, natum ex litera ultima *m* vocis praecedentis suspicatur recte Duker. Nam et ad Georg. 1, 466. pridie idus Martias, i. e. ante caedis diem, solem defecisse narrat; quod tamen non refert Sueton. inter prodigia. *Burm.* Calph. hab.: III. *Idus martias in s.* Guelf. I. *Cum post occisum Iulium tercio Kalendas Martias die in senatu. Cesar Augustus eius f.*

est *enixa* [i. e. partu soluta,] nam hiatus causa, mutavit praepositionem: sicut (A. 1, 562.): *Secludite curas* pro *excludite.* — 16. *Laeva;* stulta, contraria. Et sensus hic est: perdituros nos quandoque agros, manifesto praedicebant signa! sed nos mentis imprudentia cognoscere nequivimus. — 17. *De coelo tactas memini praedicere quercus;* mire compositum augurium. Nam quercus in tutela Iovis est: et huius arboris fructu olim homines vescebantur. [Per *quercus* ergo, agri: per *fulmen*, ira Iovis: per *iram Iovis*, ira Caesaris: per *damnum arborum*, damnum agrorum figurabatur.] Haec quercus ergo tacta, i. e. afflata, leviter fulminata: ut Cicero (Catil. 3, 8.): *Tactus est* (Guelf. I. II. L. R. V. Vos. *etiam* pro *est*) *ille, qui hanc urbem condidit, Romulus;* significabat, motu imperatoris posse agros eorum perire, apud quos fulminatae sunt arbores; nam agri causa victus sunt, sicut olim quercus. Quod autem ait *tactas*, ostendit, temporale fore damnum, quale patiuntur arbores leviter fulminatae. Et bene *praedicere*, quasi [prae]loqui et praedivinare: cum ita manifestum esse constet augurium. — 19. *Da;* i. e. dic. Sic econtra: *Accipe nunc Danaum insidias*, i. e. audi. — 20. *Urbem quam dicunt Romam;* quaeritur, cur de Caesare interrogatus Romam describat? et aut simplicitate utitur rustica, ut ordinem narrationis plenum non teneat: sed per longas ambages ad interrogata descendat. Aut certe, quia nullus, qui continetur, est sine ea re, quae continet, nec potest ulla persona esse sine loco; unde necesse habuit interrogatus de Caesare, locum describere, in quo eum viderat. Est autem longum Hyperbaton: *Urbem quam dicunt Romam. Hic illum vidi iuvenem Meliboee.* [Roma ante Romulum fuit, et ab ea Romulus nomen acquisivit. *Sed de flava et candida Roma Aesculapius Ilia novum nomen Latio facit, tantum conditricis nomine omnes Romani vocantur:* Marinus Lupercorum poëta dixit.] — 21. *Stultus ego;* i. e. rusticus qui nescio iudicare. *Nostrae*; (autem) Mantuae. *Quo;* i. e., ad quam. Nam adverbium posuit pro nomine: ut (A. 2, 6.): *Genus unde Latinum*, i. e. a quo. — 22. *Ovium teneros;* periphrasis agnorum. *Depellere*; [i. e. a lacte removere.] — 23. *Sic canibus catulos similes*; vult urbem Romam non tantum magnitudine, sed etiam genere differre a ceteris civitatibus: et esse velut quendam alterum mundum, aut quoddam caelum, in quo Deum Caesarem vidit. Qui enim comparat cani catulum, vel hoedum capellae, magnitudinis facit, non generis differen-

17) Pro *motu* cum Ryck. Burm. coni. *nutu.* Fulmen et alia *nutui* Iovis adscribi solere. cf. Cic. N. D. 2, 2. Dein post *quercus* cod. C. add.: Et quia Iovi consecrata est haec arbor, fructus eius *iuglandes*, quasi Iovis glandes dicuntur. cf. ad Ecl. 8, 30. In fine post *augurium* idem cod. add.: aliter: arbores fulminatae potentes sunt et rebelles, fulmine i. e. ira imperatoris exstincti, quorum exemplo poteramus ante terreri, nisi mens laeva, i. e. aversa, fuisset.

20) Vv. *Roma ante R. - - dixit* om. Guelf. I. II. B. L. V. R. Vos. In cod. C. erat: Hic dicit pro illic, praesens adverbium pro absenti. Roma autem ante Romulum fuit et ab ea sibi Romulus nomen acquisivit, sed de flava et candida Aesculapii filia nomen Latio fecit, ut Marinus etc. Burm. Marini versus ita edidit: Sed Dea flava et candida, Roma, Aesculapii filia, novum nomen Latio facit. Hanc conditricis nomine omnes Romam vocant. cf. Philargyr. ad h. l. Rutgers. VV. LL. 1, c. ult. et Salm. Exercitt. Plin. p. 6. Barth. Advers. 20, 2 et 25. c. ult. Scalig. ad Manil. 4, 775.

tiam. Qui autem dicit: leo maior est cane: et generis facit et magnitudinis differentiam: sicut nunc de urbe Roma fecit. Putabam, inquit, ante ita Romam comparandam esse aliis civitatibus, ut solet hoedus caprae comparari; nam quamvis maior esset, tamen eam civitatem esse dicebam; nunc vero probavi eam etiam genere distare: nam est sedes deorum. Hoc autem eum dicere, ille comprobat versus: *quantum lenta solent inter viburna cupressi.* Nam *viburnum* [virgultum] brevissimum est, [semper virens, et forma et genere a cupresso remota. Nam] Cupressus (vero) arbor est maxima. Hoc autem genus argumentationis et apud Aristotelem lectum est, et apud Ciceronem. *Componere;* comparare. — 27. *Et quae tanta fuit*; quae tanta: ad magnum enim aliquid nimia necessitas venire compellit. Unde quasi miratur, hominem rusticum Romam videre potuisse. — 28. *Libertas;* amor libertatis. Etenim aliter dicit servus: libertatem cupio: aliter ingenuus. Ille enim carere vult servitute; hic habere liberam vitam, pro suo scilicet arbitrio agere: sicut nunc Virgilius sub persona Tityri dicit, se amore libertatis Romam venire compulsum: et item latenter carpit [ea] tempora, quibus libertas non nisi in urbe Roma erat. Aut certe simpliciter intelligamus hoc loco Tityrum sicut pastorem locutum. Nam ubique eum Theocritus mercenarium inducit. Itemque Virgilius (E. 9, 23.): *Tityre dum redeo (brevis est via) pasce capellas. Respexit inertem*; desidem, sese non requirentem. Nam culpat suam inertiam, quod non ante Romam ierit, et sit usus puer libertate, qua uti coepit provectioris aetatis. — 29. *Candidior postquam tondenti barbà cadebat*; aut mutatio personae est, ut quendam [senem] rusticum accipiamus loquentem, non Virgilium, per allegoriam. Nam ut diximus, XXVIII. annorum scripsit bucolica: aut certe est mutanda distinctio: ut sit non barba candidior, sed libertas. Nam XXVIII. annorum barbam potest quivis mittere: sed non canam. Et bene candidior libertas: ut intelligamus, etiam ante in libertate, sed non tali, fuisse Virgilium. — 30. *Et longo post tempore venit*; *postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.* Iungendum est hoc totum. Nam duplici ratione tempus ostendit, quo eum libertas aspexerit: i. e., quando coepit secare barbam, et relicta Galatea Amaryllidis amore detineri. Allegorice autem hoc dicit: Postquam relicta Mantua Romam me contuli. Nam Galateam, Mantuam vult esse: Romam, Amaryllida. Et bene tempora, quasi rusticus, computat a barbae sectione. *Longo post tempore*; aut ἀρχαϊσμὸς est. Antiqui enim, *post*, *ante*, *circum*, etiam ablativo iungebant: quod hodie facere minime possumus: Aut *longo post*, una pars orationis est, ut sit sensus: Venit tempore longo-post: sicut *multo-minus*, *multo-magis*, *post-modo*. Horatius: *Postmodo, quod mi obsit clare, multumque locuto.* Et *longo post*, ut postposita videatur esse praepositio, et in unitatem coacta. — 32. *Fatebor enim;* hoc per parenthesin dictum est. — 33. *Nec spes libertatis erat, nec cura peculi;* nec sperare poteram libertatem in oppressa civitate, nec habere curam patrimonii. *Peculi* autem

30) V Horat. Sat. 2, 6, 27. In versu Hor. *mihi* pro *mi* hab. V. R. Vos.; *locutum* V.

aut antique dixit, quia omne patrimonium apud maiores peculium dicebatur, a pecoribus, in quibus eorum constabat universa substantia: unde etiam *pecunia* dicta est a *peculio*; aut certe [et] hoc ad morsum temporum pertinet. Nam modo *servi* tantum *peculium* dicimus: ut invidiose patrimonium suum dixerit peculium, ac si servus esset: quia se diu apud Mantuam servisse memoravit. Sane *pecūli*, pro *peculii*, per synaeresin dictum est. — 34. *Exiret victima septis*; *septa* proprie sunt loca in campo Martio inclusa tabulatis; in quibus stans Populus Romanus suffragia ferre consueverat. Sed quoniam haec septa, similia sunt ovilibus, duo haec invicem pro se ponuntur: ut hoc loco *septa* pro ovilibus posuit. Item Lucanus econtra: *Et miserae maculavit ovilia Romae.* Iuvenalis: *Antiquo quae proxima surgit ovili.* Sane *pinguis* melius ad victimam, quam ad caseum refertur. — 35. *Ingratae urbi*; quia cum alimenta civitatibus praestentur ex rusticorum labore, [et] in his rustici et[iam] deridentur a civibus, et multa perdunt, et advectarum rerum pretia iniqua suscipiunt. — 37. *Amarylli*; vocativus Graecus est, qui brevis est, quotienscunque nominativus [in] *is* terminatur: ut Amaryllis, Pieris. [Ita] Horatius (Carm. 4, 3, 18.): *Dulcem quae strepitum Pieri temperas.* — 38. [*Cui*; i. e. in cuius honorem.] *Sua poma*; i. e. ipsius arboris poma propria. *Quid vocares*; hoc Virgilii personae convenit. *Moesta Amarylli*; quae nemine laetabare poëta. *Cui pendere*; i. e. tibi: [quia] laudari a te non meruerunt. — 39. *Tityrus*; Virgilius. *Pinus*; Roma [vel Caesar.] — 40. *Fontes*; poëtae vel Senatores. *Arbusta*; fructeta scholastici vocabant. — 41. *Servitio*; ab servitio. Servitium est conditionis indicium. *Licebat*; i. e. nec deesse [servitutis] officio poteram. — 43. *Iuvenem*; Caesarem dicit Octavianum Augustum. Decreverat enim Senatus, ne quis eum puerum diceret, ne maiestas tanti imperii minueretur. — 44. *Dies*; i. e. principia mensium: vel Idus omnium mensium. *Fumant*, i. e., sacrificant. — 45. *Responsum primus dedit*; i. e. permisit libere vivere. *Primus*; i. e. ante quem nullus sit. — 46. *Pascite*; i. e., ut ante eratis, [o] pueri, sic et modo pascite [in pace. *Submittite tauros*; i. e., exercete terram et subolem.] — 47. *Fortunate senex*; [hoc] non ad aetatem Virgilii refert, sed ad fortunatum futurum praesago usus est verbo. [Nam apud Philosophos *senes* dicuntur, qui spem futuri temporis habent in victu.] — 48. *Et tibi magna satis*; ordo est: Magna satis pascua, [subauditur *erunt*.] *Quamvis lapis*; i. e. quamvis mons sit et lacus. Nam a monte usque ad lacum, et inde usque ad arborem quandam, fuerat Arrio donata possessio. — 49. *Palus*; i. e. aequor. *Obducat*; tegat. *Iunco*; foeno. *Limoso*; fluvio Mincio. — 50. *Graves*; [fetas:] accusativus pluralis, quasi *graves*, i. e. gravidas: scilicet non enixas. — 51. *Contagia laedent*; morbi vel pestilentiae corrumpent. Unde contingit, ut, una aliquo morbo moriente, omnes

34) Ger. Vos. malebat *improprie* pro *proprie*. In v. Lucan. 2, 197. al. (Dan. Lem.) *misere*. Iuven. 6, 529.

48) Ita Burm.; Cod. V. *f. terra donata* (s. *dona*) *sua* (s. *tua*) *possessio*; R. *Arrio donata tua p.* Guelf. I. *f. terra donata tuae possessioni.* Guelf. II. *f. ei terra data.*

idem morbus corruptas interimat. Dicit ergo, quod nec insolita pascua tentaturae sunt pecudes: nec ex alicuius infirmitate corrumpendae. — 52. *Hic inter flumina*; [inter] Padum et Mincium, [ubi nutritus es vel cognitus. *Nota*; cara.] — 53. *Fontes sacros*; quod omnibus aquis Nymphae sunt praesidentes. [*Frigus opacum*; pro aestivo tempore, quoniam sub umbra fit frigus. *Opacum*; i. e. auras prosperas. vel pro nemore. *Opacum* autem, utrum pro *opacis locis*, incertum est: an pro *valde frigidum*. Nam unum frigus est hieme: alterum quo refrigeramur aestate. — 54. *Ab limite*; limes est agri terminus. *Sepes*; subaudi fiat. — 55. *Hyblaeis*; [Hybla, vel] Hyble, oppidum est Siciliae, quod nunc Magara dicitur: vel locus in Attica, ubi optimum mel nascitur: [et posuit speciem pro genere.] *Depasta florem*; [depastum florem habens. Hypallage.] *Salicti*; virgulti genus, [dictum] eo quod salit et surgit cito. — 56. *Levi susurro*; [dulci murmure.] Hic vocat rusticum ad dulcia, quae sunt in rebus, quibus delectatur. *Somnum inire*; i. e. dormire, [vel carpere.] — 57. *Frondator*; i. e., rusticus: vel quod animal frondibus vescitur. Nam tria genera sunt frondatorum. Frondator, qui arbores amputat, et qui frondibus manipulos facit, hiemis tempore animalibus ad pastum offerendos, et qui manibus vitium folia avellit, quo ardor solis uvam maturiorem reddat, [aut avis, quae in frondibus habitat, et his vescitur. Vel etiam palumbes, quae in frondibus nidificant.] *Ad auras*; i. e. in die. — 58. *Raucae*; *βραγχώδεις*. *Palumbes*; columbae, quas vulgus *tetas* vocat: et non dicuntur Latine: sed multorum auctoritas Latinum facit. Cicero in Elegeia, quae *Talemastis* inscribitur: *Iam mare Tyrrhenum longe*, *penitusque palumbes Relliquit.* — 59. *Gemere*; canere: proprie [tamen dicitur] de turture. *Turtur*; declinatur et masculino et feminino genere: ut [hic]: *Aëria turtur cessabit.* Et Plautus [in Mostel.]: *Tu tibi istos habeas turtures.* *Ab ulmo*; ulmus, lignum est sub quo vinea fit. — 60. *In aethere cervi*; i. e. avium more ante cervi volabunt, et pisces sine aqua vivent: hoc est, ante rerum natura mutabitur, quam nos Caesarem poterimus oblivisci. — 61. *Freta*; maria, [a fervore dicta.] *Destituent*; i. e. derelinquent. — 62. *Pererratis*; [lustratis, vel] errore confusis. *Amborum*; dicit Germanos et Persas. *Exul*; [Parthus et Germanus.] Quod, duce Caesare Germanis et Persis victis, milites Ararim Germaniae

55) R. *Hybera vel H. quae postea Magara oppid. Sicil.* Vos. *Hibira i. e. quae postea Mag. op. Sic.* V. *quod postea.* Burm. *Hybla v. H., op. est S., quae postea Megara.* Deinceps Barth. ad Stat. Achil. p. 1692. legit: *ut Hymettus in Attica* pro *vel loc. in A.* In fine post *cito* al. add.: *Salictum, ubi sunt multi salices.*

57) Guelf. I. II. V. R. Vos. *vel quod de floribus nascitur.*

58) V. *Cic. in ergia q. Talea Masta.* In edd. Cic. vocatur *Tamilastis*, *Tamelastis.* Heins. *Thalia moesta.* Vossius: *Ἰαλεμάστης*, ut ab ialemo nomen haberet carmen lugubre, de quo v. Heins. ad Ovid. Amor. 3, 9, 23. Ursin. *Talemasta* codd. habere dicit. R. Vos. *in egia quae taliamastas* (s. *masta*) *scribitur.* Guelf. I. *in eia que thalumasta scribitur.* Guelf. II. *inegia quia talia mastas scr.*

59) Plaut. Mostell. 1, 1, 44. V. *Tu tibi onustos.* al. *istas.* R. Vos. *tibi obustos.* Guelf. I. *t' obiustos.* Guelf. II. *Tibi obiustos.*

flumen biberunt. — 63. *Ararim*; Arar fluvius Galliae, fluens in flumen Rhodanum, [quem Germaniae tribuit, vel propter vicinitatem regionum, quae Rheno tantum disterminantur; vel ad demonstrandam simplicitatem rusticam, cui hoc carmen tribuitur, quae facile inscientia locorum fallitur.] *Tigris*: Armeniae fluvius influens in Persicum sinum. Itaque [per Tigrim et Ararim] vult diversa inter se loca significare. Dicit [enim], prius Parthum ex Arare bibiturum, [et] Germanum ex Tigride, quam sibi oblivionem futuram non divisi agri, Caesaris beneficio. — 64. *Illius*; i. e. [Augusti] Caesaris. *Labatur*, respuatur, vel oblivioni tradatur. — 65. *Sitientes ibimus Afros*; tropus Synecdoche: ab Afris enim Libyam, quae aqua indiget, intelligi vult. [Est enim calidissima regio et paene inhabitabilis.] — 66. *Scythiam*; regio septentrionalis est [frigidissima.] *Et rapidum cretae veniemus Oaxem*; hoc est lutulentum: quod rapit cretam. Cretam terram albam dixit. Nam Oaxis fluvius est Mesopotamiae: qui velocitate sua rapiens albam terram, turbulentus efficitur. Vel Oaxis, fluvius Scythiae; in Creta insula non est: sed aqua cretei coloris est. Oaxem Philisthenes ait Apollinis et Anthilenae filium: hunc Oaxem, in Creta oppidum condidisse, quod suo nomine nominavit, ut Varro ait: *Quos magno Anchiale partus adducta dolore, Et geminis capiens Tellurem Oeaxida palmis Scindere dicta.* — 67. *Penitus*; i. e. omnino. *Divisos*; quia olim iuncta fuit orbi terrarum Britannia. Est enim insula seposita in Oceano septemtrionali: et a poëtis alter orbis terrarum dicitur. — 68. *En*; ecce. *Unquam*; aliquando. *En unquam*, Virgilius alio loco dividit interpositione: ut infra in ipso libro (8, 7.): *En erit unquam ille dies?* [quod significat unquamne, i. e. aliquando?] — 69. *Cespite*; i. e. terra cum propria herba evulsa. [*Culmen*; eo quod culmo. i. e. stipula tegitur. Hic prisca rusticanorum aetas habitabat: ideo culmina dicta sunt tecta: quia veteres aedificia de culmo contegebant, i. e. paleis e messibus.] *Tuguri*; a tegendo dictum. — 70. *Post aliquot aristas*; post multa tempora, et quasi rusticus per aristas numerat annos. *Mea regna*; i. e. ubi dominatus sum. Vel senem se dicit agros suos recepturum. *Aristas*; [gradatim dictum, ex tropo metalepsi: ut per aristas, messes: per messes, aestates: per aestates annos numeret.] — 71. *Impius miles*; [proprium militis epitheton.] Iratus Meliboeus militem dicit impium, seu quod agrum suum teneat: seu quod civile gesserit bellum, qui pro Antonio arma portavit, qui bella civilia gessit. Hic laesit

66) Pro *Philist.* V. *Philistines*; Guelf. I. *Philestenes.* Ursin. *Plisthenes*; al. *Erasthenes.* Dein Burm. *Anchiales fil.*; V. R. *Tantilenae*; C. *Tantaloene*; *Tantilene* Vos. In Varronis fragm. V. *Tantile*; Vos. *Tentale ne.* Guelf. I, *quos magnos tutelae parthus.* II. *q. magnos tatilae partus.* Tum uterque: *et geminis cupiens dolorem Oax. p. sc. dicta penitus subripuit.* *Divisos* etc. V. *cupiens dolorem*; R. *cupiens dolorem Oaxi palm. scindere dicta*; al. *dicta fuit.* In Cod. Urs. *fundere dicta*; et ita legendum esse ait Vossius, et *Oeaxida*; et sine dubio esse Varronis Atacini, qui Apollonium expressisse dicitur. v. Salm. Exerc. Plin. p. 692. Burm. edidit: *Et gem. cap. Tellurem Oeaxida palmis, Edidit in Dicta.*

67) Pro *sita* V. Vos. R. et Guelf. II. *reposita.* Burm. coni. *seposita*, ut est in Guelf. I.

Virgilius Octavianum Augustum, tamen secutus est veritatem. Dum miles, portando arma, vicit alios, *impius* nocendo dictus est. *Novalia;* i. e., nova rura, quae per singulos annos novantur per semina. [Vel etiam novalia dicuntur, unde silva tollitur.] *Habebit*; in spe ponitur. — 72. *En quo discordia;* [ad quam miseriam?] — 74. *Insere*; sibimet ipsi imperat: [et apostrophem facit ad seipsum, dolendo vel invidendo non habere se id quod Tityrus. *Pone ordine vites;* quia quadrato ordine vites ponuntur. — 75. *Quondam felix pecus;* quando manebat mihi hereditas: vel] quasi, iam diu ego felix fui aliquando in finibus nostris. Hic videt se pastor exclusum esse: et videt se non habere illud, quo Tityrus utitur. — 77. *Dumosa;* i. e. rigida, spinosa. *Pendere*; quia cum pascuntur spinosa, [quasi] pendent. — 78. *Carmina*; i. e., quia non libet rustico canere, carenti possessione. — 79. *Cytisum*; genus fruticis, vel herba quae nascitur inter campos et silvas in Cytisa civitate, [amara hominibus, non capris:] *Amaras;* ad nostrum saporem: nam capris dulces sunt. — 81. *Mitia;* matura, quae non remordent, cum mordeantur. — 82. *Castaneae;* i. e., mala apud antiquiores. *Molles*; i. e. maturae. *Et pressi;* emulcti et in caseum coacti. — 83. *Fumant*; i. e., ad vesperum coena praeparanda. — 84. *Maioresque cadunt*; duplicantur: Cum sol cadit, maiores sunt umbrae, ut (2, 67.) *Et sol crescentes decedens duplicat umbras;* quemadmodum cum oritur, quia ex transverso nos ferit, longius iacit umbras. *Cadunt umbrae;* nox imminet.

ECLOGA. II. 1. *Formosum pastor Corydon*; Corydonis in persona Virgilius intelligitur: Caesar Alexis in persona inducitur. [*Corydon*; fictum nomen est ab ave: quae Corydalus dicitur.] *Ardebat Alexin*; impatienter diligebat, et alebat, et laudabat. *Alexin*; quem dicunt Alexandrum, fuit servus Asinii Pollionis: quem Virgilius, rogatus ad prandium, cum vidisset in ministerio omnium pulcherrimum, dilexit: eumque dono accepit. Caesarem quidam acceperunt formosum in operibus et gloria. Alii puerum Caesaris, quem si quis laudasset, gratam rem Caesari fecisset. Nam Virgilius dicitur in (tres) pueros habuisse alium amorem: nec enim turpiter eum diligebat. Alii Corydonem, Asinii Pollionis puerum, adamatum a Virgilio ferunt: eumque a domino [ipsi] datum Corydonem a Virgilio ficto nomine nuncupari, ex eo genere avis, quae Corydalus dicitur, dulce canens. Alexin vero puerum, quasi sine responsione ac superbum. Hunc autem dilectum fuisse Pollionis: et Virgilium gratum se futurum existimasse, si eum laudaret, cuius forma Pollio delectabatur: qui eo tempore Transpadanam Italiae partem tenebat, et agris praeerat dividendis. — 2. [*Delicias domini*; hoc est qui suo domino Caesari, vel Pollioni in deliciis erat.] *Nec quid speraret*; i. e. nec spem potiendi habebat. — 3. *Tantum*; tantummodo. — 4. *Assidue;* i. e. saepius. *Incondita*; incomposita:

4) V. C. *habet Sallustius lib. II. Hist.* Guelf. I. *Salust. in l. V. At* etc. Guelf. II. *Salust. in L. VI.* In fine al. *inconditi tendere.* V., R. *inconditi tenere.* Heins. volebat *temere;* ut est in Guelf. II. Vos. ex Ms. Ursini: *lib. II. Hist. illi quibus res incognita erat, ivere cuncti ad portas incognita tendere.* V. ad Frag. Sall. Hist. 2. in fin.

subito dicta, agrestia, vel insanientis dicta verba. Vel incondita, i. e. inconscripta: ut Sallustius in Iugurthino: *At illi quibus vires aderant ruere cuncti ad portas, incondita tenere.* — 5. *Montibus*; qui amorem ei praestabant. *Iactabat*; i. e., fundebat incassum. *Inani;* prae amore nihil sibi procurans: contra absentem [iuvenem] loquebatur. — 6. *Crudelis*; inexorabilis: qui non flecteris [meo amore: nec te potiundum praebes. Vel ἀλληγορικῶς: Crudelis Caesar qui non flecteris] meis scriptis, et non das ereptos agros. *Alexi*; i. e. Caesar. *Mori;* prae contemptu: [quia opprimit me tuus amor: vel, quia non delectaris meis carminibus.] — 8. *Frigora*; non aprica loca. *Aestu;* aestiva. — 9. *Lacertos;* genus serpentis. — 10. *Thestylis;* nomen rusticae mulieris: quae messoribus aestu fatigatis diversa genera herbarum contundens, pulmentarium his parat: vel concubina Corydonis. Vel Thestylis, i. e., fictilis, rusticum nomen: ut ab eo [quod] ponat cibum rusticis. *Fessis;* [vel labore vel aestu. Vel *fessis*,] i. e. ferventibus, vehementi ardore fatigatis, [vel laboris instantia.] — 11. *Allia, serpyllumque*; herbas calidas, quae aestum repellunt. Nam, ut etiam Plinius dicit in Naturali Historia: *Omnis medicina, aut a contrario, aut a simili quaeritur;* unde etiam calor potest aut frigore, aut alio calore depelli. Hinc est quod in ultima ecloga, cum amator remedium quaerit ardori, dicit, se iturum aut ad Scythiam, aut ad Aethiopiam. Ut (10, 68.): *Aethiopum versemus oves sub sidere cancri.* [Quarum regionum altera est frigidissima, altera fervens calore.] Sane *serpillum* herba est, [quae in Graeco aspirationem habet,] quam Graeci ἕρπυλλον dicunt: in multis enim nominibus, quae in Graeco aspirationem habent, nos pro aspiratione *S* ponimus. Inde est quod pro *herpillo*, *serpillum:* pro ἕξ, *sex:* pro ἑπτά, *septem.* — 12. *At mecum* etc.; *at* si per d fuerit, erit hyperbaton: ut sit: Dum tua lustro vestigia, ad me arbusta resonant, cum raucis cicadis. Sed melius est, ut *At* coniunctio sit: et ita intelligamus; Thestylis herbas tritas messoribus portat: verum mecum resonant arbusta, cum raucis cicadis. — 14. *Tristes Amaryllidis iras;* bene addit *tristes;* plerumque enim, ut ait Terentius: *amantium irae, amoris reintegratio est:* ut veram iram ostenderet, non fictam illam, quae aliquid gratiae habere consuevit. Unde Horatius: *Urit grata protervitas.* — 15. *Superba fastidia;* ex fastidio enim venit omnis superbia. *Nonne Menalcam;* tres dicitur amasse Virgilius: Alexandrum, quem donavit ei Pollio: et Cebetem puerum, cum Leria puella, quos a Maecenate dicitur accepisse. Unde volunt quidam per Amaryllida, Leriam: per Menalcam, Cebetem intelligi. — 17. *O formose puer;* bene dicit Donatus suspendendum O, et sic dicendum: *Formose puer:* ut intelligamus, per ironiam eum aliud voluisse dicere: sed in haec verba, ne Alexin offenderet,

14) Pro *irae* C. *ira;* dein Steph. Dan. al. *redintegratio* s. *int.* In versu Hor. *uret* hab. V. v. Terent. And. 3, 3, 23. Hor. Carm. 1, 19.

15) *Leriam* esse *Aleriam Plotiam* annotavit Vos. coll. Donati vita. — Ad v. 16. Masvic. hanc addidit annot.: *Quamvis ille niger*, etc.; Quia Caesar Romanos, Antonius Aegyptios habuit, Antonius niger dicitur propter Aegyptios, quos habuit.

amoris necessitate compulsum. *Ne crede;* non confide. Sallustius: *Virtuti satis credebant*, i. e. confidebant. — 18. *Alba ligustra cadunt;* et rustice et amatorie ex floribus facit comparationem. Ligustrum autem flos est candidus, sed vilissimus. Vaccinia vero sunt violae, quas purpurei coloris esse manifestum est, [vel ligustra flores papaverum sunt, vel arborum.] — 20. *Quam dives* etc.; tria sunt, quibus amatores possunt placere: Divitiis, Pulchritudine, Cantilena, quae omnia se habere commemorat. Et multi secundum Homerum, qui ait *καὶ γάλα λευκὸν*, legunt *nivei quam lactis*. Sed melius est: *Quam dives pecoris nivei*. Nam candidae oves in ingenti sunt pretio. Unde in Georgicis legimus (3, 386.): *Continuoque greges villis lege mollibus albos*. Item alibi (G. 3, 391.): *Munere sic niveo lanae, si credere dignum est.* — 21. *Mille meae Siculis errant in montibus agnae;* Theocritus, *ἀλλ' οὗτος τοιοῦτος ἐὼν βοτὰ χίλια βόσκω.* *Errant* autem, cum securitate pascuntur. Et quod ait *agnas*, et a sexu et ab aetate laudavit: [nam ex femineo sexu in pecoribus copiosior possessio provenit.] — 23. *Lac mihi* etc.; multo melius quam Theocritus, ille enim ait: *Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ, οὐ χειμῶνος ἄκρῳ.* Sed [quia] caseus servari potest, (et) non mirum est, si quovis tempore quis habeat caseum. Hoc vero laudabile est, si quis habeat lac novum, i. e. *colostrum*, quod neutri generis est: nam feminini esse penitus non potest. Sane hunc versum male distinguens Virgiliomastix vituperat: *Lac mihi non aestate novum, non frigore: defit*, i. e., semper mihi deest. — 24. *Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho;* Amphion et Zetus fratres fuerunt ex Iove et Antiopa: sed Zetus rusticus fuit: Amphion vero musicae artis peritus. Sane Aracynthus mons est Thebanus. Unde *actaeo* litorali debemus accipere, ut (A. 5, 613.): *At procul in sola secretae Troades acta*, non Atheniensi: licet Athenae primo *ἀκτὴ* dictae sint. Quanquam plerique *Actaeo Aracyntho*, Atheniensi accipiant. non quod Aracynthus apud Athenas est, sed ut ostendatur rustici imperitia. Nam (et) Theocritus ad exprimendam rusticam simplicitatem, multa aliter, quam res habet, dicit. Hac ratione potest et Oaxis, Cretae fluvius, accipi: cum [et] mons sit, ut diximus, Scythiae. — 25. *Nec sum adeo informis;* verecunde suam commemorat pulchritudinem. Sic Cicero in Caeliana: *Ut eum poeniteat non deformem esse natum.* Nam pulcherrimum voluit dicere. *In litore vidi, Cum placidum staret ventis mare;* negatur hoc per rerum naturam posse fieri: sed Theocritum secutus est, qui hoc dicit de Cyclope: *ἦ γάρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦν δὲ γαλάνα.* Sed illic est excusatio, vel quia ingentem habet oculum Cyclops: vel quia filius Neptuni est. Unde, quia ait *in litore*, volunt quidam in aqua a fluctibus derelicta, i. e., in lacuna litoris se eum videre potuisse. Quam rem illud excludit: *Cum placidum ventis staret mare.* Sed ideo in mari imago non cernitur: quia non stat: quod si stet, non potest etiam nobis (Voss. *non*) imaginem reddere. [Ni intelligas, *in litore*, intra portum: ut ipse (Aen. 3, 570.) de portu Cyclopum: *Portus ab accessu ventorum immotus.*] — 26. *Non ego Daphnin Iudice te metuam;* Daphnis fuit filius Mercurii, formosissimus puer, qui primus di-

citur pastor fuisse. — 27. *Si nunquam fallit imago*; nulla enim res ita decipit, quemadmodum imago. Nam et in speculo contraria ostendit universa: et in aqua remum integrum quasi fractum videmus: quod etiam Cicero in Tusculanis plenius docet. *Iudice te metuam*; ac si diceret: Qui meam respicis pulchritudinem. — 28. *Tibi sordida rura*; utinam libeat tibi mecum habitare rura tibi sordida, i. e., quae tu putas sordida; nam *tibi* bis accipimus. — 29. *Atque humiles habitare casas*; sane melius *habito illam rem*; quam *habito in illa re* dicimus. Nam etiam principalitas huius verbi frequentativi accusativum regit: ut *habeo illam rem*. Inde fit *habito illam rem*: non *in illa re*: ut *habitare casas*. [*Casas*; quae mapalia dicuntur.] *Figere cervos*; aut furcas, quae figuntur ad casae sustentationem: quae dictae sunt cervi, ad similitudinem cornuum cerv[in]orum. Aut, quod melius est, figere cervos, venari et iaculari, intelligamus: ut magis ad voluptatem eum, quam ad laborem invitare videatur. *Viridi hibisco*; ad hibiscum compellere, scilicet a lacte depulsos. Hibiscus autem, genus est herbae: et sic dixit *hibisco*, ad hibiscum: ut: *It clamor coelo*, i. e. ad coelum. — 31. *Imitabere Pana canendo*; exemplo numinis, in agris mecum poteris canere. Nam Pan deus est rusticus, in naturae similitudinem formatus. Unde et *Pan* dictus est, i. e. *omne*; habet enim cornua in radiorum solis et cornuum lunae similitudinem. Rubet eius facies ad aetheris imitationem. In pectore nebridem habet stellatam, ad stellarum imaginem. Pars eius inferior hispida est propter arbores, virgulta, (et) feras. Caprinos pedes habet, ut ostendat terrae soliditatem. Fistulam septem calamorum habet, propter harmoniam coeli: in qua septem soni sunt, ut diximus in Aeneide (6, 646.): *Septem discrimina vocum*: *καλαύροπα* habet, i. e. pedum, hoc est baculum recurvum propter annum, qui in se recurrit: quia hic totius naturae deus est, a poëtis fingitur cum Amore luctatus: et ab eo victus: quia, ut legimus (E. 10, 69.): *Omnia vincit amor*. Ergo Pan, secundum fabulas, amasse Syringam nympham dicitur: quam cum sequeretur, illa, implorato Terrae auxilio, in calamum conversa est: quem Pan, ad solatium amoris incidit, et sibi fistulam fecit. Sane sciendum, *Pana*, *pa*, habere accentum. Graeca enim monosyllaba, quae ad nos transeunt, crescunt in obliquis casibus: et in genitivo et dativo tantum singularibus ultimae syllabae accentum dant, ut, Panos Pani, Lyncos Lynci. Plurales [vero] etiam isti duo (ita) habent accentum: licet ad nos transire [non] possint. — 33. *Nec te poeniteat calamo trivisse labellum*; non tibi parum videatur. Terentius: *At enim quantum hic operis fiat poenitet*. I. e. parum videtur. Et notandum *poeniteat trivisse*, praeteritum pro praesenti positum usurpative: quod in defectivis licenter fit, ubi praesens non invenitur. Ut: *Quanquam animus meminisse hor-*

31) Pro *καλ.* al. *ῥάβδον*, V. *caraurorapa*, Vos. *carauropu*, B. et Guelf. II. *recurvum baculum caraurorapa* (B. *carauropa*) *habet i. e. pedum propter* etc. Guelf. I. *καραυροραπα habet i. e. ungam* s. *virgam* (virgulam) *pedum propter* etc. Vv. *hoc est bac. rec.* om. R. V. Vos.

33) Terent. Heaut. 1, 1, 20. Pro *poenitet* al. hab. *non poen.*, s. *nondum poeniteat*.

ret. *Labellum;* [parvum labrum. Hinc] inanissimam quidam tentant facere discretionem: ut virorum *labra*, mulierum *labia* dicantur. — 35. *Quid non faciebat Amyntas;* quemadmodum mihi non obsequebatur? Et ex affectu alterius hunc cogit. — 36. *Disparibus septem compacta cicutis*; inaequalibus cannis. Nam et harmonia inaequalis est. Cicuta autem est [spatium quod est inter cannarum nodos. *Compacta*; coniuncta. Ut (A. 12, 674.): *Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipse.* — 38. *Te nunc habet ista secundum*; commendat munus: et ex eo quod ei haereditarium datum est: et ex eo, quod invidiam meruit. Nam res optimae et difficile donantur a vivis: et acceptae, facile merentur invidiam. — 39. [*Invidit stult. Amynt.*; Amyntam Cornificium vult intelligere; quia conatus est contra Virgilium scribere; vel, ideo stultus, quia invidit.] — 40. *Nec tuta mihi valle reperti capreoli*; commendat a difficultate. Sic ut in primo (A. 7, 244.): *Relliquias Troia ex ardente receptas*. — 41. *Sparsis pellibus albo;* qui habent adhuc maculas a prima aetate venientes. Accessu enim temporis mutant colorem; et eorum maculae esse gratiae minoris incipiunt. Ergo hoc dicit: Servo tibi capreolos, qui adhuc sint pellibus albo sparsis. — 42. *Quos etiam nunc tibi servo;* i. e. quos adhuc tibi servo: licet roger a Thestyli amica, quae me cupit illos abducere. *Siccant;* sugunt. — 43. *Orat abducere;* orat, ut abducat. Figuratum est: ut (A. 10, 701.): *Donat habere*, i. e. donat ut habeat. — 44. *Et faciet*; noluit dicere *et faciam*: ne quem amabat offenderet, si se velle dixisset dare alteri munus quod ipsi praeparaverat. — 45. *Huc ades* etc.; tantum honoris habet puero, ut ei dicat etiam numina obsecutura. Sane *calathus* Graecum est: nam Latine *quasillum* dicitur. Cicero in Philipp. (lib. III.): *At vero huius domi inter quasilla appendebatur aurum.* — 46. *Candida Nais*; vel pulchra, vel dea. Nam dii umbris contrarii sunt, quas nigras esse constat. Hinc est (E. 5, 56.): *Candidus insuetum miratur limen Olympi.* — 47. *Pallentes violas*; amantium tinctas colore. Horatius (Carm. 3, 10.): *Et tinctus viola pallor amantium.* Unde non praeter affectionem amantis eos flores nymphas dicit offerre, qui sunt amantibus similes. *Papavera carpens, narcissum et florem bene olentis anethi*; sane Papaver, Narcissus, Anethus, pulcherrimi pueri fuerunt, quique in flores suorum nominum versi sunt: quos ei offerendo quasi admonet, nequid etiam hic tale aliquid unquam ex amore patiatur. — 49. *Tum casia;* herba suavissimi odoris: ut sequentia indicant: quam Graeci *κασίαν* dicunt. Et sic dictum est: *Tum casia atque aliis intexens suavibus herbis*: ut in Sallustio: *Leonem, atque alias feras.* — 50. *Mollia luteola pingit vaccinia caltha;* mollia vaccinia pingit, i. e. componit, de caltha luteola. Nam nisi *luteola* septimus sit casus, non stat versus. *Mollia* autem, tactus plumei scilicet. Et hoc dicens, ex colorum diversitate quaerit ornamentum. — 51. *Cana legam tenera lanugine mala;* mala dicit cydonea, [a Cydonibus primum alla-

45) Cic. Phil. 3, 4. Vv. *huius domi* om. Guelf. I. II. R. V. Vos. Deinceps Guelf. II. R. Vos. et C. *pendatur.* Guelf. I. *appendatur.* Cod. Urs. *inter quos i*— Dan. *inter quas illa.* Steph. *an non inter quasilla pendet aur.*

Cotonea,] quae lanuginis plena sunt: sed non praeter ob-m. Nam ut in Aeneide (10, 325.) diximus, apud Cretenmiae genus iuvenibus fuerat, non amatos fuisse. Et verem inhonestam supprimit: quam Theocritus aperte iorat. — 52. *Castaneasque nuces*; bene speciem addiens castaneas. Nam *Nuces* generaliter dicuntur omnia rio duriore: ut avellanae, amygdalae, iuglandes, castacut econtra *poma* dicuntur omnia molliora. *Mea quas is amabat*; ne eas viles existimes, quas (mea) Amaryllis e dignata; nam apud illam in ingenti fuerunt honore. — *a pruna*; aut cerei coloris: aut mollia. Horatius (Carm. *Cerea Telephi laudas* (al. *laudat*) *brachia. Honos erit oque pomo*; si a te dilectum fuerit: sicut castaneae in fuerunt amatae Amaryllidi. [Talis mixtura shematum in decorum inducit.] — 54. *O Lauri*; licet Horatius 2, 7.) dixerit: *Depone sub lauru mea:* melius tamen est cundam formam inflectere: nam melius sonat. *Proxima* vel vicina lauro: vel ad odorem proxima; potest enim ie intelligi. — 55. *Sic positae quoniam suaves miscetis* quoniam permistione vestra suavem odorem creatis. — *ticus es Corydon*; arguit se, stultitiae, quod eum se speare muneribus, qui possit habere meliora, nam supra *licias domini*. — 57. *Iolas*; vel ditior amator: vel eius s. — 58. *Eheu quid volui misero mihi*; quomodo eum scedere, quem supra cum eo diximus non fuisse? Nam it, *solus montibus et silvis*, ratione non caret. Epicurei icunt, quod etiam Cicero tractat, geminam esse voluptaanam quae percipitur, et alteram imaginariam, scilicet quae nascitur ex cogitatione. Unde ita debemus accipere usum per cogitationem illa imaginaria voluptate: qua et e et alloqui videbatur absentem. Sed postquam obiurgaua in naturalem prudentiam est reversus, caruit utique illa aaria voluptate, ubi nunc sibi se obfuisse dicit per hanc inationem: Rusticus es Corydon: nec munera curat Alexis. ñ muneribus certes, concedat Iolas. *Floribus austrum*; acilius arescunt. — 59. *Fontibus apros*; qui fontes puros sos efficiunt. — 60. *Quem fugis ah demens*; iterum per asiam quasi ad praesentem loquitur: et quasi ille dixisset r, hic infert: *habitarunt dii quoque silvas, Dardaniusque*; etiam is habitavit silvas, qui de dearum pulchritudine ivit. — 61. *Pallas quas condidit arces, ipsa colat*; ideo rcium Minerva dicitur, non quod de capite Iovis nata est: uia dea est artium, et ingenii, ideo ista finguntur. Nihil excellentius est ingenio: quippe quo reguntur universa. — *orva leaena lupum*; Theocriti sunt isti versus. Et bene se at ad rusticas comparationes: paene enim fuerat lapsus, di-: *Pallas quas condidit arces. Leaena* autem dictum est, *dracaena*. Et quod ait: *Torva leaena lupum sequitur:* i est: Nam necesse est, ut, veniente lupo, adventus agno-

Haec nota pertinet ad v. 60. et in V. a manu sec.: *Quem fugis ah demens.* Vos. erat: *Quomodo et Epicurei*, omissis mediis. Postea Dan. et Steph. *ccipere hunc versum per cog.* etc. Sub fin. B. R. Vos. *Iolla*; V. *Iola*.

scatur leonis. — 64. [*Cythisus*; herba est. *Lasciva*; voluptuosa et desidiosa.] — 65. *Te Corydon o Alexi*; *don o a*, antibacchius est: sed *o* brevis fit: quia vocalis vocalem sequitur. Sic Homerus: πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερόν. *Trahit sua quemque voluptas*; notatur a Criticis, quod hanc sententiam dederit rustico, supra bucolici carminis legem, aut possibilitatem. [Excusari tamen potest, quia sententia vulgata est; ut Terentius in Andria (1, 1.) dat Servo: *Ne quid nimis*.] — 66. *Aratra iugo referunt suspensa iuvenci*; Horatius: *Videre fessos vomerem versum Boves collo trahentes languido*. Et hoc vult dicere: Omnia, excepto amore, finiuntur. — 67. *Et sol* etc.; variavit: nam (ut) ait supra: *Maioresque cadunt altis de montibus umbrae*. *Duplicat* autem, *auget*. Sallustius (lib. VI. Histor.): *Et Marius victus duplicaverat bellum*. — 68. *Me tamen urit amor*; cum iam calor sit solis exhaustus. — 69. *Quae te dementia cepit*; i. e., cur amoribus vacas: cum multa sint, quae debeas in agro perficere? — 70. *Semiputata tibi* etc.; plus est, quam si *imputata* diceret. Tolerabilius enim est, non incipere aliquid, quam incoepta deserere. Hinc est illud in primo (37.): *Mene incoepto desistere victam?* Item in Georgicis (3, 519.): *Atque opere in medio defixa reliquit aratra*. Sane geminam arguit negligentiam: et quod semiputata vitis sit, et quod frondosa ulmus: nam utrumque obest. Unde est in Georgicis (2, 410.): *Bis vitibus ingruit umbra*. Et aut simpliciter intelligimus hunc locum, ut suam arguat negligentiam: aut certe illud est: Non mirum, me esse dementem, qui habeo vites semiputatas. Nam in sacris dicitur, quod corripiatur furore, qui sacrificaverit de vino, quod est de vitibus imputatis. [Vel alio sensu; sicut *semiputata vitis* tarde fructus suos facit, ita ego tarde adquiram gratiam Caesaris bucolico carmine. Vult se intelligi Aeneidos (Burm. coni. *Aeneida*, s. *libros Aeneidos*) scripturum Caesari. Debuisti perfectiora carmina componere, non sic vilia.] — 71. *Quin tu*; quin immo, hortantis est. *Quorum indiget usus*; i. e., quae rusticus usus requirit. Sane et *eget illa re* dicimus: ut *eget illo Senatu*: et *eget illius rei*. Inde est indiget. Nam et hoc utrique iungitur casui. — 72. *Detexere*; multum texere, finire, perficere. Nam modo *de* non minuentis est, sed augentis. [Ea, quae viminibus et fortioribus sunt alliganda, tu molli iunco vis ligare; i. e. amicitiam vili carmine quaeris bucolico.] — 73. *Invenies alium* etc.; alium Alexin, alium puerum formosissimum, qui te minime spernat. Et volunt quidam hoc loco allegoriam esse antiquam in Augustum: ut intelligamus: Invenies alium imperatorem, si te (hic) Augustus contemnit pro agris rogantem. Sed melius [est, si] simpliciter accipimus hunc locum. Nam nihil habet, quod possit ad Caesarem trahi. Illud vero paulo post paene aperte dicitur in Augustum Caesarem: Quoniam fors omnia versat.

ECLOGA III. 1. *Dic mihi Damoeta*; transit in Eclogam plenam litigii, et convitiorum pastoralium. Qui [enim] Bucolica

66) Horat. Epod. 2, 63. Pro *vom. vers.* V. *vomeres invers.*, R. *vomere inversos*. Sed ex *m* fecerunt *in* librarii, ut centies alibi. *Burm.*

scribit, curare debet ante omnia, ne similes sibi sint eclogae: quod etiam Virgilius fecit. Nam prima habet unius otium: et alterius, qui de suo agro pellitur, conquestionem. Secunda amantem exprimit rusticum. Haec vero lites habet et altercationem. Unde etiam dramatico caractere scripta est. Nam nusquam poëta loquitur: sed introductae tantum personae. Novimus autem tres caracteres hos esse dicendi: Unum exegematicum, in quo tantum poëta loquitur: ut est in tribus libris Georgicorum. Alium dramaticum, in quo nusquam poëta loquitur: ut est in comoediis et tragoediis. Tertium mixtum, ut est in Aeneide: nam et poëta illic, et introductae personae loquuntur. Hos autem omnes caracteres in bucolico esse convenit carmine: sicut liber etiam iste demonstrat. Nam habet [illum exegematicum,] in quo tantum poëta loquitur: ut (E. 2, 1.): *Sicelides musae, paulo maiora canamus.* Habet mixtum, ut (E. 10, 1.): *Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.* Nam etiam Gallum illic inducit loquentem. Habet dramaticum, ut in prima Ecloga: item in hac, quam miro ordine ex rebus communibus veniente composuit. Habet enim in ipso quasi primo occursu lites et iurgia. Inde quaeritur iudex, quo praesente habeant conflictum et disceptationem. Sequitur inde sententia, quae universa concludit. *Cuium pecus;* ab amaritudine coepit. Nam dicendo: *cuium pecus*, ostendit eum esse mercenarium. [Est autem Theocriti carmen: *εἰπέ μοι ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες? ἦ ῥα Φιλώνδα? οὐκ, ἀλλ' Αἴγωνος.*] *Cuium* autem antique ait, vitans ὁμοιοτέλευτον, ne diceret *cuius pecus:* quod modo trium est generum. Antiqui dicebant sicut *meus, mea, meum*, sic *cuius, cuia, cuium.* Terentius (Eun. 2, 3, 29.): *Quid virgo, cuia est?* — 2. *Non, verum Aegonis;* amare etiam hic rivalis eius pecora esse dicit: ut et divitias illius ostendat: et dicat, duras esse huius [partes,] si quidem rivalis, ei traditis ovibus, solus amicae communis amoribus vacet. *Mihi tradidit*; meae fidei commisit, et credidit. — 3. [*Infelix o semper ovis pecus;* ordo est: o infelix pecus semper ovis: i. e. semper futurum imbecille.] *Neaeram;* amicam communem suam et Menalcae. — 4. *Dum fovet;* dum amplectitur. *Praeferat illa, veretur;* ac si diceret, ideo timet ab illa discedere, quia scit, me praeferri, si ipse discesserit. — 5. [*Alienus; alienus* dicitur, quamvis fuisset de ipsis, et non sit *alienus;* propter crudelitatem et avaritiam dicitur *alienus.*] *Bis mulget in hora*; quod vix per totum diem debet in ovibus foecundis fieri. Nam pro laude in Georgicis posuit, bis ad diem mulgeri oves: dicens (G. 3, 400.): *Quod surgente die mulsere, horisque diurnis, Nocte premunt: quod iam tenebris* (L. iam a t.) *et sole cadente, Sub lucem exportant calathis.* Quid autem sit: *Bis mulget in hora*, ipse dicit: *Et sucus pecori, et lac subducitur agnis.* — 7. *Parcius;* melius hic distinguitur: licet possit dici etiam, *parcius ista.* Sensus autem est: Noli valde haec obiicere, tamen scias viris fortibus obiiciendas rapinas. Ipse enim ait in VII. (49.) (Dan. Guelf. I. II. *nono*): *Convectare iuvat praedas, et vivere rapto.* — 8. *Novimus et qui te;* subaudis *corruperint*, quod suppressit verecunde: licet Theocritus aperte ipsam turpitudinem ponat et exprimat: *Ἦ οὐ μέμνασ' ὅτ' ἐγὼ κατήλασα καὶ τὺ σεσαρὼς εὖ πότε κιγκλίζεν.* [Figura haec

est brevitatis per detractionem, non tamen ἀποσιώπησις, ut in IX., (3.) ait Quintilianus: nam in ἀποσιώπησει quid taceatur est incertum, aut longiore sermone explicandum: hic unum verbum et manifestum quidem desideratur. 'Porro *faciles Nymphae*, clementes, te pro tua turpitudine non punientes.]' *Transversa tuentibus hircis*; hircos, i. e. capros, libidinosa esse constat animalia. Unde Horatius: *Libidinosus immolabitur caper, et agna tempestatibus.* Quod etiam Plinius Secundus dicit: *Hirci si casu aliquos coëuntes vident, adeo indignantur, ut in eos pene impetum faciant.* Hinc est: *Transversa tuentibus hircis*, i. e. vestram turpitudinem indignantibus. Alii hoc improbant, et legunt *hirquis*. Hirqui autem sunt oculorum anguli, secundum Suetonium Tranquillum. in vitiis corporalibus, ut sit sensus: Novimus qui te corruperint, hirquis transversa tuentibus: ut sit Hypallage pro: oculis in hirquos retortis, quam rem solet libido perficere. Unde Iuvenalis: *Oculosque in fine trementis.* Persius: *Patranti fractus ocello. Sed faciles nymphae risere*; ideo, inquit, indulsere nymphae, quia mites sunt et exorabiles. Sic in Georgicis (4, 535.): *Et faciles venerare Napaeas.* — 9. *Sacello*; i. e. in loco sacro: nam diminutive dictum est. — 10. *Tum credo*; et rustice et naturaliter respondet. Non enim ante purgat obiecta, sed alia obiicit. Ita enim irati facere consueverunt, cum aut non potuerint, aut noluerint obiecta dissolvere. — 11. *Mala falce*; qua tu male uteris. Et dictum est ex affectu utentis: sicut (A. 2, 510.): *Inutile ferrum Cingitur.* In hoc autem maximum nefas est, quod ait, *vites novellas*, quia vetulae et cum utilitate inciduntur. Fuerat autem capitale supplicium, arbores alienas incidere. Et *Arbustum* quidam locum, in quo arbores sunt, volunt accipere, sicut salictum. — 12. *Arcum, et calamos*; nam habent arma pastores: ut in Georgicis docuit (3, 345.): *Armaque, Amycleumque canem, Cressasque pharetras.* — 13. *Perverse Menalca*; aut converse ad turpitudinem, aut intelligamus fuisse quendam Menalcam nobilem: ut istum perversum Menalcam dixerit, illius comparatione. Sic Sallustius (Fragm. Histor. 1.): *Saevus iste Romulus.* — 15. *Aliqua nocuisses*; i. e. aliquatenus, aliqua ratione. — 16. *Quid domini faciant, audent cum talia fures*; plerumque personae suis nominibus exprimuntur, plerumque etiam per officia designantur. Ut si dicas: philosophus: nomen ipsum ponis. Si autem velis dicere: sapientiae operam dans: personam exprimis per officium, sicut (in) hoc loco fecit. Nam pro servo furem posuit. Furta enim

8) Horat. locus est Epod. 10, 23. In Plinii loco pro *Hirci* Guelf. I. II. B. L. R. V. Vos. hab. *Idcirco*; dein *aliquo* pro *aliquos*. Mox pro *corruperint* Steph. Dan. al. *corruperit*. Iuven. loc. est Sat. 7, 24. Pers. Sat. 1, 8. In Persii loco Vos. hab. *Patrantis fructus ocellos*. cf. Philargyr. ad h. l.

12) Post *calamus* Burm.: [Rursus et iste rusticus discrimen obiicit. Et est sensus, quasi dicat: Aut forte quum te vidi, quum fregisti arcum et calamos Daphnidis i. e. alterius pastoris, ut videlicet ei maniam simul et invidiam obiiciat.] Haec om. Guelf. I. II. R. V. Vos. Steph. Dan. et al. sed in L. leguntur, ubi pro *cum fregisti* est *confreg.*

13) In loco Sall. Burm. edidit *scaevus*; nostrum hab. Guelf. I. II. R. Vos. L. Steph. Dan. et alii.

16) Plaut. Aulul. 2, 46. Steph. et Dan.: *Tu trium liter. homo vituperas me?*

specialiter servorum sunt. Sic Plautus de servo: *Homo es trium literarum.* I. e. fur. — 17. *Non ego te vidi;* manifesti eum furti arguit, dicendo *vidi.* — 18. *Excipere;* dolo capere: ut (A. 3, 332.): *Excipit incautum insidiis. Latrante lycisca;* lyciscae sunt, ut etiam Plinius dicit, canes nati ex lupis et canibus, cum inter se forte misceantur. — 19. [*Proripit;* ingerit, immittit. *Ille;* fur. — 20. *Tityre;* alius pastor. *Coge;* i. e., collige et in unum redige.] *Post carecta latebas;* loca caricis plena. *Carex* autem, herba est acuta, et durissima, sparto similis. Alibi (G. 3, 231.): *Et carice pastus acuta.* Sane hoc loco [quidam] superfluam volunt esse allegoriam, dicentes rem nusquam lectam de Virgilio. Aiunt enim hoc: Varus, tragoediarum scriptor, habuit uxorem literatissimam: cum qua Virgilius adulterium solebat admittere: cui etiam dedit scriptam tragoediam, quam illa marito dedit, tanquam a se scriptam. Hanc recitavit Varus pro sua; quam rem Virgilius dicit per allegoriam. Nam tragoediae praemium caper fuerat: Horatius: *Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.* Sed melius simpliciter accipimus. Refutandae enim sunt allegoriae in bucolico carmine: nisi cum, ut supra diximus, ex aliqua agrorum perditorum necessitate descendunt. — 21. [*An;* pro ergo, ut Comminianus dicit.] — 23. *Meus caper;* debitus merito victoriae. *Reddere posse;* scilicet ne suo iudicio videretur esse superatus. — 25. *Cantando tu illum;* imperitus peritum. *Cera iuncta fuit;* supra (2, 32.): *Pan primus calamos cera* (L. *cerae*) *coniungere plures Instituit.* — 26. *In triviis;* consuetudo enim fuerat ut per trivia et quadrivia ulularent, et flebile quiddam in honorem Dianae canerent rustici, ad reddendam Cereris imitationem (Heins. *initiation.*), quae raptam Proserpinam in triviis clamore requirebat. Novimus autem, eandem esse Proserpinam quam Dianam. Sic in Aeneide (4, 609.): *Nocturnisque Hecate triviis ululata per urbes.* — 27. *Miserum carmen;* triste, flebile, quale canunt stipulae: et quod congruit ad imitationem matris orbatae. — 28. *Vis ergo inter nos;* aut nostri comparatione: aut quod melius est, nullo iudice praesente; postea enim ex improviso Palaemon adveniet. *Vicissim experiamur;* i. e. amoebaeo carmine. *Amoebaeum* autem est, quotiens, qui canunt, et aequali numero versuum utuntur, et ita se habet ipsa responsio, ut aut maius aut contrarium aliquid dicant, sicut sequentia indicabunt. — 29. *Ego hanc vitulam;* subdistingue, ut ita intelligamus, ne eam vilem existimes. — 30. *Bis venit ad mulctram: binos alit ubere fetus;* ut eam laudare et ex fetu et ex aetate videatur. Male enim quidam quaestionem movent dicentes, vitulam parvam esse: nec congruere

18) Pro *Lyciscae* R. Vos. *Lycisci.* V. Ulit. ad Grat. Cyneg. 255. Pro *misceantur* L. V. Vos. misceantur.

19) Tota nota deest in Guelf. I. II. L. R. Vos.; Steph. hab. *i. e. aufugit, et a conspectu aufert, vel errat.* Dein: *ille i. e. caper.*

20) *Carix* Guelf. I. II. L. V. Vos.; *Charix* R. Tum Guelf. I. *sparago sim.* Deinde Dan. *Sane ut Servius dicit super hoc loco superfl. vol.* etc. R. hab. *quidam vult.* Horat. locus est Art. Poët. 220.

30) Pro *spectes* et *laudes* L. V. B. Steph. *spectas* et *laudas.* Postea L. V. R. Vos. *mulctrare* et *mulctraria.*

ut eam iam enixam esse dicamus: sed debere nos iuvencam subaudire, ut sit: Ego hanc iuvencam [de]pono, vitulam ne forte recuses. Nam et *vitula* a viridiore aetate dicta est, sicut virgo: ut paulo post ipse dicturus est: *Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.* Item: *Et vitula tu dignus, et hic.* Unde iuvencam subaudire non possumus: sed secundum superiorem sensum intelligamus. Vitula enim est nomen aetatis: non quod tantum ante partum vaccae possideant. *Mulctram;* et feminino genere dicimus *haec mulctra:* [vas in quo mulgetur]: et neutro, *hoc mulctrale.* Unde est in Georgicis (3, 77.): *Implebunt mulctralia vaccae.* Alii faciunt discretionem: ut sit *mulctra* tempus, quo mulgentur animalia: *mulctrale* vas, in quod mulgentur. — 31. *Depono;* in sponsione colloco, sequestro. [*Quo pignore;* qua sponsione, quia pignus sponsioni est.] — 32. *De grege non ausim quicquam deponere tecum;* supra enim eum aliena pascere dixit animalia: ut: *Dic mihi Damoeta, cuium pecus?* — 33. *Iniusta noverca;* epitheton (est) generale novercarum. — 34. *Bisque die numerant ambo pecus;* et dum vadit ad pascua: et dum inde revertitur. *Alter et haedos;* male quidam privignum accipiunt. *Alter* enim de duobus dicimus, non de tribus: Unde *alter* de noverca intelligamus. Ne nos moveat, quod *alter* dixit de femina. Nam et in subauditione ponuntur ea, quae non possumus dicere et scimus: quia, quotiens haec duo genera iunguntur, masculinum praeponderat feminino. — 36. *Insanire libet quoniam tibi;* vel sub sponsione contendere, vel, quod melius est, carmina componere. Nam insani dicuntur poëtae. — 37. *Divini opus Alcimedontis;* laus ab artifice. Cicero: *Polycleti esse dicebant. Pocula* autem *Fagina* quasi rem maximam. — 38. *Quibus torno facilis;* Donatus sic legit. Legitur tamen et *torno facili:* ad excludenda duo epitheta; quod est in latinitate vitiosum, si sit, *lenta facilis vitis.* — 39. *Corymbos;* uvas hederarum. — 40. *Conon;* dux fuit: cuius nomen dicit, quia in omnium ore versatur, nam philosophi tacet, quod non facile potest ad rusticum pervenire. Et bene ea dicit philosophi, quae ad rusticum pertinent, ut: Tempora quae messor, quae curvus arator haberet. — 41. *Radio;* i. e. virga philosophorum, qua geometrae lineas indicant. Inventa autem est haec ars tempore, quo Nilus plus aequo crescens confudit terminos possessionum: ad quos innovandos adhibiti sunt philosophi, qui lineis diviserunt agros: [inde] *geometrica* dicitur: cum non tantum terrae, sed et maris, et coeli, et aëris spatia metiri consueverit. Significat autem aut Aratum, aut Ptolemaeum, aut Eudoxum. — 43. *Nec*

34) In fine B. R. V. *foemininum non praep.;* L. *foem. n. praeponunt;* Vos. *praeponderat.*

36) Post *poëtae* al. add. [pro mendaciis scilicet, variisque, quibus vacant, fictionibus.] Haec om. Guelf. I. II. R. Vos. Dan. Steph.; al. hab. *quia sunt divino furore conciti.*

37) *Policliti* R. Vos.

40) L. *Nam nomen philos.*

41) Ad nomen *Ptolem.* Burm.: Qui potuit Virgilius Ptolemaeum, qui diu post illum vixit, significare, nisi aliquis antiquior fuerit eo nomine? Gloss. Regi Cod. Eudoxum Platonis discipulum, vel Aratum vel Ptolemaeum etiam intelligi

dum illis labra admovi; Hypallage est, pocula enim labris adhibemus: ut (A. 3, 61.): *Dare classibus austros.* Et tantam in eis dicit venerationem, ut necdum illis usus fuerit. — 44. *Idem Alcimedon;* irrisio est, facta iteratione verborum; et mire omnia in vituperationem trahit, quae ille laudavit. *Et nobis fecit;* ac si diceret: Putas te solum habere pocula: cui enim Alcimedon non fecit? tu pro reverentia ea non tangis: ego ideo, quia vilia esse existimo. — 45. *Molli Acantho;* [genus est floris:] quia ille dixerat, *lenta vitis.* — 46. *Silvasque sequentes;* non secutas: sed quasi adhuc sequentes: [ut peritiam artificis laudet.] — 49. *Nunquam hodie effugies;* ac si diceret: excusationes, ne contendas, requiris: non quia vilia aestimas pocula. *Veniam;* descendam. — 50. *Audiat haec tantum;* subaudis aliquis. *Tantum* audem ideo, quia suspicatur eum victum non posse cedere, qui ita etiam ante certamen est contumax. *Vel qui;* quasi requirentis est, cum subito Palaemon adveniat. Alii distinguunt: *vel qui venit.* Bene autem dubitat: ne eum ipse immisisse videatur, et sit credibile, quod ad eius iudicet gratiam. Hoc etiam Damoetas sentiens dicit: *Nec quenquam fugio;* i. e. consentio etiam ad edititium iudicem. Edititius autem iudex est, quem una pars elegit. [Cicero pro Planco (15.): *Neque enim quidquam aliud in hac lege nisi edititios iudices secutus.*] — 53. *Vicine Palaemon;* benevolum reddit ex vicinitatis commemoratione. Terentius (Heaut. 1, 1, 4.): *Vel virtus me tua, vel vicinitas, quod ego in propinqua parte amicitiae puto.* — 56. *Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos;* ipse alibi (Georg. 2, 330.): *Parturit almus ager.* Sane bene subdidit: *Nunc frondent silvae,* referens ad arbores steriles: nam *Parturiunt* de pomiferis dicimus. Vult autem tempus exprimere, quo et deliciae sunt in agris, et rustici minus laborant: ut sit duplex ad cantilenam invitatio. — 59. *Alternis dicetis;* quia quasi iratus fuerat, quod Damoetae prior locus dabatur: [idcirco] ait *alternis dicetis.* In Amoebaeo enim carmine difficilior pars respondentis est: qui non pro suo arbitrio aliquid dicit, sed aut maiorem aut contrariam format responsionem: ut diximus supra. *Camoenae;* musae, quibus a cantu nomen est inditum. — 60. *Ab Iove principium Musae;* vel musae meae ab Iove est principium, vel: O musae, sumamus ab Iove principium. Est autem Arati, qui ait: *Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέ ποτ' ἄνδρες ἐῶμεν ἄῤῥητον. μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα, καὶ λιμένες πάντη δὲ διὸς πεπλήσμεθα πάντες. Iovis omnia plena;* Lucanus (9, 580.): *Iuppiter est quodcunque vides, quocunque moveris.* Ipse alibi (Aen. 6, 716.): *Spiritus intus alit, totamque infusa per artus Mens agitat molem.* Ipse enim est spiritus, sine quo nihil movetur aut regitur. — 61. *Colit terras;* amat. Ceterum superior colitur, non colit inferiorem. Sic alibi (Aen. 1, 15.): *Unam posthabita coluisse Samo,* i. e. amasse.

46) C. hab. *sequentes, quae motae sunt illius cantilenis, ut per.* etc.

50) Pro *Damoetas* R. V. Voss. *Menalcas.*

60) Pro πεπλ. al. κεχρήμεθα.

61) Pro *inferiorem* V. *subteriorem;* R. Vos. *superiorem.*

Nec mirum, si rusticus sumpsit ab Iove principium, quem amare terras constat, et habere carminum curam. — 62. *Et me Phoebus amat;* aut simile est, quod dicit, quia unicuique deus is, quem colit, summus videtur: ut (Aen. 11, 785.): *Summe deûm sancti custos Soractis Apollo:* ut Apollinem exaequaverit Iovi. Aut certe ordo sit talis: Me et Phoebus amat: ut et plus dicat, nec Iovi videatur Apollinem comparare. — 63. *Sua munera;* ipsi grata. I. e. laurus et hyacinthus. Nam scimus, et Daphnem, Ladonis fluminis Arcadiae filiam, dilectam ab Apolline, et Terrae miseratione in laurum conversam, et Hyacinthum amatum, tam a Borea, quam ab Apolline: qui cum magis Apollinis amore laetaretur: dum exerce[re]tur disco: ab irato Borea eodem disco est interemptus, et mutatus in florem nominis sui. — 65. *Ante videri;* [a me], antequam lateat. Horatius (Carm. 1, 9, 21.): *Nunc et latentis proditor intimo Gratus puellae risus ab angulo.* — 66. *Offert ultro;* iste plus dicit lege Amoebaei carminis. — 67. *Delia nostris;* Deliam alii amicam priorem volunt: alii Dianam, quae est a Delo: et est canibus nota, per quos venamur, quasi dea venationis. Nam si ad amicam referas, hoc dicit: Sic ad me frequenter Amyntas venit, ut canibus meis notior sit, quam amica Delia. — 68. *Parta;* praeparata. *Meae Veneri;* meae amicae. — 69. *Aëriae;* aërii coloris. *Congessere;* nidificavere. — 71. *Aurea mala decem misi;* plus dicit. Nam cum ille dixisset, se esse missurum, iste [se] iam misisse confirmat. *Aurea* autem. aurei coloris. Et volunt quidam hoc loco allegoriam esse ad Augustum de decem eclogis: quod superfluum est. Quae enim necessitas hoc loco allegoriae? — 73. *Divum referatis ad aures;* ita, inquit, mecum dulce locuta est Galatea, ut deorum auditu eius digna sint verba. — 74. *Animo non spernis;* i. e. libentissime habes. Et est Litotes figura. Sicut (Aen. 7, 261.): *Munera non sperno.* Et multi hunc locum allegorice accipiunt: ut videatur Augusto dicere: Quid prodest, quia me diligis, si ad capiendos hostes pergens in otio me relinquis? Dicitur enim Virgilius sequi voluisse Augustum contra Antonium ad Actiaca bella properantem. — 75. *Retia servo;* quae res in venatione minus possidet voluptatis. *Amynta;* vocativus Graecus est. Et sciendum, Graeca nomina in *As* exeuntia, sive crescant, sive non crescant in genitivo, vocativum in *A* mittere: ut *Aeneas, Aeneae, o Aenea: Pallas, Pallantis, o Palla.* Ut (Aen. 11, 152.): *Non haec o Palla dederas promissa parenti.* — 76. *Phyllida mitte mihi;* amicam communem, causa natalis diei: in cuius tantum sacrificio licebat voluptatibus operam dare. Nam in aliis sacrificiis erat castitatis observatio: quod etiam sequentia indicant, ubi dicit: *Cum faciam vitula,* i. e., cum pro frugibus sacrificare coepero, tu tantum venito. Sane *Natalis* apud maiores plenum nomen erat, posteritas *Natalis dies* dicere coepit. Nam cum Horatius (Ep. 2, 2, 210.) dixerit:

62) Post v. *dicat* Burm. addit: [non solum Iuppiter, sed et Phoebus], quae desunt Ed. et Ms. aliis omnibus praeter Lugd.

76) B. L. Voss. Guelf. I. II. *cum fac. vitulam.* In loco Horat. cod. C. hab. *grate numeres;* et in luven. Guelf. I. *que ruine die s. nune die. dux* pro *dux* L.

Natalis gratae numeras: Iuvenalis (12, 1.) ait: *Natali Corvine die mihi dulcior haec lux.* — 77. *Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito;* cum sacrificavero. Et figurate: *faciam vitula* ait: ut *faciam thure*, ut *faciam agna.* Horatius (Carm. 1, 4, 12.): *Seu poscat agna, sive malit hoedo.* Dicitur autem hoc sacrificium *Ambarvale:* quod arva ambiat victima. Sic ipse in Georgicis (1, 345.): *Terque novas circum felix eat hostia fruges.* Sicut *amburbale*, vel *amburbium* dicitur sacrificium, quod urbem circuit, et ambit victima. — 79. *Vale, vale, inquit Iola;* hic pastor aut habuit duo nomina, (nam supra eum Menalcam dixit) aut certe Iolam eum, quasi pastorem optimum appellavit a quodam pastore nobilissimo: sicut virum fortem plerumque *Achillem:* adulterum, *Parin* vocamus. Sane *Longum vale* ita ait, ut *torvum clamat.* Pro adverbio nomen posuit. *Vale vale inquit*, *Le* corripit sequens vocalis: ut: *Te Corydon o Alexi.* — 80. *Triste;* tristis res. — 81. *Dulce;* dulcis res. *Satis;* (seminatis) segetibus. *Depulsis;* a lacte prohibitis. Ut (Ecl. 7, 15.): *Depulsos a lacte domi quae clauderet agnos.* — 84. *Pollio amat nostram, quamvis sit rustica, musam;* blanditur iam Pollioni patrono: quem et tragoediarum et historiarum scriptorem Horatius fuisse testatur. Nam in secundo carminum (Carm. 1, 6.) dicit de historiis: *Periculosae plenum opus aleae Tractas, et incedis per ignes Suppositos cineri doloso.* Item paulo post: *Paulum severae musa tragoediae Desit theatris.* Quem, carmen suum, licet rusticum, tamen amare confirmat. — 85. *Pierides vitulam lectori pascite vestro;* i. e., pascite eius armenta; quia legit hoc carmen: vel vitulam ei nutrite pro praemio. — 86. *Pollio;* sane alii legunt *Pollio*, ut prima producatur: alii *Polio. Nova carmina;* magna, miranda. *Pascite taurum;* hic auget: nam ille *vitulam* dixerat. — 88. *Quo te quoque gaudet;* subaudis *venisse;* pervenerat autem ad consulatum post triumphum Dalmaticum. Nam vicerat Salonas, civitatem Dalmatiae. Horatius (Carm. 2, 1, 15.): *Cui laurus aeternos honores Dalmatico peperit triumpho.* — 89. *Amomum;* flos est Assyrius: ut Lucanus (10, 168.): *Vicinae messis amomum.* — 90. *Qui Bavium non odit;* pro poena ei contingat, ut diligat Maevium peiorem poëtam. Nam Maevius et Bavius pessimi fuerunt poëtae, inimici tam Horatio quam Virgilio. Unde Horatius (Epod. 10, 1.): *Mala soluta navis exit alite, Ferens olentem Maevium.* — 91. *Mulgeat hircos;* faciat ea, quae contra naturam sunt. — 92. *Fraga;* mora, quae in herbis nascuntur. Ideo dixit *Humi nascentia.* — 93. *Latet anguis in herba;* allegoria est: nam videtur hoc ad Mantuanos dicere, qui inter milites versabantur armatos: quos, sicut angues, mortem inferre posse non dubium est. — 94. *Non bene ripae creditur, Ipse aries etiam nunc vellera siccat;* allegoria ad illud, quod supra diximus, pertinens: quia post acceptos agros, ab Arrio centurione paene est interemptus, nisi se praecipitasset in fluvium. *Parcite* autem

84. In priore Hor. loco L. *supposito;* in altero, B. *paullulum servemus a tragoediae desit.* Tum B. L. R. Vos. *licet suum.*

89. *Flos est Assyrios plenae mess. am.* Guelf. I. II. R. L. et Vos. nisi quod *Assyrius; ut est plenae Messis* V.; *ut Lucanus plenae* L.

procedere: i. e. prohibete, servate, ne procedant. Ut (Aen. 10, 532.): *Gnatis parce tuis.* — 96. *Tityre pascentis a flumine reice capellas;* i. e., o Mantua, noli modo velle aliquid agere de repetendis agris. Nam ubi opportunum fuerit, *Ego omnes lavabo*, i. e. purgabo omnes apud Caesarem, cum de Actiaco praelio reversus fuerit. Et bene *in fonte:* ipse enim per amicos Caesaris agrum meruerat recipere, tanquam per rivulos quosdam, nunc autem Mantuanis beneficium dicit se ab ipso Imperatore meriturum. *Reice capellas; reice ca*, proceleusmaticus est pro dactylo: et sic est positus ut (Aen. 5, 432. 11, 809.): *Genua labant.* Item: *arietat in portas.* — 98. *Cogite oves*; in ovilia colligite ut (E. 3, 20.): *Tityre coge pecus. Praeceperit*; praeoccupaverit. Nam naturale est, ut lac augeatur frigore, calore minuatur. — 102. *Vix ossibus haerent;* vix ossa eorum cohaerent. — 103. *Teneros oculus mihi fascinat agnos*; dicit causam maciei, et per transitum, pulchrum se pecus habere significat, quod [utique] meruit fascinari. — 104. *Eris mihi magnus Apollo;* relicto certamine, sibi proponunt aenigmata. Bene autem ait, *Et eris mihi Apollo:* quia in rebus incertis sola opus est divinatione. — 105. *Tris pateat coeli spatium non amplius ulnas; ulna*, proprie est spatium in quantum utraque [ex]tenditur manus. Dicta ulna ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, i. e. a brachiis; unde et λευκώλενος Ἥρη dicitur. Licet Suetonius unum cubitum velit esse tantummodo. Sane haec quaestio varia est. Nam alii dicunt, significare eum sepulcrum Caelii luxuriosi cuiusdam, qui, venditis omnibus rebus et consumptis, tantummodo sibi spatium reservavit, quod sepulcro sufficeret, et voluisse eum errorem facere ex coeli et Caeli similitudine, ut sit: Dic mihi, ubinam sepultus est Caelius, cuius tribus ulnis continetur sepulcrum? Alii vero volunt, puteum significari, qui est in Syene parte Aegypti: quem ad hoc nimiae altitudinis philosophi effoderunt, ut probarent locum illum esse solum, quem recto intuitu Sol irradiaret. Nam octavo Calend. Iul. die, quando in centro suo est Sol, lumine suo tam imam quoque illius putei, quam summam terram irradiat. [Alii dicunt clypeum Aiacis trium ulnarum, in quo expressa coeli forma fuit, alii specum in Sicilia, per quod rapta est a Dite Proserpina, alii mundum in sacro Cereris.] Sed neutrum horum convenit rustico. Unde simpliciter intelligendus est cuiuslibet loci puteus, in quem cum quis descenderit, tantum coeli conspicit spatium, quantum putei latitudo permiserit. [Asconius Pedianus dicit, se Virgilium dicentem audisse, in hoc loco se Grammaticis crucem fixisse, volens experiri, quis eorum studiosior inveniretur, volens intelligi de Caelio Mantuano, ut supra dictum est.] — 106. *Dic quibus in terris inscripti nomina regum Nascantur flores*; quia solvere non potuit, ipse aliam obiicit quaestionem: et captiose *quibus in terris* dixit. Hyacinthus enim ubique nascitur, flos qui natus primo est de Hyacinthi sanguine, postea de Aiacis, sicut (etiam) Ovidius docet. Est autem rubrum quasi lilium, designans primam Hyacinthi literam. Regum autem nomina, non quoniam ipsi

105) Suetonii locum ex eius libro *de vitiis corporalibus* esse credebat Vossius. De re cf. Philargyr. ad h. l.

reges fuerunt, sed quia regum filii, ut (Aen. 6, 28.): *Magnum reginae sed enim miseratus amorem:* cum de Ariadne diceret, Pasiphaes reginae filia. Sane multi volunt *nomina regum* pro *nomine Regis* positum, ut sit quemadmodum illud in Terentio (Eun. 1, 1, 3.): *Non perpeti meretricum contumelias*; cum de una loqueretur. Nam flos iste Hyacinthi tantum, non et Aiacis nomen retinet. Tamen sciendum, aenigmata haec, sicut fere omnia, carere aperta solutione. — 107. *Phyllida solus habeto*; amicam communem; quod plus est, quam esse Apollinem. Nam esse Apollinem impossibile est, quod ille promiserat; hic vero possibilia pollicetur. — 108. *Non*; hic distinguendum est, ut sit sensus: Officii iudicis est, ferre sententiam, non eorum, qui inter se contendunt. Unde male quidam totum iungunt: Non nostrum inter vos tantas componere lites. Nam non negat se facturum esse, quod faciet: iudicaturus enim est, eos esse pares, dicens: Et vitula tu dignus, et hic. *Componere*; finire. Ut (Aen. 1, 374.): *Ante diem clauso componet vesper Olympo*; i. e. finiet. — 109. *Et quisquis amores, aut metuet dulces, aut experietur amaros*; et tu et hic digni estis vitula, et quicunque similis vestri est. Nam supra unus dixerat, Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae. Item alter, Dulce satis humor, depulsis arbutus hoedis, Lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas. Ad cuius amatoris similitudinem pertinet: Aut metuet dulces. Namque hic Menalcas, et amabat, et amabatur: sed tanquam prudens timebat, ne unquam posset amor ille dissolvi. [Et] contra Damoetas amaritudinem amoris expertus fuerat ex amicae Amaryllidis iracundia. *Metuet dulces*; timebit pro dulcibus, ne eos amittat. — 111. *Sat prata biberunt*; aut intelligimus hunc exisse, ut iuberet pueris suis ut arva irrigarent, quod illis cantantibus factum est. Aut, et re vera dicit, rivos claudite. Aut certe allegorice hoc dicit: Iam cantare desinite. Satiati enim audiendo sumus.

ECLOGA IV. 1. *Sicelides Musae paulo maiora canamus*; Asinius Pollio ductor Germanici exercitus cum post captam Salonam Dalmatiae civitatem primo meruisset lauream: post etiam consulatum adeptus fuisset: eodem anno suscepit filium: quem a capta civitate Saloninum vocavit, cui nunc Virgilius genethliacon dicit: quem constat natum risisse statim: quod parentibus omen est infelicitatis, nam ipsum puerum inter ipsa primordia, [i. e., nono die] perisse manifestum est. *Sicelides Musae*; *Sicelides* autem Graecum est. Nam Latine *Sicilienses* facit, i. e. Theocritiae. Nam Theocritus Syracusanus fuit, quem in hoc opere Virgilius imitatur, ut diximus supra. *Paulo maiora canamus*; bene *paulo* dicit. Nam licet haec ecloga discedat a bucolico carmine, tamen inserit ei aliqua apta operi [ergo non *maiora*, sed *paulo maiora*.] — 2. *Myricae*; virgulta sunt humillima [et sterilia, quod vulgo tamaritium dicitur. — 3. *Si canimus sil-*

109) Guelf. I. *et amabat et cupiebat, ne unq.* etc. Guelf. II. *et amabat ne unq.* reliquis omissis.

1) Pro *omen est infel.* Burm. edidit *omen fuit infel.*; nostrum tuentur Guelf. I. R. Vos. Steph. Dan. al.; *omen est felic.* hab. B. et Guelf. II.

vas, silvae sint c. d.; i. e. misceatur illis honos, ut dignae sint consule, i. e. filio consulis Asinii Pollionis.] — 4. *Ultima Cumaei venit iam carminis aetas*; Sibyllini, quae Cumana fuit, et secula per metalla divisit: dixit etiam, quis quo seculo imperaret: et solem ultimum, i. e. decimum voluit. Novimus autem eundem esse Apollinem. Unde dicit: *Tuus iam regnat Apollo*. Dixit etiam, finitis omnibus seculis rursus eadem renovari: quam rem etiam philosophi hac disputatione colligunt, dicentes, completo magno anno, omnia sidera in ortus suos redire, et [re]ferri rursus eodem motu. Quod si est idem siderum motus, necesse est, ut omnia, quae fuerunt, habeant iterationem. Universa enim ex astrorum motu pendere manifestum est. Hoc secutus Virgilius dicit, reverti aurea secula, et iterari omnia, quae fuerunt. — 5. *Ab integro;* [vel] denuo [vel ab initio. *Cato* de suo consulatu: *Omnia ab integro paranda erant.*] *Seclorum;* synaeresis est, pro *seculorum*, [et seculum quidam centum annorum definiunt, quidam centum decem. Horatius (Carm. Secul. 21.): *Certus undenos decies per annos.*] — 6. *Iam redit et virgo;* Iustitia quae Erigone fuit, [filia Themidis, dum inter homines versaretur, propter eorum scelera terras reliquit, quam ideo virginem dicunt, quod sit incorrupta iustitia.] Et permiscet laudes tam pueri, (quam) Pollionis, quam (et) Augusti. Nam felicitas temporum ad Imperatoris pertinet laudem. [*Saturnia regna;* aurea secula, quia Saturnus aureo seculo regnasse dicitur.] — 7. *Iam nova progenies coelo demittitur alto*; ut videantur homines non ex mortalibus nati, sed ex numinibus, et quasi (e) coelo lapsi. Et hinc coniicit fore aurea secula, quod Augustus imperat: [vel] quod talis natus est puer, [vel] quod consul est Pollio, [unde est: *te consule inibit*] — 8. *Quo*; [deest] *nascente*. Nam hoc dicit: fave ei Lucina, cuius ortus secula immutabit, aureis scilicet ferrea. — 10. *Casta fave Lucina*; modo [Lucinam] Dianam accipimus. Sic Horatius (l. I. 15.): *Sive te Lucinam probas vocari, seu te penitus Iunonem.* Terentius (Andr. 3, 1, 15.) Iunonem Lucinam dicit: ut: *Iuno Lucina fer opem*, cum tamen ambae unum sint. [Sane hic Dianam, Lucinam non immerito designat. Prior enim genita parturienti matri Apollinem, tulisse auxilium dicitur: Nigidius *De Diis* lib. IV.: *Quidam deos et eorum genera temporibus et aetatibus, inter quos et Orpheus, primum regnum Saturni, deinde Iovis, tum Neptuni, inde Plutonis, nonnulli etiam, ut magi, aiunt, Apollinis fore regnum.* 'In quo videndum est, ne ardorem (sive illa ecpyrosis appellanda est) dicant. Quidam hoc loco: *Casta fave Lucina, tuus iam regnat Apollo,* Octaviam sororem Augusti significari, adfirmant, ipsumque Augustum Apollinem.] *Tuus iam regnat Apollo*; et ultimum seculum ostendit, quod Sibylla Solis esse memoravit: et tangit Augustum, cui simulacrum factum est cum Apollinis cunctis in-

10) In versu Hor. pro *te* al. hab. *tu;* Steph. om. pronom. Dein *genitalem* legisse fortasse Servium suspicatus est Voss. Apud Hor. est: Sive tu Lucina probas vocari seu genitalis; *vocari*, reliquis omissis, hab. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph. Vid. Muncker. ad Alberic. c. 7. — In vv. Terent. post *opem* ita pergunt Guelf. I. et II. L. R. V. Vos. et al.: *serva me obsecro* (codd. Guelf. *S. m. o.*). *tamen a. u. sunt.* — Vv. *Sane* - - *Apollinem* om. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph. et al.

signibus. — 11. *Inibit*; inchoabit, exordium accipiet: aureum scilicet seculum, [et ideo *inibit*, non *iniit*, quia consul designatus erat. Quidam Saloninum, Pollionis filium, accipiunt. Alii Asinium Gallum, fratrem Salonini, qui prius natus est, Pollione consule designato. Asconius Pedianus a Gallo audisse se refert, hanc eclogam in honorem eius factam.] — 12. *Incipient magni procedere menses*; illud tangit, quod Iulius et Augustus menses in honorem Caesaris et Augusti acceperunt nomina. Nam antea Quintilis et Sextilis dicti sunt. Et hoc etiam trahit ad argumentum aurei seculi. [Possumus et *magni* pro *pulchri* accipere, i. e. aurei seculi.] — 13. *Te duce*; vel Augusto, vel Pollione, vel Salonino [auctore]. *Sceleris vestigia nostri*; bene nullum vult esse praesentium temporum vitium: sed reliquias dicit esse superioris aetatis. Sic in Georgicis (1, 510 sqq.) cum laudaret Augustum, et carperet tempora, dicens: *Vicinae ruptis inter se legibus urbes Arma ferunt: saevit toto Mars improbus orbe*; intulit: *Fertur equis auriga, neque audit currus habenas:* ut ostenderet, tantas esse reliquias praeteritorum malorum, ut ne ab optimo quidem rectore sedari posse viderentur. Vestigia autem scelerum dicit bella civilia, quae gessit Augustus contra Antonium apud Mutinam: contra L. Antonium, fratrem Antonii, apud Perusium: contra Sextum Pompeium, filium Pompei, in freto Siciliensi: contra Brutum et Cassium in Thessalia: contra Antonium et Cleopatram in Epiro apud Actium promontorium [iuxta Leucaten]. — 14. *Irrita*; ad nihilum deducta vestigia, et non dicit: *Iam irrita solvent terras formidine:* sed: *fient irrita, et solvent terras formidine. Perpetua* autem est *longa*. — 15. *Ille Deûm vitam accipiet*; sicut supra artificiose laudem confundit, ut possit esse communis, nam ad quemvis potest referri. *Ille*; vel ad Augustum, vel ad Saloninum. — 17. *Pacatumque reget patriis virtutibus orbem*; vel Augustus Caesaris, vel Saloninus Pollionis virtute pacatum orbem tenebit. Et mira laus utriusque est, et eius qui pacavit, et qui pacatum tuetur. — 18. *At tibi prima puer nullo munuscula cultu*; rhetorice digesta laudatio. Non enim improvide in principio universa consumpsit, sed paulatim fecit laudem cum aetate procedere. *Munuscula*; bene in rebus minoris aetatis usus est diminutione: [ut *nullo cultu*, i. e. inarata, sed sua sponte nata.] — 19. *Errantes hederas passim cum baccare tellus*; passim vagantes. Unde antiqui lyrici dixerunt: *flexipedes hederas:* quod hac atque illac vagantur. Mire autem puerum laudat ex ipsis muneribus. Nam hedera indicat futurum poëtam: ut (Ecl. 7, 25.): *Pastores hedera nascentem* (codd. Burm. *cresc.*) *ornate poëtam*. *Baccar* vero

13) Dan. *Vel Auguste, vel Pollio, vel Salonine, i. e. auctore.* Haec deerant Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph.; Vossius: *vel A. v. P. v. Salonino duce, i. e. auctore.* Mihi, siquidem Vocativi casus bene se habent, legendum videtur: *Te: Vel Auguste vel Pollio, vel Salonine. Duce, i. e. auctore.* — In versu Virg. L. *saevit una imp. urbe*; R. B. *tota m. imp. urbe*; al. *impius.*

14) Post *longa* Burm. addita habet haec: [immo, solvent perpetua formidine, i. e. solvent formidine in perpetuum.] — quae desunt Mss. Steph. Dan. et al. — Ad vers. 16. Burm. hab.: [*Illis.* Deest *ab*, i. e. ab illis.] quae desunt Guelf. I. II. B. L. R. V. Vos. Steph. Dan.; in fine v. 17. post v. *tuetur* Dan. et al. add.: *vel certe patriis illis, deest ab, i. e. ab illis.*

herba est, quae fascinum depellit. Ut (7, 27): *Baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.* Per quod pulchrum indicat puerum. — 20. *Ridenti acantho*; laeto, [suavi, iucundo, fulgenti. ut [Horat. (Carm. 4, 11): *Ridet argento domus*; vel quod hians et patens nascitur]: et est herba, quae in Aegypto nascitur. [*Colocasia*; hanc herbam videtur in honorem Augusti dixisse, quae Romae, post devictam ab eo Aegyptum innotuit: et dicendo *fundet* abundantiam floris ostendit.] — 21. *Ipsae lacte domum referent*; quid enim est aptius infantibus lacte? Et [magna] laus in hoc est, quod ait: *Ipsae referent*, [i. e. sua sponte.] — 22. *Nec magna metuent armenta leones*; bona usus est moderatione, dicens: Erunt quidem magni leones: sed minime armentis nocebunt. — 23. [*Blandos*; iucundos, ut puero.] *Cunabula*; lectuli, in quibus infantes iacere consueverunt: vel loca, in quibus nascuntur, quasi cynabula. Nam κύειν est Graece [praegnantem esse et] eniti [i. e. parere.] — 24. *Et fallax herba veneni*; non cicutam dicit, quae omnibus nota est: sed illam sardonicam, quae apiastro similis homines decipit: vel aconita: ut (Georg. 1, 152): *Nec miseros fallunt aconita legentes* (codd. Burm. *legentis*). — 25. *Assyrium vulgo nascetur amomum*; amomum herba est suavissimi odoris, quae tantum in Assyria nascitur. *Vulgo*; passim, [omnibus locis.] — 26. *Heroum laudes et facta parentis*; epexegesis si sit, melior sensus est: Quae erunt heroum laudes, tui virtutes parentis [et bono ordine primo poëtas, deinde historicos, deinde philosophos legendos dicit. — 27. *Iam legere*; i. e., cum coeperis imbui studiis liberalibus.] *Quae sit poteris cognoscere virtus*; accessu [enim] aetatis quanta sit virtus agnoscitur, et cuius gloriae. — 28. [*Molli*; fertili. *Flavescet*; albescet. *Arista*; seges inculta, quae a nullo colitur. — 29. *Incultisque r. p. s. u.*; i. e. ubique sit uva. *Rubens*; matura. *Sentibus*; spinis, et asperis frutetis. — 30. *Et dur. querc.* etc.; i. e. quae hodie roscida, olim quercus sudabunt. *Sudabunt*; defluent. *Roscida mella*; i. e. fragrantia.] — 31. *Suberunt vestigia*; i. e., erunt, sed latenter: et bene: *Priscae fraudis*; ad suorum temporum excusationem: sicut supra diximus. [Aut fraudem pro solertia posuit.] — 32. *Quae tentare Thetin ratibus, quae cingere muris Oppida*; a sequentibus ostendit praecedentia: quae vitavit, quasi laudi incongrua. Nam per navigationem ostendit fore avaritiam, quae homines navigare compellit. Per *muros* bella significat; per agriculturam famis ostendit timorem. — 34. *Alter erit tum Tiphys*; [vel re vera Tiphys, vel quasi Tiphys Argonautarum gubernator. Sane] specialia pro generalibus ponit. Nam per Tiphyn quemcunque gubernatorem accipimus: per Argo, quamcunque navem: per Troiam quamcunque civitatem: per Achillem quemcunque virum fortem. Videtur tamen hic locus dictus per ἀποκατάστασιν, i. e. per omnium rerum revolubilitatem, ex siderum ratione venientem, ut diximus supra. [Sane fabula de hoc gubernatore talis est: Pelias cum accepisset responsum ab Apolline, fore ut ab eo

20) Vv. *Colocasia* - - *ostendit* om. codd. et Steph.; Vossius et Heins. malebant: Haeec herba videtur in honorem Augusti crevisse, quae R. p. d. ab eo A. innotuit primum.

privaretur regno et vita, qui altero pede nudo ei sacrificanti occurrisset, forte vidit Iasonem nudo pede venisse, qui dum Iunonem, transmutatam in anus speciem, credens mortalem petentem per vadum fluminis transferret, alteram ex caligis in limo amiserat. Igitur Pelias metuens ex responsis fata, iussit eum Colchos proficisci ad petendam auream pellem arietis, qui Phrixum et Hellen Colchos pertulerat; qui fabricata navi, quam ab Argo fabricatore Argo appellavit, contractaque iuventute Graeciae, Tiphyn habuit gubernatorem. Sane quidam Argo a celeritate dictam volunt, unde verso in Latinum verbo *argutos* celeres dici. Socii vero Iasonis *Minyae* appellati sunt, vel ab agro huius nominis Colchorum (Voss. *Iolcor.*), vel quod multi ex quadam Minya nati Iasoni se coniunxerint, vel quod Minya Iasoni materna avia fuerit: qui autem cum Iasone profecti sint, apud eos, qui de fabulis scripserunt, plenius invenitur. — 35. *Heroas;* quidam a terra dictos volunt, quod terra ἔρα dicta sit, unde initio nati creduntur homines, qui nomen a matre traxerunt. — 37. *Te fecerit aetas*; aetas hoc loco modum annorum significat, ut (Georg. 3, 61.): *Aetas Lucinam iustosque pati hymenaeos:* nam subdidit: *Desinit ante decem, post quatuor incipit annos*, alias pro tempore posita, ut (Aen. 1, 284.): *Veniet lustris labentibus aetas.*] — 38. *Cedet et ipse mari vector;* necessario; siquidem *Omnis feret omnia tellus*; navigatio enim ex mercimonii (terrae) ratione descendit. [Sane *vector* tam is qui vehitur, quam qui vehit dicitur, i. e. et nauta et mercator. *Mutabit merces* quia antiqui res rebus mutabant.] — 42. *Discet mentiri lana colores*; cum enim tingitur, mentitur alienum colorem. — 43. [*Ipse sed in pratis aries* etc.; hoc in honorem vel laudem Augusti refert. Traditur enim in libris Etruscorum, si hoc animal miro et insolito colore fuerit infectum, omnium rerum felicitatem imperatori portendi. *Ipse* autem quod addidit, non vacat: nam sunt quaedam pronomina, quae addita nominibus faciunt dignitatem, ut: *ipse modo Aenea et Turnus ego.* Sane in Numae legibus cautum est, ut si quis imprudens occidisset hominem, pro capite occisi et natis eius in cautione offerret arietem. Ergo hic bene videtur arieti dignitatem dare, dicendo *ipse*, qui oblatus homicidam crimine homicidii possit exsolvere. *Iam;* significat *modo.*] — 44. *Murice*; cochlea [similis conchiliis,] unde tingitur purpura. *Mutabit;* tinget, inficiet per naturam. *Luto croceo;* colore rubicundo, et est Hypallage, pro croco luteo. Nam crocum lutei coloris est. Unde et *aluta pellis* [alba per naturam.] — 45. *Sandyx;* herba est, de qua sandycinus tingitur color. — 46. [*Talia secla suis dixerunt currite fusis;* ordo est: Talia secula currite, fusis suis Parcae dixerunt. *Currite*; volvite. Melius est *currite* imperativum esse modum: ut sit sensus: Dixerunt Parcae concordes, suis fusis, i. e. vaticinationibus, currite talia secla: hoc ordine et eventu

43) Pro *cautione* al. *comitio*, s. *contione*. Hoc probat Duker.

45) In fin. Steph. et al. add.: quam Varanam rustici dicunt.

46) Post v. *volvite* Steph.: Quidam volunt *curritas* dici vates deas, quae fusis suis, i. e. vaticinationibus, ordinent cuncta et praedicant futura, et esse Graecum nominativum. *Currite*. melius tamen est etc.

vestro estote. — 47 *Stabili*; hic immutabili et semper manenti. *Fatorum numine; fata* dicta a *fando:* quia, quae Parcae dixerunt, haec credebantur evenire mortalibus. Numine autem, i. e. potestate, divinatione, ac maiestate. *Parcae;* quae et furiae infernales; dictae Parcae κατ' ἀντίφρασιν, quia nulli parcunt.] *Concordes stabili fatorum numine Parcae;* nam et quod una dixerit, duae sequuntur: et fixa sunt statuta fatorum, Horatius (Carm. Secul. 26.): *Quod semel dictum est, stabilisque rerum Terminus servet.* — 49. *Iovis incrementum;* nutrimentum, et est vulgare, quod bucolico congruit carmini. — 50. *Nutantem mundum;* nutat, praesentibus malis [sicut post laetari illum dicit: laetus est, bonis futuris [et bene quasi renascentem describit. Sane Iovem merito puerorum dicunt incrementa curare, quia cum pueri togam virilem sumpserint, ad Capitolium eunt. Nam et in VIII. (615.) Ascanius in Numanum intendens sagittam, Iovem magis invocavit: *Iuppiter omnipotens audacibus annue coeptis.*] *Convexo;* curvo, inclinato. — 51. [*Tractus;* a magnitudine dictum accipitur et bene per haec omnia mundum divisit.] — 53. *O mihi tam longe maneat pars ultima vitae;* utinam possim frui vita longissima: et habere tantum spiritum quantus possit sufficere ad tuae virtutis commemorationem. — 55. *Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus;* genestili se[se] Orpheo, vel Lino meliorem fore commemorat. Nam non sibi arrogat: sed hoc dicit: Tanta est materia tuae laudis, ut etiam humile ingenium in ea [re] supra omnes possit excellere. — 56. *Lino;* Linus vero cum nomen hominis dicimus, *Li* brevis est. Statius (Theb. 6, 64.): *Medio Linus intertextus acantho.* Cum [autem] linum dicimus, filum significantes, *Li* longa est, cum producatur apud Graecos. [Linus Apollinis et Psamatis filius, qui theologiam scribit. *Adsit;* pro faveat. — 57. *Calliopea;* Graeca declinatio.] — 58. *Pan etiam;* redit ad numina rustica: nam satis excesserat dicendo Linum poëtam, [et] Orphea theologum. — 59. *Arcadia iudice;* quae ei favet, ubi colitur. — 60. *Risu cognoscere matrem;* alludit ad id, quod factum est: et rem naturalem ait. Sicut enim maiores [natu] se sermone cognoscunt: ita infantes [parentes] risu se indicant agnoscere. Ergo hoc dicit: Incipe parentibus arridere: et eis spe omnis boni detrahere solicitudinem: ut et ipsi tibi arrideant. — 61. *Tulerunt;* alii *abstulerint* legunt, ut sit: Si riseris, abstulerint decem menses matri tuae longa fastidia. Matri enim decem menses attulerunt longa fastidia. [Quia praegnantes solent fastidia pati. *Decem menses;* quia mares in decimo nascuntur mense, feminae vero in nono.] — 62. *Cui non risere parentes, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est;* sicut Vulcano contigit: qui cum deformis esset, et Iuno ei minime arrisisset, ab Iove est praecipitatus in insulam Lemnum. Illic nutritus ab Sintiis, cum Iovi fulmina fabricasset, non est admissus ad epulas deorum. Postea cum rogaret ut vel Minervae coniugium sortiretur, spretus ab ea est. Unde divinos honores non meruit, ad quos [aut] per convivium numinum, aut per coniunctionem venitur dearum. Hinc est, quod Iunoni agit in primo Aeolus gratias, quod per

47) In versu Horat. est omitt. Steph. Dan.

eius beneficia divinos honores meruit, ut (Aen. 1, 79.): *Tu das epulis accumbere divûm.* [Alii dicunt, quod, cum Vulcanus parentes suos diu quaereret, nec inveniret, sedile fecit tale, ut cum (Duker. *in*) eo qui sedisset, surgere non posset, in quo cum adsedisset Iuno, nec posset exsurgere, Vulcanus negavit se soluturum omnino, nisi prius parentes suos sibi monstrasset, atque ita factum est, ut in Deorum numerum reciperetur. Sane *nec Deus hunc mensa*; alii ita intelligunt, quasi tam cito extinctus sit, ut nec Veneri nec Libero potuerit operari. Proinde nobilibus pueris editis in atrio domus Iunoni lectus, Herculi mensa ponebatur. *Non deus*, i. e. Iuppiter. *Nec dea*; i. e. Minerva.]

ECLOGA V. [Menalcas Virgilius hic intelligitur, qui obitum fratris sui Flacci deflet: vel, ut alii volunt, interfectionem Caesaris. *Mopsus* vero Aemilius Macer Veronensis Poëta, amicus Virgilii.] — 1. *Cur non Mopse, boni*; inducuntur duo amici pastores canere ad delectationem: Unde et se laudant et sibi invicem cedunt. *Boni* autem, docti. Et figurate ait, boni ambo, i. e. *Tu calamos inflare levis*; [*calamos* aut *leves versus* i. e. subtiles, sed melius est *tu calamos leves, ego dicere versus. Boni dicere* autem Graecum est; ita Graeci ἀγαθὸς πολεμίζειν. *Dicere* esse pro *canere*, ut Horat. (Carm. 1, 21.): *Dianam tenerae dicite virgines*, ponitur et pro *nominare*, ut (Aen. 1, 533.): *Italiam dixisse ducis de nomine gentem.*] — 3. *Hic corylis mixtas inter consedimus ulmos*; ordo est: Cur non Mopse hic consedimus inter ulmos mixtas corylis, scilicet, ut canamus. Sane *inter* praepositio, quia postposita est, mutavit accentum, sicut *Circum.* — 4. [*Tu maior*; i. e. vel natu, vel merito.] — 5. *Sive sub incertas Zephyris motantibus umbras*; dicit quidem verecunde, se illi obtemperare debere; ostendit tamen, quid sibi placeat. Nam ex ipsa laude antri, et ex arborum vituperatione, quarum incertas umbras [esse] dicit, ostendit suam sententiam esse meliorem. Incertae autem umbrae sunt et ex solis circuitu, et ex mobilitate ventorum, quod ipse etiam dicit: *Zephyris motantibus umbras.* [Sane *succedimus* et dativo et accusativo casibus secutus tam veterem, quam nostram consuetudinem suo more iungit, sive *umbras succedimus*, sive *antro*, cum alibi secutus tantum antiquos, dativo tantum *succedere* iunxerit (Aen. 8, 123.): *Ac nostris succede penatibus*, et (7, 501.): *Successitque gemens stabulis.* Sallustius tamen succedere accusativo iunxit, sed ubi prope significat: *Cum murum hostium successisset, poetas dederat:* hoc est, cum prope murum accessisset. *Succedere* autem idem significat, quod est subire, i. e., penitus intrare.] — 7. *Labrusca*; vitis agrestis: quae, quia in terrae marginibus nascitur, *labrusca* dicta est, a labris et extremitatibus terrae, [vel quod sapore acerbo labra laedat.] — 8. *Montibus in nostris*; ac si diceret, in hoc territorio. *Tibi certet*; usurpatum est. Nam hodie *certo tecum* dicimus. [*Amyntas*; Cornificius per ironiam dicitur.] — 9. *Quid, si idem certet Phoebum superare canendo*; offensus comparatione inferioris, hoc dixit: licet non

5) Inter fragmenta libri VI. Sallustii fragmentum retulerunt. Ex Arusiano inter fragmenta libri III. profertur: *muros successerant:*

amare Menalcas dixerit: *Solus tibi certet Amyntas:* quod tamen quia hic aspere accepit, ille paulo post curat, dicens: *Lenta sa lix quantum pallenti cedit olivae.* — 10. *Phyllidis ignes;* Phyl lis [Sitonis filia] regina Thracum fuit. Haec Demophoontem Thesei filium, regem Atheniensium, redeuntem de Troiano prae lio dilexit, et in coniugium suum rogavit. Ille ait, ante se ordi naturum rem suam: et sic ad eius nuptias reversurum. Profe ctus itaque cum tardaret: Phyllis et amoris impatientia, et dolo ris impulsu, quod se spretam (esse) credebat, laqueo vitam fini vit, et conversa est in arborem amygdalum sine foliis. Postea reversus Demophoon, cognita re, eius amplexus est truncum quae, velut sponsi sentiret adventum, folia emisit. Unde etiam φύλλα sunt dicta a Phyllide, quae antea πέταλα dicebantur. Si Ovidius in Metamorphoseon libris. — 11. *Aut Alconis laudes* hic Cretensis sagittarius fuit, [comes Herculis, ita peritus, u ictus eius non falleretur. Namque positos supra capite hominum anulos traiiciebat, capillos spiculis sagittarum rumpebat, sagitta sine ferro positis ex adverso gladiorum lancearumve mucronibus findebat.] Cuius cum filium draco invasisset, tanta arte direx sagittam, ut, ea currens in serpentis defigeretur vulnere, non transiret in filium. *Iurgia Codri;* Codrus dux Atheniensium fu qui orto bello inter Laconas et Athenienses, cum respondisset oraculum, illos posse vincere quorum dux [ab hostibus fuisset occisus, et hostes scientes a Codro abstinerent,] (perisset) ha bitu humili profectus est ad hostium vicina tentoria: et illic iu gio eos in suam caedem instigavit: et a nullo agnitus, fecit fi cum oraculo; [nam Athenienses eo praelio vicerunt.] — 13. *Cortice fagi;* ubi enim debuit magis rusticus scribere? — 14. *Modulans alterna;* secundum rhythmum componens. *Alterna* autem, varia, propter musicam: cuius sonus varius invenitur ex pedum dissimilitudine. Significat autem, cantaturum se epicedion et epitaphion. Nam *epicedion* est quod dicitur cadavere nondum sepulto. Ut: *Extinctum nymphae crudeli funere Daphnin.* *Epitaphion* autem post completam sepulturam dicitur, ut: *Daphnis ego in silvis hinc usque ad sidera notus.* — 16. *Lenta salix quantum pallenti cedit olivae;* rusticis utitur comparationibus. *Salix* autem vilissima est arbor, olivae comparatione. — 17. *Saliunca;* herbae genus, quam *orcitunicam* vulgo vocant. [*Rosetis;* ubi rosae nascuntur.] — 18. *Iudicio nostro;* ac si diceret: Quid alii sentiant, videris, [et bene satisfecit, in quo reprehensus est, quod Mopso Amyntam comparasset. — 19. *Desine;* omitte, ut: *Desine Menalios.* Sallustius: *Bellum quibus posset conditionibus desineret.*] — 20. *Extinctum nymphae crudeli funere Daphnin;* multi dicunt simpliciter hoc loco defleri Daphnin quendam pastorem, [quem mater sua compressa a Mercurio, et enixa abiecit, hunc Pastores invenerunt inter lau-

10) Vv. *Sitonis filia* om. Guelf. I. II. B. L. R. V. Vos. Steph. Phyllis Lycurgi et Crustumenae filia, ut ait Lutatius, sive alius, qui argumenta Ovidii composuit. *Voss.* — Post v. *arborem* Burm. addit: (*sui nominis i. e.,*) quae vv. om. Guelf. I. II. B. L. V. R. Vos. et Edd. al. (Dan.). Ante v. conversa Guelf. I add. *nnf'atione* (informatione) *deorum.*

19) Steph. et al. *Cessa te excusando et alia dicendo et subauditur obtendere ve dicere;* reliquis omissis. Sallustii fragm. v. Histor. 6, 21. Wass.

ros, Daphnin vocaverunt: quem Pan musicen docuisse dicitur, qui cum et venationis et musices peritissimus esset, adamatus a nympha est, qui etiam iureiurando adstrictus est, ne cum alia concumberet. Hic dum boves persequitur, ad regiam pervenit, et ob pulchritudinem appetitus, cum regis filia consuetudinem miscuit, hoc cum nympha rescisset, luminibus eum orbavit. Ille auxilium patrem Mercurium invocavit, qui eum in coelum rapuit, et in eo loco fontem elicuit, qui Daphnis vocatur, apud quem quotannis Siculi sacrificant.] Alii dicunt significari per allegoriam C. Iulium Caesarem, qui in senatu a Cassio et Bruto viginti tribus vulneribus interemptus est. Unde et: *Crudeli funere* volunt dictum. [Sed si de C. Caesare dictum est, multi per matrem, Venerem accipiunt: per leones et tigres, populos, quos subegit: per thiasos, sacra, quae Pontifex instituit: per formosum pecus, populum Romanum.] Alii volunt Quintilium Varum significari cognatum Virgilii, de quo etiam Horatius (Carm. 1, 24.): *Ergo Quintilium perpetuus sopor urget.* Tamen *crudeli funere*, ad quemvis potest referri. [Quidam dicunt Virgilium fratris sui Flacci mortem deflere.] — 21. *Vos coryli testes, et flumina nymphis;* bene testimoniis utitur in rebus incredibilibus. Nam fletum facile dearum persona non recipit. Et bonis usus est gradibus: fleverunt nymphae, quibus insita est naturaliter pietas: homines, ad quos mortalis pervenit dolor: pecudes, quae licet ratione careant, tamen non carent sensu. Ferae: crudelitate gaudentes. Quam rem rursus, quia incredibilis est, testimonio comprobat, dicens: Hoc et montes loquuntur et silvae. Quod autem ait: *coryli testes, et flumina*, usurpatum est. Nam *testes flumina* non dicimus. Quae enim in *is* exeunt, neutrum in *e* mittunt, ut *agilis agile*. Sed nec *hoc teste*, nec *haec testia* possumus dicere. Unde per definitionem debemus dicere: testes mihi sunt; quae res? coryli et flumina. Sic Horatius (Carm. 4, 4. 38.): *Testis Metaurum flumen.* Propert. (2. Eleg. 9.): *Testes sunt sidera nobis.* — 22. *Cum complexa sui corpus miserabile nati;* lugentium est, ut [et] corpori inhaereant. — 23. *Atque deos atque astra vocat crudelia;* [per quae hominum fata moveri, atque impleri vel mutari putabant.] Quae acceleraverunt Daphnidis mortem. — 25. *Nulla quadrupes;* *hic* et *haec quadrupes* dicimus: [ut ipse] alibi (Aen. 7, 500.): *Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.* — 28. *Montesque feri, silvaeque loquuntur;* hyperbolice dixit. Et notandum, quod, cum diceret eius apotheosin, e contra laetitiam rebus omnibus dat, quas nunc in moerore fuisse memoravit. — 29. *Daphnis et Armenias curru subiungere tigres instituit;* hoc aperte ad Caesarem pertinet: quem constat primum sacra Liberi patris transtulisse Romam. *Curru;* pro *currui.* — 30. *Thiasos;* saltationes, choreas. *Liberi* i. e. liberalia. [Sunt enim thiasi coetus virginum atque puerorum bacchantium plangentibus Nymphis. Dicunt etiam thiasos esse hastas variis sertis indutas, quibus bacchae mulieres in sacris Liberi patris utebantur.] — 32. *Vitis ut arboribus decoris est;* [bene, ut pastores, similitudines de rebus agrestibus sumunt.] Locus Theocriti est (Id. 8, 79.). — 34. *Tuis;* sic tu es Romanis Caesar: sic pastoribus Daphnis. — 35. *Pales;* dea pabulorum, [dea pastoralis.] Apollinem autem

νόμιον dicit, i. e. pastoralem. Nam Admeto regi pavit armenta. Et hoc dicit: Nec pabula nascentur, nec pecora. — 35. *Grandia hordea*; usurpative metri causa dixit. Nam triticum, hordeum, vinum, mel, numeri tantum singularis sunt. Unde plurali in prosa uti non possumus. Vina tamen possumus dicere Ciceronis exemplo, qui ait in Praetura (in Verr. 1, 36.): *Vina, ceteraque quae in Asia facile comparantur.* [*Mandavimus*; commendavimus vel seminavimus. Et recte dicitur *reddituris.*] — 37. *Infelix lolium*; inutile, infoecundum, [quia, qui lolium manducant, coecitatem patiuntur.] *Steriles* autem avenas secundum situm Italiae dixit. Nam in Thracia fructuosae sunt. Haec autem dicit contingere, ut ostendat terram quoque dolere Daphnidis mortem. — 38. *Purpureo narcisso;* [duo *ὁμοιοτέλευτα*, et purpureo nunc specioso. — 39. *Carduus;* spinae genus.] *Paliurus;* herba asperrima et spinosa, [vel ut quidam volunt, spina alba.] — 40. *Spargite humum foliis*; i. e. implete. Ut (Aen. 11, 191.): *Spargitur et tellus lacrymis, sparguntur et arma.* Et dicit ornandum esse locum sepulcri ex voluntate defuncti. *Inducite fontibus umbras*; facite nemora circa fontes. Et hoc ideo, quia, ut diximus, heroum animae habitant vel in fontibus, vel in nemoribus. Ut (6, 673.): *Lucis habitamus opacis, Riparumque toros, et prata recentia rivis Incolimus.* — 42. *Superaddite carmen;* duos versus carmen vocavit: Nec mirum: cum etiam de uno carmen dixerit: ut (Aen. 3, 387.): *Et rem carmine signo: Aeneas haec de Danais victoribus arma. Daphnis ego in silvis, hinc usque ad sidera notus*; in silvis notus, et hinc usque ad sidera. — 44. *Formosi pecoris custos, formosior ipse;* si ad Caesarem referas, hoc dicit: Boni populi, optimus imperator. — 45. *Tale tuum carmen;* laudant se invicem, ut diximus supra, [et *tale*, deest *videtur*, vel aliud quid.] — 46. *Quale sopor;* qualis res, ut (Ecl. 3, 32.): *Dulce satis humor.* [*Fessis;* fatigatis labore.] — 48. *Nec calamis solum aequiparas, sed voce magistrum*; videtur allegoria quasi ad Theocritum et Virgilium respicere: hinc est: *Tu nunc eris alter ab illo.* [Fabula de Calamo talis est. Veteres Zephyro vento unam ex Horis coniugem adsignant, ex qua et Zephyro Carpon filium pulcherrimi corporis editum dicunt. Quem cum Calamus Meandri fluvii filius amaret, a Carpo mutua vice etiam ipse adamatus est. Sed Carpos cum in Meandrum fluvium cadens esset extinctus, Calamus patrem propter hoc scelus aversatus aufugit, rogavitque Iovem, ut finem suis luctibus daret, sibique mortem praestaret, ut amato post obitum iungeretur; quem miseratione Iuppiter ductus in harundinales calamos verti iussit, qui semper circa oras fluminum nasci solent, Carpon vero in fructus rerum omnium vertit, ut semper renasceretur. — 49. *Eris alter ab illo;* i. e., tu solus post illum bucolicum carmen scribis.] — 50. *Quocunque modo;* prout possumus. Et dicit se Daphnidis dicturum apotheo-

39) Paliurum esse fruticem, non herbam, ait Salmas. Exercitt. Plin. p. 370. 729.

40) In versu Virg. vv. *sparg. et arma* om. B. L. R. Vos. Steph.; *asperguntur et arma* edidit Dan. —

50 Ad hunc versum cod. L.: *Nos tamen haec. Adversativa est superiori loco, cum dicitur: Tale tuum carmen n. d. p. quoniam extenuat sua*

n, ut: *Daphninque tuum tollemus ad astra.* Tuum, i. e. quem u] diligis. [Tollemus ad astra, quia ἀποθέωσιν eius dicturus st.] — 53. *An quicquam nobis tali sit munere maius*; si amiam laudaveris. — 54. *Et puer ipse*; modo Daphnin intelligimus. Nam Caesar non puer occisus, sed maioris aetatis. — 55. *im pridem Stimichon laudavit carmina nobis*; ac si diceret: io esse optima, quae dicturus es: frustra ea verbis extenuas; uia ille supra verecunde dixerat: Quocunque modo tibi [nostra] cissim. [Quidam per Stimichonem Maecenatem accipiunt, nonılli Stimichonem patrem Theocriti dicunt.] — 56. *Candidus isuetum*; i. e. deus. Unde econtra, *nigros* mortuos dicimus. ignificat benignos et bonos, sicut econtra, *malos* nigros dicius.] Horatius (Serm. 1, 4, 85.): *Hic niger est, hunc tu Roane caveto.* [Saepe tamen candidum pro pulchro ponit, ut en. 5, 571. 8, 138.): *candida Dido*, et: *candida Maia. Inetum miratur limen Olympi*; quasi novus Deus, et quibusdam detur per allegoriam Caesarem dicere, qui primus divinos nores meruit, et divus appellatus est.] — 57. *Sub pedibusque det nubes et sidera Daphnis*; meritum eius ostendit, qui sumos circulos, et coeli secreta conscendit. — 58. *Ergo alacris lvas* etc.; quae superius occupaverat moeror, [quod ad sidera iit, nam supra ait,] (ut): *Ipsa Pales agros, atque ipse reliit Apollo.* [Antiqui autem *ergo* pro *merito* dicebant, sicut hic cipitur. Plautus in Persa (1, 1, 23.): *Satin' tu usque valuii? haud probe: Ergo edepol palles.* Item in milite (1, 1, 61.): *iccine Achilles est, inquit mihi, immo eius frater inquam t: Ergo mecastor pulcher.*] — 59. *Panaque pastoresque tenet*; e., [habet,] moratur, amplectitur. — 60. *Nec retia cervis lla dolum meditantur*; adeo placet simplicitas Daphnidi, ut iam ille dolus, qui voluptati antea fuerat, conquiescat: scilicet mationis, et est Hyperbole. — 63. *Intonsi montes*; silvosi, inedui. — 64. *Deus, deus ille Menalca*; hoc [con]sonant: *Deus us est Daphnis*; [quasi vox Silvarum sit. Et multi sic distinunt: Ipsa arbusta sonant Deus, et subiungunt, deus ille Menalca, ut sit sensus: si enim rupes et arbusta deum dicunt, deus t o Menalca.] — 65. *Sis bonus, o felixque tuis*; pastoribus, Daphnin accipimus: si Caesarem, bene ait tuis. Suis enim ercussoribus nocentissimus fuit. Nam Augustus eius filius omnes t persecutus. *Felix* autem propitius: ut (Aen. 1, 330.): *Sis lix, nostrumque leves quemcunque laborem.* Item e contra mo (7, 309.): *Quae potui infelix*, i. e. irata. Deos enim vel lices vel infelices ex rebus, quas praestant, vocamus. — 66. *n quatuor aras* etc.; feci, inquit, aras quattuor: tibi o Daphni nas, et duas aras Apollini, quae sint altaria. Novimus enim ras et diis esse superis et inferis consecratas: *Altaria* vero esse

carmina, i. e., deponit et humiliat. Quocunque etc. — Post v. *apotheosin*, quod Graece scriptum habet, Burm. add.: [translationem scilicet, pertinentem ad divinitatem ipsius,] cum hac annotatione: *I. e., relationem in Deos, sc. pert. ad divinitatem, cum homines inter Deos commemoramus* Steph. Edd. al.; sed desunt codd.

58) Pro *et caet. rura vol.* B. L. R. Vos. *omnia tenet vol.* — In versu Plaut. pro *inquit* Vossius legebat *inqui.* Tum pro *mihi* vulgo: *tibi.*

superorum tantum deorum: quae ab altitudine constat e minata; quae nunc dat Apollini quasi deo: Daphnidi ve ponit. Nam licet eum dixerit deum, tamen mortalem manifestum est. Sane quaeritur, cur duo altaria Apollini siturum dicat, cum constet, supernos deos impari gaud mero: infernos vero pari, ut (Ecl. 8, 75.): *Numero deus gaudet.* Quod etiam pontificales indicant libri. Sed con cundum Porphyrii librum, quem *Solem* appellavit, triplice Apollinis potestatem: et eundem esse Solem apud superos rum patrem in terris, Apollinem apud inferos. Unde eti insignia circa eius simulacrum videmus; Lyram, quae nob lestis harmoniae imaginem monstrat: Gryphen, quae eum terrenum numen ostendit: Sagittas, quibus infernalis deus et indicatur. Unde etiam Apollo dictus est ἀπὸ τοῦ ἀπολεῖν. est quod et Homerus eundem tam pestilentiae dicit quam auctorem. Et Horatius ait (Carm. Secul. 93.): *Condito mit cidusque telo, Supplices audi pueros Apollo.* Unde Vi rationis huius peritus, per altaria, supernum numen osten parem numerum, infernam indicat potestatem. [Varro Di ris *altaria*, terrestribus *aras*, inferis *focos* dicari adfirma *altaria* eminentia ararum et ipsa libamina aiunt ut (A 174.): *Paterisque altaria libant.* — 67. *Novo;* vel recen primo tempore lactis incipiente expressum.] *Bina;* duo. *annis;* singulis quibusque annis. — 68. [*Duo;* vetuste d *ambo* (Ecl. 6, 18.): *Nam saepe senex spe carminis ambo l* Nam hodie hoc significantius *duos* et *ambos* dicimus.] *I olivi;* quod Graeci λιπέλαιον dicunt [et olivi, et olei, olea, et oliva dicitur.] — 69. *Hilarans;* participium est quod est *hilaro.* Sane sciendum nomen, unde venit, *hila hilaris* a Graeco descendere: nam ἱλαρὸς facit. — 70. *focum si frigus erit, si messis, in umbra;* non frigori c opposuit, sed messem, quae est tempore caloris.] — 71 *novum fundam calathis;* ordo est, vina fundam calathi calicibus, quae vina sint novum nectar, i. e. magna d *Ariusia* autem *Chia*, a promontorio Chii insulae Ariusi illud *vina arvisia, novum nectar calathis fundam.* Alii mustum intelligunt: vel merum, quale nunquam habue (Ecl. 3, 86.): *Pollio et ipse facit nova carmina.*] — 72. *I Aegon;* Cretensis: ut (Aen. 3, 401.): *Lyctius Idomene* Lyctio, urbe Cretae.] — 73. *Saltantes satyros imitabitur siboeus;* pastor quidam. Sane ut in religionibus saltaretu ratio est, quod nullam maiores nostri partem corporis esse runt, quae non sentiret religionem. Nam cantus ad ar saltatio ad mobilitatem pertinet corporis. — 74. [*Solemnia* anniversaria sacra, quae certis diebus celebrantur.] —

66) Pro *Gryphen* etc. Guelf. I. *Gryphen eum q etiam terr.* Guelf. II. *quae etiam terr.* Steph. Dan. *Griphenaeum, quae (s. quod) et ter. in eum;* L. V. R. *Gripem; Gryphem aeneum* habere Ms. Sarravii *Le Moine.* Menag. in Diction. Etym. L. Gall. in *Griper* ibidem legit quae cum etiam. Cf. Muncker. ad Fulg. Myth. 1, 16. qui *et* volebat.

72) Pro *Lyctio* Burm. legend. ait: *Lycto.* Vv. *a L. ur. Cr.* om. Guelf. R. V. Vos. Steph. Dan.

m lustrabimus agros; sic supra (3, 77.): Cum faciam vitula odd. vitulam) pro frugibus. [Lustrare, hic circuire, dicitur im ambarvale sacrificium.] — 76. Dum iuga montis aper; ut [et] (Aen. 1, 607.): In freta dum fluvii current semper, [et urum et praeteritum significat.] — 79. Ut Baccho, Cereri-e; haec enim duo sunt numina, quae et rustici maxime co-it, et quorum nomina communia sunt mortalibus cunctis. Sic Georgicis (1, 7.): Vestro si munere tellus Chaoniam pingui indem mutavit arista. [Cererem propter aridos, Liberum opter humidos fructus. Itaque nunc Daphnin dicit colendum opter pecudum proventus.] — 80. Damnabis tu quoque votis; e. cum deus praestare aliqua hominibus coeperis, obnoxios tibi s facies ad vota solvenda: quae, ante quam solvantur, obliga-et quasi damnatos homines retinent. [Alii damnabis, alliga-vel absolves: utrumque enim sensum habet verbum damno; damnabis reos voti facies.] — 81. Reddam pro carmine na; ille eum supra tantum laudaverat: hic et laudat, et de mere etiam cogitat. — 82. [Nam neque tantum; quaedam r comparationem laudata maiorem emphasin habent, si nega-activa a parte orationis incipiat, ut (Aen. 2, 496.): Non sic geribus ruptis cum spumeus amnis Exit; et (5, 146.): Nec sic missis aurigae undantia lora.] Sibilus austri; hic sibilius citur res ipsa. Nam (Aen. 2, 211.) Sibila ora, participialiter ctum est pro sibilantia. — 85. Hac te nos fragili donabi-us ante cicuta; bene anticipat et offert munus, quod ille se cturum esse promiserat. [Cicuta; fistula, ut (Ecl. 2, 36.): ptem compacta cicutis: et fistulae qualitatem per principia logarum ostendit, ut: haec nos, formosum Corydon ardebat lexin.] — 88. Sume pedum; virga incurva, unde retinentur ecudum pedes. — 89. Non tulit Antigenes, et erat tum dignus mari; aut pastorem quendam pulcherrimum dicit, aut Chorau-m significat, quem legimus admodum a Virgilio fuisse dilectum; non tulit autem, non impetravit; amari pro: qui amaretur. — 90. Formosum paribus nodis; et ab arte et a natura laudavit el ab aere, ut si dicas pulcher est equus sella, pulcher est raenis.] Paribus nodis; [est] pari et aequali tumore [et inter-allo] nodorum et honeste locutus est: formos. nod. atq. aere, ut si dicas: pulcher est [equus sella; pulcher] frenis. [Formosum aere; i. e. pulchrum aere artificium. Menalca; vocativus est.]

ECLOGA VI. 1. Prima Syracosio dignata est ludere versu; character mixtus: nam et poëta praefatur: et cantare Silenus inducitur. Syracosio; quia Theocritum praecipue sequitur, quam-vis multi alii bucolica scripserint. Ludere versu; ut ipse ait G. 4, 565.): Carmina qui lusi pastorum.] Nostra; Romana, inquit, musa non erubuit, se silvis ante committere, i. e. imi-tari Theocritum Syracusanum et bucolica scribere. Syracosio autem Graece ait: nam [Graece Συρακοῦσαι, Συρακούσιος, ut Ῥώμη, Ρωμαῖος:] Latine Syracusanus [et Romanus] dicimus, et sic] nostra est Romana: ut (Aen. 7, 1.): Tu quoque litori-

90) Dan. Parib. nod.; i. e. natura formosum, hoc est pulchrum aere artificium; vel parib. nod. i. e. pari intervallo.

bus nostris. Et *dignata est* sic dixit, quasi ex loco superiore. [Ostendit ergo se primum post Theocritum bucolica scripsisse.] — 2. *Silvas habitare;* sicut (Ecl. 2, 29.): *Atque humiles habitare casas.* *Thalia;* musa scilicet. et Graece ait [Θάλεια.] Nam Latine *Thalea* debuit dicere; sicut *Κυθέρεια*, *Cytherea:* sed propter euphoniam contempsit ius regulae: et ideo in Graecitate permansit. — 3. *Cum canerem Reges, et praelia:* cum canere vellem. Et significat aut Aeneidem, aut gesta regum Albanorum, quae coepta omisit, nominum asperitate deterritus. [Alii Scyllam eum scribere coepisse dicunt, in quo libro Nisi et Minois regis Cretensium bellum describebat, alii de tragoedia Thyestis (*Thyeste?*).] *Cynthius;* Apollo a Cyntho monte Deli, in quo natus est. *Aurem vellit;* i. e. movit; alibi (Aen. 2, 480.): *Postesque a cardine vellit aeratos.* *Aurem* autem ideo, quia Memoriae consecrata est, ut frons Genio, digiti Minervae, genua Misericordiae. — 4. [*Pingues;* figurate *pingues pascere,* i. e., pascere, ut pinguescant.] — 5. *Deductum dicere carmen;* tenue. Translatio a lana, quae deducitur in tenuitatem, [i. e. bucolicum. Sane, *cum canerem reges et praelia;* et: *deductum dicere carmen,* quidam volunt hoc significasse Virgilium, se quidem altiorem de bellis et regibus ante bucolicum carmen elegisse materiam, sed considerata aetatis et ingenii qualitate mutasse consilium, et arripuisse opus mollius, quatenus vires suas levioribus praeludendo ad altiora narranda praepararet.] — 6. *Nunc ego;* ordo est: Nunc ego agrestem tenui meditabor arundine musam, i. e. carmen rusticum scribam. *Namque super tibi erunt;* superabundabunt tibi, inquit, O Vare, qui ambiant tua facta describere. Hic autem Varus Germanos vicerat, et exinde maximam fuerat et gloriam et pecuniam consecutus: per quem Virgilius meruerat plurima. [Alii Varum eum dicunt, qui in Germania cum tribus legionibus interiit amissis signis, quae postea Germanicus filius Drusi recepit. Alii, fuso fugatoque Asinio Pollione ab Augusto Alfenum Varum legatum substitutum, qui transpadanae provinciae et agris dividendis praeesset, qui curavit ne ager, qui Virgilio restitutus fuerat, a veteranis auferretur.] — 7. *Tristia condere bella;* epitheton bellorum perpetuum. [*Condere;* componere, ut e contrario incondita.] — 9. *Non iniussa cano;* vel ab Apolline, vel ab Augusto, [vel a Maecenate. Sive, nihil altum meus inchoat, et hoc ideo, quia dixerat: *Aurem vellit.*] *Haec quoque;* vel licet vilia, sicut Theocriti. Et hoc dicit: Si quis, licet rustica, legere fuerit ista dignatus: tuas tamen in his laudes inveniet. Nam per myricas et nemora, bucolica significat. — 11. *Nec Phoebo gratior ulla est;* nec enim pagina ulla Apollini est gratior, quam quae Vari nomen gestat in titulo. Quod ideo dicit, quia hanc eclogam constat in honorem Vari esse perscriptam. Dicitur autem ingenti favore a Virgilio esse recitata: adeo ut, cum eam postea Cytheris meretrix cantasset in theatro, quam in fine Lycoridem vocat, stupefactus Cicero, cuius esset requireret, et cum eum tandem aliquando agnovisset, dixisse dicatur et ad suam et illius laudem: *Magnae spes altera Romae.* Quod iste postea (Aen. 12, 168.) ad Ascanium transtulit, sicut commentatores loquuntur. — 13. *Pergite Pierides;* hortatur musas ad referenda ea, quae Silenus

ſerat pueris. Nam vult exequi sectam Epicuream, quam rat tam Virgilius quam Varus, docente Sirone: et quasi sub ıa Sileni, Sironem inducit loquentem. Chromin autem et ·lum se et Varum vult accipi. Quibus ideo coniungit puel- ut ostendat plenam sectam Epicuream, quae nihil sine ate vult esse perfectum. [Sane hoc de Sileno non dicitur ı a Virgilio, sed a Theopompo translatum. Is enim appre- m Silenum a Midae regis pastoribus dicit crapula maden- et ex ea soporatum, illos dolo adgressos dormientem vin- postea vinculis sponte labentibus liberatum de rebus natu- s et antiquis Midae interroganti respondisse: quem alii ırii filium, alii Panos et nymphae, alii ex guttis cruoris natum esse dixerunt.] *Chromis et Mnasylus;* isti pueri sunt. — 14. [*Pueri;* nonnulli *pueri* non absurde putant a, quia Sileni, priusquam senescant, satyri sunt: utrum ıetate pueros, an ut ministros et familiares solemus com- er pueros vocare?] — 15. *Inflatum venas;* figurate dixit; *mper* bene addidit, i. e., consuetudine vini non interdum entum esse.] *Iaccho;* aut vino aut Libero patre, qui etiam ıs vocatur, [nam Bacchus a bacchatione, i. e. insania di- unde et comites eius Bacchae. Alii a Bacche nympha, cum Brome sorore sua eum nutriverat in monte Nysa a nutrice.] — 16. *Serta procul;* modo prope, [i. e., iuxta.] [ideo] intulit: *Tantum capiti delapsa:* ut ostenderet non s provolutam coronam, [ut est (Aen. 10, 836.): *Procul aerea dependet.*] — 17. *Attrita ansa;* frequenti scilicet potu. ·bat; manibus non emissa (*emissam?*) significat. — 18. *ssi;* ordo est: Chromis et Mnasylus adgressi Silenum, nam nt ambo spe carminis: et *spe* pollicitatione. Item alius Adgressi spe carminis iniiciunt ipsis ex vincula sertis. *·nis ambo;* vetuste, ut alibi (G, 4, 88.): *Verum ubi ducto- ·ie revocaveris ambo:* et (Aen. 12, 342.): *Eminus ambo sidas:* ut (Ecl. 5, 68.): *Craterasque duo statuam:* cum sub eadem significatione *ambos* et *duos* dicamus.] — 19. *ex;* ex ipsis: ut (Aen. 5, 663.): *Transtra per et remos,* i. r transtra. — 20. *Timidis;* aut timentibus. Nam timidus ·ui semper timet: timens vero qui ad tempus formidat ex Aut re vera *timidis:* quia pueris per aetatem naturaliter est insitus, [et timentibus ne, dum vincula iniicerent, exper- ·t. *Videnti* pro vigilanti. — 22. *Sanguineis frontem mo- tempore pingit;* multi ob hoc dictum putant, quod rubeus ?) color deorum sit, unde et triumphantes facie miniata, Capitolio Iuppiter in quadriga miniata, et bene *Pingit,* non at, nam iam vigilantem dixerat. Sane fabula de *moro* ta- : Piramus et Thisbe fuere ut forma pares, ita amore con- , quos vicinos paries dividebat, quibus una praestabat collo- : cum amor crevisset ad cupiditatem, placuit, ut utrique extra domos procederent, locumque coeundi statuerent ad ·m, quae ante erat albis fructuosa pomis: et cum prior ·t Thisbe ad locum, vidit leam, dum mortem fugit, vestem

Post vv. *paulo ante* desiderari *interfectae, laceratae,* aut quid simile putabat lurus.

reliquit, in qua veste fera exercuit iram suam, cruorisque fera alicuius paulo ante reliquit vestigia in pallio puellae, qua vest visa Piramus cruentata, tunc ratus est interfectam esse Thisbe et ob amorum ardorem se interfecit, ex quorum cruore dicitu arbor infecta, nam quae ante gerebat poma alba, nunc san guinea. — 23. *Ridens;* irridens. *Quo*, ad quam rem. — 24 *Solvite me pueri*; quia putaverant, enim corona ligari posse. *Satis est potuisse videri;* sufficit enim, quia potui a vobis, [qu estis homines,] videri. Quod ideo dicit, quia hemidei, cum vo lunt tantum, videntur, ut Fauni, Nymphae, Silenus. Potest e aliter intelligi, *satis est* etc., sufficit quod talis vobis visus sun ut etiam ligari possim. — 26. *Huic aliud mercedis erit;* Nym phae minatur stuprum latenter: quod verecunde dixit Virgiliu [Haec autem omnia de Sileno a Theopompo in eo libro qu *Thaumasia* appellatur, conscripta sunt. Ipse addidit ad commen dationem.] — 27. *In numerum ludere;* i. e., saltare ad modun rhythmi et cantilenae, [vel ad certam modulationem. *Faunos* Fauni ab effatione dicti, quod voces de sacris reddebant, quod i septimo Aeneidis (v. 47.) plene habet. — 28. *Ludere;* i. e. ill cantante.] *Motare cacumina;* [montium vel arborum] quasi ho genus saltationis vult esse in arboribus cacuminum motum. — 29. *Parnassia rupes*; mons [est] Thessaliae Apollini consecratu — 30. *Rhodope et Ismarus;* montes Thraciae, in quibus Or pheus consueverat canere. Et hoc dicit: Non tantum isti monte gaudent cantante Apolline vel Orpheo, quantum cantante Silen laetatus est mundus. Namque etiam paulo post (v. 86.) dicturu est: *Et invito processit vesper Olympo.* — 31. *Namque caneba* etc.; variae sunt Philosophorum opiniones de rerum origin Nam alii dicunt omnia ex igne procreari, ut Anaxagoras. Al ex humore, ut Thales Milesius. Unde est (G. 4, 382.): *Ocea numque patrem rerum.* Alii ex quattuor elementis, ut Empedo cles: secundum quem ait Lucretius (1, 716.): *Ex imbri, terr atque anima nascuntur et igne.* Epicurei vero, quos nunc se quitur, nihil horum comprobant: sed dicunt, duo esse reru principia, corpus et inane. Omne enim quod est, aut contine aut continetur. Et corpus volunt esse atomos, i. e. quasdan minutissimas partes quae τομήν, i. e. sectionem non recipiun Unde et atomi dictae sunt, quas Lucretius minutiores dixit ess illis corpusculis, quae [in] infusis per fenestram radiis solis vide mus. Dicit enim illas nec visum posse recipere. Inane vero dicunt spatium in quo sunt atomi. De his itaque duobus prin cipiis volunt ista quattuor procreari, ignem, aërem, aquam, ter ram: et ex his cetera: ut illa duo elementa [atomi et inane] sint haec vero quattuor syntheta, i. e. composita ex illis duobus praestent originem aliis omnibus rebus. Hac autem ratione comprobat, ex atomis et inani esse originem rerum: quod nihi est in rerum natura, quod non et corpus habeat, et recipia sectionem, et quia recipit sectionem, indicet etiam inanitatem [Ergo] *Uti magnum per inane coacta semina;* canebat, inquit mundi principium, i. e. quemadmodum collectae et coactae atom per magnum inane fuissent origo ignis, aëris, terrarum, e maris. Nam semina atomos dicit. Dicimus autem *haec atomus* et *hae atomi.* — 32. *Animaeque;* i. e. aëris: Unde etiam ven

sunt. — 33. *Liquidi simul ignis;* puri, i. e. aetherei, [quem Cicero *ignitum liquorem* dicit. Lucretius (6, 204.): *Devolet in terram liquidi color aureus ignis. Ut his exordia;* ex seminibus, hoc est atomis. *Primis;* pro principiis, quae enim Graeci στοιχεῖα, nos *principia* appellamus.] — 34. *Omnia et ipse tener mundi concreverit orbis;* ante orbis: et sic omnia, quae in orbe sunt. Nam mutato ordine ait: primo omnia: et sic orbis. [*Tener;* i. e., recens factus.] *Concreverit;* collectus et informatus sit. — 35. *Tum durare solum, et discludere Nerea ponto;* canebat etiam [quemadmodum se durare coeperit solum, et mixtam sibi ante aquam sua contractione discludere. Sane *solum* si nominativus est, *durare* absolute accipiemus, et omnia, quae infra dicuntur, ad solum et rerum terrestrium (Duker. supplet: *ortum*) referentur. Si accusativus, ad mundi orbem cuncta pertinebunt. — 36. *Et rerum paulatim sumere formas;* canebat etiam] quemadmodum terra rerum sumpserit formam. — 37. *Iamque novum terrae stupeant lucescere solem;* canebat, quemadmodum post haec stupeant terrae solis ortum: [Alii *terrae* ad homines referunt, pro qui in terra sunt.] — 38. *Altius atque cadant summotis nubibus imbres;* quemadmodum cadant imbres nubibus in altum levatis. Naturale enim est, ut nubes, cum coeperint soli esse vicinae, eius calore solvantur in pluvias. Unde in Georgicis ait (1, 401.) de signis serenitatis: *At* (Cod. B. at) *nebulae magis ima petunt.* — 39. *Incipiant silvae;* bonum sane sequutus est ordinem, ut post solis et pluviarum commemorationem diceret ortas silvas et animalia cuncta procreata. — 40. [*Animalia;* animantia. Τὰ ἔμψυχα.] — 41. *Hinc lapides Pyrrhae iactos;* quaestio est hoc loco. Nam relictis prudentibus rebus de mundi origine, subito ad fabulas transitum fecit. Sed dicimus aut exprimere eum voluisse sectam Epicuream, quae rebus seriis semper inserit voluptates: aut fabulis plenis admirationis puerorum corda mulceri. Nam fabulae causa delectationis inventae sunt: ut ipse etiam in Georgicis (3, 3.) docet, dicens: *Cetera quae vacuas tenuissent carmina mentes.* [Sane fabula talis est: Iuppiter cum perosum haberet, propter feritatem Gigantum, genus humanum, scilicet quod ex illorum sanguine editi erant mortales, diluvio inundavit terras, omnesque homines necavit, exceptis Pyrrha et Deucalione, qui in monte Atho liberati sunt. Sed hi ex responso Themidis saxis post tergum iactis, genus hominum reparaverunt. Et Pyrrha quidem reparavit feminas, Deucalio mares. Alii dicunt, Iovem Lycaoni quod ei filium suum apposuisset epulandum, ipsum quidem fulmine peremisse, fecisse vero diluvium, quo homines perirent, exceptis Pyrrha, Epimethei filia, et Deucalione, Promethei filio, qui Parnassi montis altitudine defensi a diluvio sunt, et hominum genus, ut supra dictum est, reparaverunt. Sunt qui dicant, non ex illis lapidibus homines factos: sed quia iacuissent, sentibus atque fruticibus vecti, lapidibus excitatos.] Quod autem dicit *Regna Saturnia*, fabularum ordinem vertit. Nam quo tempore Saturnus regnavit, in terris non fuit diluvium: sed sub Ogyge, Rege

41) Pro *prudentib. reb.* Burm. coniecit: *Prudentium* (i. e. Philosophorum, sapientium) *sententiis*, vel: *prudentium rerum* sententiis; coll. Georg. 1, 416.

Thebanorum. Secundum autem diluvium fuit sub Deucalione et Pyrrha. Sane sciendum, et per diluvium, et per ecpyrosin significari temporum mutationem. [Alii Saturnia regna pro Iovis accipiunt, cuius regno diluvium factum volunt sub Deucalione et Pyrrha, non aureo seculo, quo Saturnus regnavit.] — 42. *Caucaseasque refert volucres, furtumque Promethei*; et hic fabulae ordinem vertit, quae talis est: Prometheus, [Iapeti et Clymenes filius,] post factos a se homines dicitur auxilio Minervae caelum ascendisse: et adhibita facula ad rotam Solis ignem furatus, quem hominibus indicavit. Ob quam causam irati dii, duo mala immiserunt terris, febres et morbos: sicut et Sappho et Hesiodus (*Ἔργ.* 100.) memorant: *Ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ᾽ ἀνθρώπους ἀλάληται, πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν πλείη δὲ θάλασσα.* Quod tangit etiam Horatius (Carm. 1, 3.) et dicit: *Post ignem aetherea domo Subductum, macies et nova febrium Terris incubuit cohors.* Ipsum etiam Prometheum per Mercurium in monte Caucaso religaverunt ad saxum: et adhibita est aquila, quae eius iecur exederet. Haec autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus vir prudentissimus fuit. Unde etiam Prometheus dictus est ἀπὸ τῆς προμηθείας, i. e. a providentia. Hic primus astrologiam Assyriis indicavit: quam residens in monte altissimo Caucaso, nimia cura et sollicitudine deprehenderat. Hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus paene sideribus. Unde etiam maiora astra demonstrat, et diligenter eorum ortus occasusque significat. Dicitur autem aquila iecur eius exedere, quod ἄχος est sollicitudo: qua ille affectus, siderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiae et rationis deus est, ad saxum dicitur esse religatus. Deprehendit praeterea rationem fulminum [eliciendorum] et hominibus indicavit: unde caelestem ignem dicitur esse furatus. Nam, quadam arte ab eodem monstrata, supernus ignis eliciebatur: qui mortalibus profuit; donec eo bene usi sunt. Nam postea malo hominum usu in perniciem eorum versus est: sicut in Livio (1, 31.) lectum est de Tullo Hostilio, qui eo igni exustus est cum omnibus suis: Numa vero Pompilius impune eo usus est (et) tantum in sacris deorum. Hinc est, quod igne rapto ab iratis numinibus morbi hominibus dicuntur immissi. [Ergo secundum fabulam ὑστερολογία est. Nam prius fuit, ut Prometheus crimen admitteret, post pateretur supplicia, qui tamen postea praecepto Iovis occisa per Herculem aquila liberatus est. Alii hunc ferula ignem de caelo subripuisse ferunt, et ideo a Iove religatum ad Caucasum, et volucri obiectum, quem postea ab ipso Iove resolutum, quod eum monuisset a Tethide abstinere, quod de eius semine nasceretur, qui eum regno pelleret, sicut ipse Saturnum patrem, cui post sacramentum, quod eum nunquam se soluturum iuraverat annulum de ipsis vinculis clausum (al. *clauso*) de monte Caucaso lapide dedit, ad poenae praeteritae indicium.] — 43. *His adiungit Hylam*; Hylas, Thiodamantis filius, ob speciem Herculi fuit carissimus, quem secutus navigantem cum Argonautis, in finibus Ponti (al. *Ionii*) iuxta Moesiam

42) In versu Hor. V. hab. *aetheris*; B. R. *aetheria*; Vos. *haeteri.* Deinde pro *iecur* Guelf. I. II. B. R. V. Vos. Steph. et al. bis hab. *cor*.

(al. *Mysiam*) apud fontem Ciaci amnis, cum aquatum isset, a nymphis raptus est, nec unquam potuit reperiri. Postea cum esset cognitum, quod perisset in fonte, ei statuta sunt sacra, in quibus mos fuerat, ut eius nomen clamaretur in montibus (al. *font.*). Ad quam imitationem nunc dicit: *Ut litus Hyla Hyla omne sonaret.* [Per transitum rem veram tetigit, tertio enim ab ephebo puerum in monte comitantibus universis nomen eius clamabatur. Sane] postremum (autem) *la* breve est, ideo quia vocalis vocalem sequitur. Nam omnis vocativus Graecus a masculino veniens, *a* terminatus, longus est, ut *Aenea*, *Hyla*, *Palla*. [Ordo tamen est: his adiungit quomodo Hylam nautae clamassent in fonte relictum.] — 46. *Fortunatam Pasiphaen*; nota fabula [est], Cretensium Reginam, Minois uxorem, quae tauri amore flagravit [et enixa Minotaurum crimen dementiae suae publicavit. *Amore* quidam pro *in amore* accipiunt.] — 47. *Ah virgo infelix*; ad hoc pertinet, quod ait *Solatur:* ut quod amat taurum, fortunae magis videatur esse, quam morum. Virgo autem, ut diximus supra (Ecl. 3, 90.), a viridiore (dicitur) aetate: nam iam mater fuerat Phaedrae, Ariadnes, [et] Androgei. [Calvus in Io: *Ah virgo infelix herbis pasceris amaris.* Quidam *virgo*, non quod virum illo tempore non haberet, sed quia talis ei poena iam virgini destinata sit, intelligunt, ob iram scilicet Veneris, quae irata Soli, quod se, ut quidam volunt, Anchisae, aut alii Marti coniunctam prodidisset, subolem eius inhonestis amoribus subiecit, ut Circen, Medeam, Pasiphaen; et hoc dicitur: In illa commiserabili dementia feliciores fuisse quae se animalia credebant, quam Pasiphaen, quae, cum sciret se hominem, taurum sectabatur. *Quae te dementia cepit*; hic obiurgari magis, quam consolari videtur, an quia consolantis et hoc officium est, ut merentem strictim et obiurget?] — 48. *Proetides implerunt falsis mugitibus agros;* Proetides, Proeti, et Stenoboeae, sive Antiopae secundum Homerum filiae fuerunt [Lysippe, Ipponoe, Cyrianassa.] Hae se cum Iunoni in pulchritudine praetulissent, [vel ut quidam volunt, cum essent antistites, ausae sunt vesti eius aurum detractum in usum suum convertere]: illa irata hunc furorem earum immisit mentibus, ut, putantes se vaccas, in saltus abirent, et plerumque mugirent, et timerent aratra. Has Melampus Amythaonis filius pacta mercede ut Cyrianassam uxorem cum parte regni acciperet, placata Iunone, infecto fonte, ubi solitae erant bibere, purgavit, et in pristinum sensum reduxit. — 50. [*Collo timuisset;* Terentius (Heaut. 3, 2, 20. ubi est *timui*): *Syre tibi timuit.* — 51. *Levi*; humana scilicet. — 53. *Ille latus niveum*; quis eam amari non

43) Pro *Ponti* B. R. Vos. Steph. et al. *Ioniis*; Dan. *Ionii*. Guelf. I. et II. *Hylam; Hylam puerum comitem Herculis, quem perdidit in finibus ioniis iuxta Moes., nec usquam potuit reperire* (s. *reperiri*) etc. Pro *Ciaci* Dan. *Calci*; *Cuici* s. *Ascanii* malebant Voss. Heins. et Muncker. ad Hygin. fab. 14. p. 45. V. Salmas. Exercitt. Plinn. p. 617.

48) Guelf. I. II. *illa irata hunc errorem earum inmisit mentibus, ut se vaccas putarent; adeo ut plerumque mugir. et tim. aratra. Has Melamp. postea purgasse perhibetur*; reliquis omissis; et sic B. R. Vos. al.

53) Burm. *amare*; et in annot.: Forte, *quia eam amare non intelligat.*

intelligat? *Fultus hyacintho;* apud veteres unusquisque eo, super quod iacebat, *fultus* dicebatur. Lucilius in tertio: *Et pulvino fultus:* Virgilius (Aen. 7, 94.): *Atque harum effultus tergo* etc.] — 54. *Ilice sub nigra;* vel umbrosa, vel re vera nigra: nam talis est. *Pallentes ruminat herbas;* revomit, et denuo consumit [*atque iterum pasto pascitur ante cibo:* sic Ovidius (Amor. 3, 2, 18.)]. *Ruminatio* autem dicta est a ruma, eminente gutturis parte: per quam demissus cibus a certis revocatur animalibus. *Pallentes* autem vel aridas: vel quae ventris calore propria viriditate caruerunt. — 55. *Aut aliquam in magno sequitur grege;* [aliquam, i. e., vaccam.] Ac si diceret: Habes aliquid spei: siquidem novit amare quem diligis. Notandum autem *gregem* eum de bubus dixisse, cum [proprie] *Armenta* dicamus. Licet grex sit quorumlibet animalium congregatio. Sic Cicero in Philippicis (3, 12.): *Fudit apothecas, cecidit greges armentorum. Claudite nymphae;* melius hoc a persona Pasiphaes dictum accipimus: ut dicat Silenus, hoc illam aliquando dixisse: [*Claudite saltus*, scilicet ne latius evagetur, eoque minus possit investigari. — 57. *Si qua*; pro *si*, vel *si quo modo. Dicteae;* Dictis mons in Creta, in quo Pasiphaë amasse taurum dicitur.] — 58. *Errabunda bovis vestigia;* illud expressit, quod uno verbo Homerus ait, *εἰλίποδας βοῦς*, hoc est, flexis pedibus incedentes. [Et est Participium, prope contrá rationem figuratum: vel errabunda, errantia, ut ludibundus, ludens, Cicero (in Verr. 3, 67.): *Omnia ludibundus conficiens. Nostris*; et hic nostris, ut Terentius in *ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ* (3, 1, 67.): *Quomodo minimo periculo id demus adulescentulo*, i. e. *des.*] — 60. *Ad Cortynia;* bene *ad Cortynia.* Nam apud Gnoson imperabat Minos, eius maritus. Unde illuc taurum non vult venire: sed ad Cortynia, [oppidum Cretae,] ubi fuerant aliquando Solis armenta. — 61. *Tum canit Hesperidum miratam mala puellam;* mala, quibus acceptis a Venere Hippomenes vicit Atalantem, puellam Sciriam, cursu potentem, quae multos sponsos superatos occiderat: quod plenius in Aeneidos tertio libro (113.) memoravimus, ubi etiam de ipsis malis fabula relata est. — 62. *Tum Phaëtontiadas;* Clymenes et Solis filias: quae dum extinctum fratrem flerent, conversae sunt in arbores, ut hoc loco dicit, in alnos: ut in decimo (190.), in populos. Ubi etiam plenius hanc diximus fabulam. Mira autem est canentis laus, ut quasi non factam rem cantare: sed ipse eam cantando facere videatur. [Sane ingeniosi hominis mentionem cum re, quae animam non habet miscuit: sorores Phaëtontis succina flevisse dicitur: Et quidam *alnos* poëtica consuetudine pro populis accipiunt.] — 63. *Amarae corticis;* alibi (Aen. 7, 741.) ait: *Raptus de subere cortex:* quod magis sequi debemus, ut masculino utamur, [et est epitheton naturale.] — 64. *Permessi ad flumina Gallum;* Helicon mons est Boeotiae: quae et Aonia dicitur. De hoc plurima cadunt flumina: inter quae etiam Permessus, iuxta quem dicit ambulantem Gallum ab una Musa ad ceteras esse deductum, et illic esse factum poëtam; [qui elegos scripsit, qui et a triumviris praepositus fuit ad exigendas pecunias ab his municipiis, quorum agri in Transpadana regione non dividebantur. Sane Aones originem ab eo loco ducunt, ubi nunc maritima Venetia est. — 65. *Duxerit;* produxerit. *Una*

sororum; una Musarum. — 66. *Viro;* Gallo. *Phoebi chorus;* i. e. musae.] *Assurrexerit;* i. e., honorem praebuerit. Ut (G. 2, 88.): *Tmolus assurgit, quibus et rex ipse Pheneus.* I. e., cedit. — 67. *Ut Linus;* Apollinis filius: quem supra memoravit. [Ordo autem est: haec illi ut Linus dixerit.] *Divino carmine;* i. e. vaticinans, [qui divina canebat. *Pastor;* quaeritur, cur *pastor* dixerit, nisi forte quod se poëta sub pastoris persona inducit. — 68. *Atque apio;* apud antiquos in agone erat species coronae de apio, sed in nemaeo agone, qui in honorem Archemori institutus est; et volunt quidam hoc coronae genus ad indicium mortis electum, aut quod humilis herba immaturum de Archemoro luctum ostendat, aut quod supra hanc herbam reptans puer a serpente extinctus sit. Sane in eo agone speciatim apio coronantur poëtae. — 69. *Calamos;* pro fistula, ut (Ecl. 5, 48.): *Nec calamis solum aequiparas.*] — 70. *Ascraeo quos ante seni;* Hesiodo, qui Ascraeus fuerat [de vico Boeotiae] quem dicuntur Musae [pascentem pecus] raptum de monte Parnasso poëtam fecisse munere calamorum. [Cui etiam bis pueritiam de senectute praestitisse dicuntur. Ideo ait, *quos ante seni.*] — 72. *Grynaei nemoris dicatur origo;* miraculum Apollinis, qui serpentem ibi interfecit. Gryneum nemus est in finibus Ioniis Apollini [a Gryno filia] consecratum: [vel a Grynia, Moesiae civitate, ubi est locus arboribus multis, iunco, gramine, floribusque variis omni tempore vestitus, abundans etiam fontibus, quae civitas nomen accepit a Gryno, Eurypyli filio, qui regnavit in Moesia, qui adversus Troianos Graecis auxilium tulit. Eurypylus namque filius Telephi, Herculis et Auges filii, ex Astyoche Laomedontis filia fuit, qui Grynum procreavit. Is cum patris occupasset imperium, et bello a finitimis temptaretur, Pergamum Neoptolemi et Andromaches filium ad auxilium de Epiro provocavit, a quo defensus, victor duas urbes condidit, unam Pergamum de nomine Pergami, alteram Grynium ex responso Apollinis. In hoc nemore Calchantem vites serentem quidam augur vicinus praeteriens dixit errare: non enim fas esse novum vinum inde gustare: At is opere absoluto, vindemiaque facta, cum ad caenam vicinos, eumque ipsum augurem invitasset, protulit vinum, et cum diis libare in focum vellet, dixit, se non solum poturum, sed etiam Diis daturum, et convivis cui ille eadem quae ante ei respondit: ob hoc deridens eum Calchas adeo ridere coepit, ut repente intercluso spiritu poculum abiiceret. Varro ait *vincla detrahi solita,* i. e. compedes catenasque et alia, qui intrarunt in Apollinis Grynei lucum et fixa arboribus], in quo [luco] aliquando Calchas et Mopsus dicuntur de peritia divinandi inter se habuisse certamina. Et cum de pomorum arboris cuiusdam contenderent numero, stetit gloria Mopso: [prae] cuius rei dolore Calchas interiit. Hoc autem Euphorionis continent carmina, quae Gallus transtulit in sermonem Latinum. Unde est illud in fine, ubi Gallus loquitur (10, 50.): *Ibo et Chalcidico quae sunt mihi condita versu Carmina.* Nam Calchis civitas est Euboeae: de qua fuerat Euphorion. [*Dicatur*; laudetur.] — 73. *Ne quis sit lucus quo se plus iactet Apollo*; sensus hic est: Si tu Gryneum laudaveris nemus, in nullo se tantum Apollo iactabit. [*Quo se plus iactet;* in quo plus glorietur Atalanta, Hippomenes, Gallus, Linus,

Permessus, Phaëtontides, Melampus, Pasiphaë, Proetides.] — 74. *Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est;* Scyllae duae fuerunt, una Phorci et Cretheidos Nymphae filia, pulcherrima: quam cum amaret Glaucus deus marinus, dum ipse amaretur a Circe, et eam contemneret: illa irata fontem, in quo se Scylla solebat abluere, infecit venenis: in quem cum descendisset puella, media sui parte in feras mutata est. Hanc postea Glaucus fecit deam marinam, quae classem Ulixis, et socios evertisse narratur. [Quidam Scyllam hanc a Neptuno amatam dicunt, et per Amphitritem coniugem Neptuni metuentem pellicis formam venenis Circes in monstrum marinum esse mutatam.] Altera vero Scylla fuit Nisi Megarensium Regis filia: contra quos dum devictis iam Atheniensibus pugnaret Minos, propter filii Androgei interitum, quem Athenienses et Megarenses dolo necaverant, [ad]amatus ab Scylla est, Nisi filia: quae ut hosti posset placere, comam purpuream parenti abscissam ei obtulit: quam Nisus ita habuerat consecratam, ut tamdiu regno potiretur, quamdiu illam habuisset intactam. Postea et Scylla a Minoe contempta, [vel] dolore [quod contempta esset, vel quod quasi parricida a Minoe ad puppim religata tracta sit,] in avem [Cirim] conversa est: et Nisus extinctus deorum miseratione, in aquilam Piscariem mutatus est (codd. et al. in avis mutatus est formam quae etc.), quae aves hodie, ut ipse in Georgicis docet (1, 408.), flagrant inter se magna discordia. Modo ergo Virgilius aut poëtarum more miscuit fabulas: et nomen posuit pro nomine. Ut diceret Scyllam Nisi, pro Phorci: sicut alibi (G. 3, 89.): *Domitus Pollucis habenis Cyllarus:* cum Castor, equorum domitor fuerit. Item (G. 4, 15.): *Et manibus Procne pectus signata cruentis:* cum Philomelae, non Procnes, abscissa sit lingua. Aut certe sit Hysteron proteron: ut quasi utriusque fabulae videatur facere commemorationem, ut [ita] intelligamus: Quid loquar [aut] Scyllam Nisi: aut quam fama secuta est: Candida succinctam latrantibus inguina monstris, Dulichias vexasse rates; *aut* certe ut bis accipiamus: Quid loquar aut Scyllam Nisi, aut quam fama secuta est? Ut est illud in primo (630.): *Non ignara mali, miseris succurrere disco.* — 76. *Dulichias vexasse rates;* Ithacenses a monte. [Dulichium insula est, ubi mons est Ithacus: in qua fertur habitasse Ulixes: eoque et ipse Dulichius, et Dulichias habuisse rates dicitur.] *Vexasse rates* autem per Tapinosin dictum est, Nam non vexavit, sed evertit; quod Probus vult hac ratione defendere, dicens: *vexasse* venire ab eo, quod est *veho, vecto, vexo*; ut *vexasse* sit *portasse*, et sine dubio pro arbitrio suo evertisse. [Vexasse est enim vis quaedam alieni arbitrii, non enim sui potens est qui vehitur. Bene ergo inclinatum verbum est. Nam qui fertur, et raptatur, et huc atque illuc distrahitur, vexari proprie dicitur. Cato in oratione de Achaeis: *Cumque Annibal terram Italiam laceraret atque vexaret.* Cicero in Verrinis: *Sed ut a barbaris praedonibus vexata esset.* Item alibi: *Fana vexata, direptae urbes reperiuntur.* — 77. *Ah timidos nautas;* timidos nautas nonnulli pro timentes accipiunt, et bene ah timidos, ex dolentis persona.] — 78. *Teri;* pro Terei. Nam per synaeresin dictum est: sicut supra: *Furtumque Promethi,* pro Promethei. Tereus autem Rex Thracum fuit, qui cum

[Atheniensibus tulisset auxilium, ac] Pandionis Athenarum regis filiam Procnem nomine duxisset uxorem, et post aliquantum tempus ab ea rogaretur, ut sibi Philomelam sororem suam videndam accerseret, profectus Athenas dum adducit puellam, eam vitiavit in itinere, et ei linguam, ne facinus indicaret, abscidit, [inclusamque in stabulis reliquit, ementitus coniugi, eam perisse naufragio. Sed Philomela] (Illa tamen) rem in veste suo cruore descriptam misit sorori: qua re cognita Procne Itym filium interemit, et patri epulandum apposuit. [Alii Tereum finxisse socero dicunt Procnen uxorem mortuam, et petisse Philomelam in matrimonium, et hoc dolore compulsam Procnen occidisse filium, et epulandum patri apposuisse, quas cum Tereus agnito scelere insequeretur,] (et postea) omnes in aves mutati sunt, Tereus in upupam, Itys in phassam, Procne in hirundinem, Philomela in lusciniam. [Quidam tamen eos navibus effugisse periculum, et ob celeritatem fugae, aves appellatos volunt.] — 79. *Philomela dapes;* atqui hoc Procne fecit: non Philomela; sed aut abutitur nomine: aut illi imputat, propter quam factum est. [Et bene avis et hominis miscuit mentionem. *Quae dona pararit;* quod satiato Tereo caput et pedes filii uxor intulerit. — 80. *Quo cursu;* licet volatum accipere debeamus, tamen *Deserta petierit* potest ad hominem referri. — 81. *Sua tecta supervolitaverit;* hoc ad avem pertinet. — 82. *Meditante;* canente.] — 83. *Eurotas;* fluvius Laconum, qui [audita] ab Apolline suas edocet lauros, quibus eius plenae sunt ripae, [ibi namque templum Apollinis est, nam hunc fluvium Hyacinthi causa Apollo dicitur amasse. *Lauros* vero multi pro vatibus accipiunt. — 84. *Ille;* Silenus. *Referunt;* vel ferunt, vel proferunt, quo verbo aliter in sequenti versu utitur. — 85. *Cogere donec oves stabulis;* ordo est: cogere donec oves stabulis vesper iussit, et invito olympo processit. *Referre;* recensere.] — 86. *Et invito processit vesper Olympo;* et ex eo, quod dies invitus abscessit: et ex eo, quod nimio audiendi desiderio vesper exortus est, cantilenae voluptas ostenditur. [Est etiam solis laudatio, cuius lucis claritas tanta est, ut ea Olympus laetetur.] *Olympo;* i. e. caelo.

ECLOGA VII. 1. *Forte sub arguta consederat ilice Daphnis;* ecloga haec pene tota Theocriti est: nam et ipsam transtulit, et multa ad eam de aliis congessit. *Arguta* autem modo canora, stridula. Alibi *argutum*, breve significat: ut (G. 3, 80.): *Argutumque caput. Daphnis;* divinum hunc inducit, quippe filium Mercurii, ut diximus supra. Nam hinc est, quod paulo post dicturus est: *Caper tibi salvus et haedi.* Quasi divinus. — 2. *Compulerantque; compellere*, proprie est in unum locum vel diversa, vel diversorum animalia cogere. [Cicero in Pisone (36.): *Omni pecore compulso.* — 4. *Florentes aetatibus;* hoc est aetate florente.] *Arcades ambo;* non re vera Arcades: nam apud Mantuam res agitur: sed sic periti, ut eos Arcades putares. Nam et paulo post dicturus est: *Soli cantare periti Arcades.* — 5. *Et cantare pares, et respondere parati;* hoc est, qui possent etiam continuum carmen dicere. Nam hoc est cantare: ut (5, 20.): *Extinctum Nymphae crudeli funere Daphnin.* Vel (5, 56.): *Candidus insuetum miratur lumen Olympi.* Et Amoebaeum

referre, ut (3, 62.): *Et me Phoebus amat, Phoebo sua se[…] apud me Munera sunt lauri.* [*Cantare* autem *parati*, pro[…]rati ut cantarent et responderent, vel *pares parati*, quasi p[…] parati.] — 6. *Huc mihi;* scilicet circa eam partem, in[…] Daphnis sedebat. *Dum teneras defendo a frigore myrtos* [...] varie hic locus exponitur. Nam alii simpliciter accipiunt: myrtos tego, et tueor, ne eas frigus exurat. Alii, quia a[…] illud fuisse asserunt tempus dicunt: *Defendo a frigore*, (et[…] contra frigus futurum. Alii dicunt: Dum defendo, i. e., mihi ad defensaculum praeparo myrtos a frigore, i. e. qua[…] sine frigoribus. Solent enim pastores vindicare sibi loca propter frigus futurum. — 7. *Vir gregis;* abusive: nam t[…] hominum est. Sic alibi (G. 3, 125.): *Quem legere virum.* Horatius (Carm. 1, 17, 7.): *Et olentis uxores mariti.* A[…] gia est. [Quod tamen ad Theocriti imitationem dictum est[…] ait (8, 49.): Ὦ τράγε τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ. — 9. *Ade[…]* pro imperativo accipiunt, cuius pronunciatio similis est i[…]tivo. Terentius (Andr. 1, 1.): *Adesdum, paucis te volo.*] C[…] *tibi salvus et hoedi;* aut quia in capro est spes hoedorum, intelligimus istum etiam hoedos perdidisse, sed nescire: [...] tamen ille quasi divinus indicat. Potest tamen etiam scire, levius damnum maioris contemplatione contemnere. — 10. *si quid cessare potes;* si potes tibi vel breve otium persuad[e]. Nam loquitur ad hominem amantem laboris. [*Requiesce s[…] umbra;* mecum scilicet.] — 11. *Huc ipsi potum venient p[…] prata iuvenci; ipsi*, i. e. sponte sua. Et intelligimus, istu[…] praeter capellarum gregem iuvencos habuisse peculiares. A[…] certe, *ipsi* referamus ad hoedos et caprum. Ut: *Per prata iu[…]venci.* — 12. [*Praetexit*; praetegit, ut (Aen. 6, 500.): *Non ta[…]men Anna novis praetexere funera sacris.*] *Mincius*; fluviu[…] Intelligamus Venetiam, quae est haud longe a Mincio. [Qui[…] est delicias commemoraturus. Alii dicunt loca ipsa *prata iuven[…]* appellari.] — 13. *Eque sacra*; et de sacra: ut (G. 4, 347. *Eque* (cod V. et Guelf. I. *aque*) *chao densos divum enumerab[…]* (codd. R. Vos. *numer.*) *amores*. I. e. a chao. [Sacra autem que[…]cus, aut ipsam quam vult intelligi, aut universum genus, qu[…] et Iovis et olim fatidica.] — 14. *Neque ego Alcippen, n[…] Phyllida habebam;* has duas intelligamus amicas esse cantantu[…] Nam hoc dicit: Nec Alcippen habebam, ut ille: nec Phyllida, [...] alter. [Aut ut plerique putant nomen villicae. — 15. *Clauder[…] agnos;* ergo varium pecus habuit.] — 16. *Et certamen era[…] Corydon cum Thyrside, magnum*; figurate locutus est: Magnu[…] certamen, ille cum illo [erat]: ac si dicas: Magna contentio e[…] cum Cicerone Virgilius. [Et videtur nominativum pro genitiv[…] posuisse, nam *Corydonis* facit. — 17. *Posthabui*; postposui *Mea seria*; necessitatem capri inquirendi, vel hoedorum. *Ludo[…]* cantilenae. Ut (Ecl. 1, 9.): *Ludere quae vellem calamo permis[…] agresti.* — 18. *Alternis igitur contendere versibus ambo;* h[…] est, quod ait supra: *Et respondere parati.* — 19. *Alternos m[…]sae meminisse volebant;* si [quidem] volebant: sensus e[…] Musae utriusque meminerant: ut (Ecl. 3, 59.): *Amant altern[…] camoenae.* Sed multi *volebam* legunt, ut sit [sensus]: Optaba[…] o Musae, meminisse alternos. I. e., omnia quae dixerunt, tener[…]

Nam et in fine dicturus est: *Haec memini.* — 20. *Referebat in ordine*; amoebaei carminis lege, ut diximus supra. — 21. *Nymphae noster amor, Libethrides*; Libethros fons est, ubi coluntur Musae: [a Libethro poëta, qui primus armoniam tradidit, et arcem Musis consecravit: Alii locum, in quo Hesiodus natus est; alii templum Libethridum musarum dicunt, quod a Pierio Apollinis filio consecratum est;] et sic ait *Libethrides*, ac si diceret *Hippocrenides* a fonte *Hippocrene.* Ut autem poëtae invocent Nymphas, sicut hoc loco: item in fine (Ecl. 10, 1.): *Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem*; haec ratio est, quod secundum Varronem, ipsae sint Nymphae quae et Musae, [nam et in aqua consistere dicuntur, quae de fontibus manat, sicut existimaverunt, qui camaenis fontem consecrarunt: nam eis non vino, sed aqua et lacte sacrificari solet], nec immerito. Nam aquae motus musicam efficit: ut in hydraulia (vitrea) videmus. Sane sciendum, quod idem Varro tres tantum Musas esse commemorat: Unam quae ex aquae nascitur motu: alteram, quam aeris icti efficit sonus, tertiam, quae [in] mera tantum voce consistit. Et multi volunt, in hac ecloga esse allegoriam, ut Daphnis sit Caesar: Corydon Virgilius: Thyrsis vero qui vincitur, Virgilii obtrectator, scilicet aut Bavius, aut Anser, aut Maevius [pessimi] poëtae. — 22. [*Codro*; Codrus poëta eiusdem temporis fuit, ut Valgius in Elegiis suis refert,] *Proxima Phoebi*; subaudis carmina. — 23. *Aut si non possumus omnes*; secundum illud dixit (Ecl. 8, 63.): *Non omnia possumus omnes.* Nam debuit dicere: Aut si ego non possum. — 24. [*Hic arguta*; iuxta quam frequenter canitur, ac per hoc loquaci; garrula.] *Sacra pinu*; matri deum consecrata. Sic supra, *Sacra quercu*, scilicet Iovi dicata. [Et apostropham fecit, tanquam eam consecret, et intellectus pendebit, fistula malo catalysin facere quam deterior esse.] — 25. *Pastores crescentem poëtam*; verecunde locutus est, non iam poëtam dicens, sed *crescentem.* Sane hoc loco carmen exprimitur Amoebaeum. Nam cum Corydon petisset, ut esset Codri similis, hic se adeo Codrum superare dicit, ut in se eius invidiam possit movere. Hedera autem coronantur poëtae, (et) quasi Libero consecrati, qui et ut Bacchae insaniunt. Sic Horatius (Epist. 1, 19, 3.): *Ut male-sanis adscripsit Satyris Faunisque poëtas*, vel quod semper [et] vivunt, [et virent] hederae, sicut carmina aeternitatem merentur. — 26. *Rumpantur ut ilia*; sicut etiam in Aeneide diximus, *hoc ile*, et *haec ilia* facit. Unde etiam Iuvenalis ait (5, 135.): *Vis frater ab ipsis Ilibus?* Nam Marullus mimographus contempsit artem, ad iocum movendum: et parasito dixit: *Tu ut Hector ab Ilio nunquam recedis.* Est autem hoc dictum per amaritudinem rusticam. — 27. *Ultra placitum*; i. e. nimie, irrisorie. Ultra quam placeo et mereor: [quicquid autem ultra meritum laudatur, dicitur fascinari. *Baccare*; herba est ad repellendum fascinum.] — 28. *Mala lingua*; fascinatoria, nocendi scilicet studio. — 29.

25) Guelf. II. B. R. Vos. Steph. Dan. bis Guelf. I. semel *nascentem* pro *crescent.* v. ad 4, 19. — In versu Horat. pro *sanis* Guelf. II. B. L. R. V. Vos. *sanus.* Steph. et Guelf. I. *sanos.*

26) Pro *ait* V. R. Vos. Guelf. II. *aut.* L. *aut eius frat.*

[*Setosi caput apri*; multi per duas *e* scribi volunt propter metrum. Sane deest *consecrat*, ut (Aen. 3, 288.): *Aeneas haec de Danais*, et si *apri*, tanquam venator, si *capri*, tanquam pastor. *Parvus*; vel humilis, vel pauper, vel minor aetate. — 30. *Ramosa cornua*; ut (Aen. 1, 191.): *Cornibus arboreis*.] *Mycon*; vel eius filius, vel patronus. *Vivacis cornua cervi*; ut enim Plinius dicit in Naturali Historia: *Cum se cervi gravatos aetate cognoverint* [*esse*], *serpentes requirunt, et eos flatu ad se tractos, cum comederint, iuvenescunt et revertuntur rursus in aetatem priorem, diu enim vivere dicuntur.* — 31. *Si proprium hoc fuerit*; quod supra petierat scilicet, ut talia carmina faceret, qualia Codrus effecerat. [*Proprium* sane veteres perpetuum; stabile, firmum, Terentius (Andr. 5, 5): *Ego deorum vitam ea propter sempiternam esse arbitror, quod eorum voluptates propriae sunt*, i. e. firmae et perpetuae. Et in Formione (5, 5.): *Curavi propria ut potiretur.* Et ipse (Aen. 1, 73.): *Propriamque dicabo*, et (3, 85.): *Da propriam thymbraee domum.* Si *proprium*, alii hunc Miconem alieni pecoris custodem volunt, et sic dicere, interim hoc tibi caput Delia dedico: si proprium hoc meum pecus fuerit, plus dabo, i. e. simulacrum faciam.] *Levi*; [*polito*.] *De marmore tota*, solent enim plerumque caput tantum, vel thoraca facere. [Sane in libris sacrorum refertur sacrum dici, quod rite sacratur, ut aedes, areae, simulacra, dona. Hic ergo cum dicit levi de marmore tota Puniceo stabis suras evincta cothurno. Eodem modo: et de Priapo dictum debemus accipere. Hinc etiam caput apri pro dono offertur, dona autem oblata numinibus tamdiu sacra sunt, et dona possunt dici, quamdiu non fuerint profanata.] — 32. *Suras evincta cothurno*; ideo singulari usus est numero, quia hoc genus calceamenti utrique aptum est pedi, ut in primo Aeneidis (337.): *Purpureoque alte suras vincire cothurno.* [*Evincta*; vel simpliciter, vel valde, ut (G. 4, 145.): *Eduramque pinum.*] — 33. *Sinum lactis*; *sinus* genus est vasis; quod cum significamus, *Si* producitur: cum vero gremium significamus, *Si* corripimus. [Varro de vita populi Romani: *aut lepestam, aut galeolam, aut sinum dicebant.* Tria enim pro quibus nunc acratoforon dicitur. Atta in Megalensibus: *nempe ad mensam ubi sermo de sinu solet suboriri.*] Sane notandum, haberi considerationem divinarum personarum. Nam ille supra cum veneratione locutus est, apud numen severum, consideratione, contra hic iocatur, quia alloquitur numen, quod iocis gaudere manifestum est. *Priapus* autem deus Lampsace-

30) In Plinii loco v. *esse* om. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph.; tum *a se* pro *ad se* hab. L.; dein vv. *iuvenesc. et* om. Guelf. I. II. L. R. Vos. Steph.; mox pro *in aetatem*, Guelf. II. R. Vos. Dan. dant *in actum*, postremo vv. *diu* — *dicuntur* om. Guelf. I. II. L. R. Vos. Steph.

32) Pro *vincire* in versu Virg. L. hab. *aptare*.

33) Vv. *Varro* — — *suboriri* om. Guelf. I. II. L. R. Vos. Steph. al. *Vossius*: Forte hic Varronis locus confusus cum altero, qui apud Nonium exstat in *Sinum*, et apud Priscianum lib. 6. p. 714. *Ubi erat vinum in mensa positum, aut lepestam, aut galeolam, aut sinum dicebant: tria enim pro quibus nunc Acrotaphoron dicitur.* Festus tamen *lepestam* genus vasis aquarii scribit, nisi mendosus locus sit. De *lepesta* v. Scalig. ad Varron. p. 33. In Attae loco forte leg.: *Ad mensam nempe*; nisi fortasse *ut*, aut talis particula praecesserit.

s est Hellesponti, qui hortos tuetur. *Liba*; placentas. — 35.
o tempore; pro necessitate, [pro captu rei nostrae, pro viribus
ae sunt hoc tempore.] — 36. *Si fetura gregem suppleverit*;
tot agnos habuero, quot oves: hoc est enim gregem suppleri
r feturam, et Fetura est proventus: ipse fetus [vero quod na-
tur.] — 37. *Nerine Galatea*; [amica Corydonis nobilis, et
c dicit:] O amica, quae talis es, qualis fuit Galatea nympha
em Cyclops amavit), [quam cum Polyfemus Cyclops adamas-
:, primum concubitum eius precibus expetivit, mox vim adhi-
re conatus est, quem illa in mare se praecipitando effugit.
clops autem cum eam de mari non posset evocare, Acin,
em nympha diligebat, ictu petrae interemit, cuius cruorem
latea vertit in fluvium, qui eius retinet nomen.] Nerine au-
n patronymicum est Graecum. Nam feminina patronymica
t in *ias* exeunt, ut Pelias: aut in *eis*, ut Atreis: aut in *ne*,
ie) ut Nerine, Adrastine. [Alii pro *Nereis* accipiunt.] *Thymo*
hi dulcior hyblae; vel odore thymi hyblaei, vel mellis hyblaei:
a materia rem ipsam dixerit. Nam apibus, non hominibus
lcis est thymus. — 38. *Hedera formosior alba*; quia sunt et
grae hederae: ut (G. 2, 258.): *Aut hederae pandunt vestigia*
igrae. Nigra autem, vel alba hedera, non ex foliis, sed ex
mo cognoscitur. — 39. [*Praesepia*; i. e., cum possessores novi
eperint assignatos possidere agros.] *Tui Corydonis*; plenum
fectus est: ut (A. 12, 56.): *Si quis amatae Tangit honos ani-*
mum. — 41. *Sardois herbis*; in Sardinia enim nascitur quae-
m herba, ut Sallustius dicit, apiastri similis: haec [comesa]
a hominum rictus (Guelf. I. *tristi*; Guelf. II. *ictus*) dolore con-
ahit, et quasi ridentes interimit. [Unde vulgo σαρδίνιος γέλως.
— 42. *Horridior*; spinosior. *Rusco*; virgulta brevia acutis
liis et pungentibus, unde et in sacris scopae fieri solent. *Alga*;
rba quae in mari nascitur. — 43. *Lux*; i. e. dies.] — 44.
domum pasti, si quis pudor, ite iuvenci; quia ad pascen-
m avidissimi sunt. Ideo autem increpat tauros tarde redeun-
s ad stabula, quia superius ille dixerat, tunc amicam suam
nire debere, cum tauri ad praesepia fuissent reversi. — 45.
uscosi fontes; lanugine viridiore cooperti. [*Somno mollior*;
pilius * lectus.] — 46. *Rara arbutus*; aut genus arboris fron-
bus raris, [aut quomodo dicimus rarum hominem pro egregio et
no. — 47. *Defendite*; prohibete, excludite. Horatius (Carm. 1,
7, 2.): *Et igneam defendit aestatem capellis usque meis*: Duo
go significat, nam aliter patriam dicimus defendere, aliter
stes, ut (A. 10, 965.): *Hunc, oro, defende furorem*.] *Iam*
nit *aestas torrida*; iam venit, iam appropinquat: non enim
cit aestatem esse cum adhuc turgere gemmarum palmites di-
t. Et bene tarde frondere vites commemorat in Venetia: quae
t provincia frigidior. — 48. [*Torrida*; calore sicca.] — 49.
ic *focus, et taedae pingues*; contraria iste dicit. *Pingues*
tem taedas ait desudantes picem. [Nonnulli *hinc* legunt, ut
t intellectus, quia in domo sua semper ignis sit, ideo subiectum,
nc tantum, ut est (G. 2, 390.): *Hinc omnis largo pubescit*

45) Vv. *Turpil. lect.* desunt omnibus praeter Dan. * forte: *delectabilior lecto. Burm.*

vinea fetu. Hoc est, ex hac causa. Sane *hinc* alii propterea: alii loci significationem accipiunt. — 50. *Semper;* quantum ad hiemis spatium pertinet. — 51. *Curamus;* quidam timemus accipiunt.] — 52. *Numerum lupus;* quia solam considerat [lupus] praedam, [et subauditur, vel ovium vel similium.] *Torrentia flumina ripas;* quae aucta, riparum munimina spernunt, [et totum proverbialiter dictum est.] — 53. *Stant et iuniperi;* modo, plenae sunt: alias, horrent. Ut (A. 6, 300.): *Stant lumina flamma.* Alias vere stant: ut (3, 63.): *Stant manibus arae.* [Verrius Flaccus *Iuniperum* iuvenem pirum dicit, vere autem *Iuniperus* est quasi aculeis praedita, baccas ad piperis speciem gerens.] *Castaneae hirsutae*; adhuc intra suos echinos locatae. — 54. [*Passim;* abundanter.] — 55. *Rident;* laeta sunt: ut (E. 4, 20.): *Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.* Horatius (Carm. 2, 6, 13.): *Ille terrarum mihi praeter omnes Angulus ridet.* — 56. [*Montibus;* e montibus.] *Flumina sicca;* ὑπερβολικῶς etiam iuges aquas et perpetuo fluentes siccari conspicias. — 57. *Aret ager;* ordo est: aret ager et sitit herba moriens vitio aëris, i. e. pestilentia corrupti aëris affligitur. — 58. *Liber pampineas;* sane sciendum, *pampinos* nunquam Virgilium [cum genere] dicere: sed Varronem frequentius feminino [genere uti. *Invidit collibus umbras;* exsiccatae sunt vites nimio aestu, et folia amiserunt.] *Invidit collibus umbras;* ut (A. 11, 42.): *Tene inquit miserande puer, cum laeta veniret, Invidit fortuna mihi?* Nam *invideo tibi illam rem* dicimus, ut (A. 8, 509.): *Invidet imperium.* — 60. *Iuppiter et laeto descendet plurimus imbri;* sic alibi (G. 2, 326.): *Coniugis in gremium laetae descendit.* Aër enim in pluvias solvitur. — 61. [*Populus Alcidae gratissima;* quia ea velatus ab inferis rediit, quam Homerus (Il. ν, 389.): Ἀχερωΐδα dicit, ab Acheronte ad superos translata, qua corona usus duplici colore foliorum geminos labores superorum inferorumque testatus est. De hac sane arbore fabula talis est: Leuce Oceani filia inter nymphas pulcherrima fuit; hanc Pluton adamavit et ad inferos rapuit, quae postquam apud eum completo vitae suae tempore mortua est, Pluton tam in amoris, quam in memoriae solatium in Elysiis piorum campis Leucen nasci arborem iussit, ex qua, sicut dictum est, Hercules se, revertens ab inferis, coronavit. — 62. *Formosae myrtus Veneri;* myrtum ideo dicatam Veneri volunt, quia cum a mari exisset, latuit in myrto, ne nuda conspiceretur, vel quia fragilis est, ut amor inconstans, vel quia iucundi odoris, ut (Ecl. 2, 55.): *Sic positae quoniam suaves miscetis odores.* — 64. *Nec myrtus vincet Veneris, nec laurea Phoebi;* et ita adserit, *illas dum Phyllis amabit.* Non tam necessarium fuit dicere corylos: perinde enim est, ac si dixisset: Phyllis amat corylos, corylos dum Phyllis amabit.] — 65. *Fraxinus in silvis pulcherrima;* [bene singulis loca sua consignavit.] *Fraxinus in silvis cedet tibi, pinus in hortis* non sic erunt pulchrae arbores in suis locis, hoc est sibi aptis creatae: sicut tu, si ad me frequenter venire curaveris. — 66. [*Populus in fluviis;* in Vari, et Hebri, ut est nunc prius populus in fluviis, dein fraxinus in silvis in Hebri.] — 69. *Haec memini;* et *memini illam rem* dicimus, et *memini illius rei:* ut (A. 11, 280.): *Nec veterum memini, laetorve malorum.* Item

(E. 9, 45.): *Numeros memini.* — 70. *Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis;* victor, nobilis supra omnes: quam rem quasi rusticus implere non potuit.

ECLOGA VIII. 1. *Pastorum Musam Damonis;* apud Theocritum est una ecloga, quae appellatur φαρμακεύτρια, in qua inducitur mulier quaedam sacris quibusdam pervertens mentem amatoris, a quo spernebatur: quam Virgilius transtulit ad huius eclogae ultimam partem. Prima enim eius pars conquestionem solam habet amatoris decepti: quem, nubendo alteri, antiqua sponsa fefellit. *Musam;* [ergo] cantilenam amorum, quos inter sese cecinerunt. — 2. *Immemor herbarum quos est mirata iuvenca;* qui cantilenae suavitate coëgerunt etiam ea animalia oblivisci pascuorum, quae sunt pascendi avidissima. Nam supra ait (7, 39.): *Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuvenci.* — 3. *Stupefactae carmine lynces;* [animalia tanquam Pantherae in tutela Liberi, et] paulatim ad augmenta procedit, dicens: Iuvencae oblitae sunt pascuorum: stupuerunt ferae: flumina etiam sensu carentia cursus proprios retardaverunt. — 4. *Requierunt flumina cursus;* [cursus proprios retardaverunt, et] quietos esse fecerunt. Sic Sallustius (Hist. 6.): *Paululum requietis [militibus.]* *Quiesco* enim [duplicem habet significationem, et aliter dico: *Quiesco*] *ego:* aliter *quiesco servum*, i. e. quiescere facio. [Calvus in Io: *Sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus.* — 5. *Damonis Musam;* bene repetit, ne longum hyperbaton sensum confunderet, ut in Georgicis (2, 4.) repetit: *huc pater o Lenaee.*] —. 6. *Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timavi;* ubi ubi es, o Auguste. sive Venetiae flumen transcendis; nam Timavus fluvius est Venetiae [vel Histriae.] — 7. *Sive oram Illyrici legis aequoris, en erit unquam Ille dies;* hoc est, sive per Illyricum navigas mare, i. e. per Dalmatiam: putas, unquam erit tempus, quo mihi liceat tua facta describere? (Putas erit tempus.) — 9. *En erit;* ecce iam aderit. Nam *en* unum optantis est, [ut: *en erit ille dies*] aliud confirmantis [ut: *en erit ut liceat.*] — 10. *Sola Sophocleo tua carmina d. c.;* ac si diceret: Quanquam impar sit ingenium meum laudibus tuis. Nam tuae laudes merentur exprimi Sophocleo tantum cothurno. Sophocles autem fuit Tragoediographus altisonus. [Alii ideo hoc de Pollione dictum volunt, quod et ipse utriusque linguae Tragoediarum scriptor fuit. *Cothurnus* autem calciamentum tragicum, cuius usum quidam Sophoclem primum scenae intulisse volunt.] — 11. *A te principium tibi desinet;* [sic et Homerus (Il. ι, 97.): Ἐν σοὶ μὲν λήξω καὶ ἄρξομαι.] Horatius (Epist. 1, 1, 1.): *Prima dicte mihi, summa dicende camoena. Iussis carmina coepta tuis;* supra enim dixerat (Ecl. 6, 9.): *Non iniussa cano.* — 12. *Atque hanc sine tempora circum Inter victrices hederam tibi serpere lauros;* ἀλληγορικῶς dicit. Debet etiam carmen meum florere inter tuos plures triumphos. Nam victores Imperatores, lauro: hedera coronantur Poëtae. Verecunde autem ait *Serpere*, hoc est humiliter procedere. [Alii ideo lauri et hederae simul mentionem factam accipiunt, quoniam Apollo carminum deus, idem Liber pater putatur. Quidam, sicut dictum est, in Pollionem dictum trahunt, qui tunc Illyricum petebat expugna-

turus Salonas et inde ad orientem ad Antonium profecturus. Lauro autem triumphantes coronantur, hedera poëtae: Pollio et Imperator est et poeta. Cur tamen triumphantes lauro coronentur, haec ratio est, quoniam apud veteres a *laude* habuit nomen, nam *laudum* dicebant, vel quod hanc in manu habuit Iuppiter, quando Titanas vicit, vel quod ea arbore Praefecti militum, Fidenatibus victis, se coronassent sub Romulo, vel quod semper vireat. Hedera autem ideo coronantur poëtae, quoniam poëtas saepe vino plurimo manifestum est uti, sicut et de Ennio ait Horatius (Epist. 1, 19, 7.), et Lyrici omnes in suis carminibus loquuntur, et haec herba nimium frigida est, et vini calorem temperat, nam ideo et capiti imponitur. Varro ait, Liberum patrem propter calorem vini hedera coronatum. Idem Varro etiam Musas ait hedera coronari.] — 14. *Frigida vix coelo noctis decesserat umbra*; statim, simul atque decesserat. Et bene ostendit, amatorem tota nocte vigilasse. Siquidem ortum luciferum primus aspexit: et ad eum, quippe ut ad Veneris stellam, locutus est; [περιφραστικῶς autem nox aut umbra pro tenebris posita.] — 15. *Cum ros gratissimus*; masculini est generis, secundum quod etiam in Aeneide (12, 339.) ait: *Spargit rapida ungula rores Sanguineos.* — 16. [*Incumbens*; propter amorem non se sustinens.] *Tereti*; teres est rotundum et oblongum, ut columna, arbor. [Alii *tereti olivae*, baculum de oliva accipiunt.] — 17. [*Nascere praeque diem*; quia dixerat: *Frigida vix coelo noctis decesserat umbra*, i. e. priusquam nox occidit.] *Praeque diem veniens*; [ordo est: nascere Lucifer praeveniensque diem almum, Age,] sic alibi (A. 2, 802): *Ducebatque diem.* Et hoc dicit: Nascere dum queror Coniugis Nisae indigno amore deceptus, et moriens alloquor divos: quanquam nihil mihi profuerit, quod sum eos saepe testatus. Quam rem secundum Epicureos ait, qui dicunt (Lucret. 1, 62.): *Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.* — 18. *Coniugis*; non quae erat, sed quae fore sperabatur. Sic in quarto Aeneidis (536.): *Quos ego sum* (L. R. Vos. Guelf. II. *sim*) *toties iam dedignata maritos.* [Alii *indigno deceptus amore* antique dictum accipiunt: indigno pro magno, ut (G. 2, 373.): *indignas hiemes*, vel impari, quia plus amabat, et minus amabatur: deceptus pro captus: Amore, aut in amore, aut ob amorem. — 19. *Et divos quamquam nil testibus illis profeci*; sic hoc dicit tanquam iusiurandum inter eam et Nysam intercesserit.] — 20. *Extrema moriens tamen alloquor hora*; i. e., paulo post moriturus. Sic in quarto (650.): *Incubuitque thoro, dixitque novissima verba.* — 21. *Incipe Maenalios*; Arcadicos. Nam Maenalus mons est Arcadiae. Dicitur autem hic versus intercalaris, qui frequenter post aliquantulos interponitur versus: sicut intercalares dies et menses vocantur, qui interponuntur, ut ratio lunae solisque conveniat. Fecit autem hunc versum ad imitationem Theocriti, qui frequenter dicit in Pharmaceutria: ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα.

17) *Praeveniens age diem, clarissimum sic alibi* etc. Guelf. I.

21) Versus Theocriti translationem hanc habet Burm.: *O Iynx, trahe tu illum meum ad domum virum.* Nostram hab. Guelf. I. II. B. L. R. Vos. Steph. Dan.

τὸν ἄνδρα. O turbo maritum meum adducito. Sicut hic in sequentibus: Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin. [*Mea tibia*; mea musa. — 22. *Maenalus*; ille fons.] *Argutumque nemus*; garrulum, stridulum, ut (E. 7, 1.): *Forte sub arguta consederat ilice Daphnis. Pinosque loquentes*; ideo hoc ausus est dicere, quia dicturus est: *semper pastorum ille audit amores.* Sic etiam in prima ecloga: *Formosam resonare doces Amaryllida silvas.* Sic [et] in Aeneide (11, 458.): *Dant sonitum rauci per stagna loquacia* (al. *loquentia*) *cygni.* — 24. [*Panaque qui primus calamos non passus inertes*; Pan Arcadiae deus est. Ut (E. 10, 26.): *Pan deus Arcadiae venit*, qui fistula canere primus invenit, quia calamos in usum cantilenae adducens inertes esse non passus est, i. e. otiosos, sine arte: et *Non passus inertes*; deest *esse*.] — 26. *Mopso Nisa datur*; honesta turpissimo, pulchra deformi. [*Quid non speremus amantes*; *speremus* pro timeamus, ut (4, 419.): *Hunc ego si potui tantum sperare dolorem*; vel quid non speremus perversi accidere, cum hoc mihi acciderit. Difficile esse putamus, qui aliquid amamus, ut ea quae amamus assequi possimus.] — 27. *Iungentur iam gryphes equis*; [utrum idem iugum subibunt? ut dicuntur iungi iumenta: an coitu iungentur? Gryphes autem] (Hoc est) genus ferarum in Hyperboreis nascitur montibus. Omni parte leones sunt, alis et facie aquilis similes, equis vehementer infensae, Apollini consecratae. *Aevoque sequenti*; accessu temporis non solum pulchrae deformibus nubent, sed etiam contrariae naturae animalia iungentur. [Notandum sane *aevum* hic pro tempore, ut ipse alibi (3, 415.): *Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas.* Sallustius VI. Histor.: *In quis longissimo aevo plura de bonis falsa in deterius composuit.* Alias aevum pro annis, ut (2, 638.): *Vos o quibus integer aevi sanguis.*] — 28. *Cum canibus timidi venient ad pocula damae*; alludit ad personas. Nam illum quasi canem vult, illam quasi damam vult. Et *damas* masculino genere posuit, sic alibi (G. 3, 539.): *Timidi damae, cervique fugaces.* Horatius (Carm. 1, 2.) feminino ait: *Superiecto pavidae natarunt aequore damae.* [Et hic ne *ὁμοιοτέλευτον* faceret, dicendum *timidi damae.*] — 29. *Mopse novas incide faces*; quae solent praeire nubentes puellas. [Corneae sane faces, quae quasi diutissimae luceant, quas rapiunt tanquam vitae praesidia. Namque his qui sunt petiti diutius feruntur vixisse.] (Sane) Varro in Aetiis dicit [sponsas] (ideo) faces praeire, quod antea non nisi per noctem nubentes ducebantur a sponsis. Quas etiam ideo limen ait non tangere, ne a sacrilegio inchoarent, si depositurae virginitatem calcent rem Vestae, i. e. numini castissimo consecratam. — 30. *Sparge marite nuces*; idem Varro spargendarum nucum hanc dicit esse rationem, ut Iovis omine matrimonium celebretur, ut nupta matrona sit, sicut

26) Guelf. I. *datur*: *Verecunda datur pessimo* etc.

29) Pro *his qui s. petiti* Dan.: *hii quae * s. p.*; Heins.; *iis quae s. petitae*; Vossius: *his quae s. potitae.* V. Uht. ad Grat. 484. — Dein L. *sine Varro*; unde Heins. *sive ut V.* Tum pro *Aet.* Burm. *nuptiis*; L. R. *oetiis*, V. *Moetiis*; B. *atiis*, suprascr. *nuptiis.* Guelf. I. *etidis.* Guelf. II. *athiis.* cf. ad Aen. 1, 408. Callimachi *Aetia* saepe laudantur.

Iuno. Nam nuces in tutela sunt Iovis. Unde et *iuglandes* vocantur, quasi Iovis glandes. Nam illud vulgare est, ideo spargi nuces, ut rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellae vox virginitatem deponentis possit audiri. Modo tamen ideo ait: Sparge marite nuces, ut eum culparet infamiae. Nam meritorii pueri, i. e. catamiti, quibus licenter utebantur antiqui, recedentes a turpi servitio, nuces spargebant, i. e. ludum pueritiae: ut significarent, se puerilia cuncta iam spernere. Dicitur etiam ideo a novo marito nuces spargi debere, quod proiectae in terram tripudium solistimum faciant, quod auspicium ad rem ordiendam optimum est: vel ideo a pueris aspergendas nuces cum strepitu et convicio flagitari, ne quid nova nupta audiat adversum, quo dies nuptiarum dirimatur. Quidam putant, quod haec esca ad incitandam venerem faciat. Sane fabula de nucis origine talis est: Dion rex Laconiae fuit, qui habuit uxorem Iphiteam Prognai filiam, quae cum Apollinem summo cultu et reverentia hospitio recepisset, ille remunerari volens circa se hospitum cultum, tribus filiabus eorum, quae Orphe, Lyco, et Carya appellatae sunt, divinationem concessit, adiecto, ne proditrices numinum esse vellent, neve quaererent quod esset nefas scire. Post Liber pater adveniens a Dione vel eius uxore receptus hospitio est, qui cum amata a se Carya coitum miscuit: sed cum inde aegre Liber profectus esset, cogente amoris impatientia denuo ad hospites redit, causam praetendens dedicandi fani, quod id rex voverat, sed Lyco et Orphe, intellecto circa sororem Caryan Liberi amore, eam custodire coeperunt, ne cum Libero ei esset copia coeundi; quas cum Liber pater moneret, terreretque, ut saltim praecepta Apollinis custodientes pertinacem diligentiam compescerent, videretque ab his et sororem acrius custodiri, et suum secretum studiosius inquiri, Orphen et Lyco, immisso furore ad Taygetam montem raptas in sacra convertit. Caryam vero quam amaverat in eodem monte in arborem sui nominis vertit, quae Latine *nux* dicitur, quod postea Diana ita factum Laconas docuit. Unde templum Caryatidi Dianae a Laconibus consecratum. Unde et illud dictum est, *Tibi ducitur uxor*: i. e. sub tuo nomine aliis ducitur: ut eam non ipsi, sed aliis servituram significet: scilicet eius corruptoribus. *Tibi deserit hesperus Oetam*; montem Thessaliae: [in] quo [Hercules exustus est volens (Burm. coni. *dolens*), postquam se exuere non potuit tunica Nessi Centauri cruore tincta, et post in caelum receptus est. De hoc monte] stellae videntur occidere, sicut de Ida nasci: ut (A. 2, 801.): *Iamque iugis summae surgebat lucifer Idae.* Et hoc dicit, [tibi Hesperus deserit;] *tibi*, i. e. propter te nox advenit. [In eodem monte Hesperus coli dicitur, qui Hymenaeum speciosum puerum amasse dicitur, qui Hymenaeus fertur in nuptiis Ariadnes, et Liberi patris vocem perdidisse cantando, ex cuius nomine *nuptiae* dictae sunt.] — 32. *O digno coniuncta viro*; iam insultat puellae. [Ergo sic pronunciandum, ut habeat contemptum. *Viro*; Mopso, rustico et deformi, qualem tu quaesisti. *Dum despicis omnes*; et iracunde dicit, eam omnes despicere, cum se solum despiciat. — 33. *Mea fistula*; cantilena. *Dumque capellae*; scilicet tibi sunt odio.] — 34. *Hirsutumque supercilium*; [utrum natura, an quod tibi ita videtur?] Per in-

cultum corporis ostendit fortitudinem suam. *Promissaque barba*; i. e. demissa. — 35. *Nec curare deum credis mortalia quenquam*; superbia tua damnata est turpi marito, dum credis nullum deorum curare mortalia [ostendit *]. Quam rem secundum Stoicos dixit. [Mortalia vero * . . .] — 37. *Roscida mala*; matutini roris humore perfusa. [Sane unde Melus Graece traxerit nomen, fabula talis est: Melus quidam in Delo insula ortus, relicta patria fugit ad insulam Cyprum, in qua eo tempore Cinyras regnabat, habens filium Adonem: hic Melum sociatum Adoni filio iussit esse, cumque eum videret esse indolis bonae, propinquam suam dicatam et ipsam Veneri, quae Pelia dicebatur, Melo coniunxit: Ex quibus nascitur Melus, quem propterea quod Venus Adonis amore teneretur, tanquam amati filium inter aras praecepit nutriri. Sed postquam Adonis apri ictu extinctus est, senex Melus cum dolorem mortis Adonis ferre non posset, laqueo se ad arborem suspendens vitam finit, ex cuius nomine Melus appellatus est. Pelia autem coniux eius in ea arbore se adpendens necata est. Venus misericordia eorum mortis ducta, Adoni luctum continuum praestitit. Melum in pomum sui nominis vertit, Peliam coniugem eius in columbam mutavit: Melum autem puerum, qui de Cinyrae genere solus supererat, cum adultum vidisset collecta manu redire ad Delum praecepit. Qui cum ad insulam pervenisset, et rerum esset ibi potitus, Melon condidit civitatem: et cum primus oves tonderi, et vestem de lanis fieri instituisset, meruit, ut eius nomine oves μῆλα vocarentur; Graece enim oves μῆλα appellantur.] — 38. *Dux ego vester eram*; aut dux [vos] praeibam, aut capellas alloquitur. [*Cum matre legentem*; deest pronomen, et ideo vel *huius*, vel *puellae matrem* intelligere possumus.] — 39. *Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus*; i. e. tertius decimus. Alter enim de duobus dicimus: [ut unus ab undecimo sit duodecimus: alter, decimus tertius.] Et vult significare iam se vicinum fuisse pubertati, quod de duodecimo anno procedere non potest. — 40. [*Iam fragiles poteram -- attingere*; necdum magnos et altos. Et hoc dicit: Tantae altitudinis eram, iam ut possem attingere minores, et fragiles adhuc arboris ramos.] Et bene cum annis [con]iungit habitum corporis. Nam et in iure pubertas ex utroque colligitur. — 41. *Ut vidi, ut perii*; [Theocriti est (3, 42): ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην.] Unum est temporis, aliud qualitatis. Nam hoc dicit: Mox *ut vidi*, quemadmodum vel qualiter perii. Vel primum *ut* postquam, duo sequentia pro admirandi significatione posita sint. *Malus error*; definitio amoris. [Nam amor errare plerumque compellit.] — 43. *Nunc scio quid sit amor*; vel quasi iam iuvenis, vel quasi spretus. Gravior enim amor fit [ex despectione, vel] ex desperatione. Terentius (Eun. 5, 9, 23): *Perii: quanto minus spei est, tanto magis amo.* — 44. *Ismarus, aut Rhodope*; montes sunt asperrimi, Ismaros in Epiro, Rhodope in Thracia. Et perite vituperat ab origine. Item a

41) Guelf. I. *Nam hoc dicit: temporis, mox vidi, quantitatis* (qualitatis), *admodum perii*; reliquis omissis. Guelf. II. *Nam hoc dicit, mox ut vidi, quemadmodum perii.*

44) Guelf. I. II. *Montes sunt Thraciae asperr.; et perite.*

gestis rebus ut: *Saevus amor docuit.* Nam de exitu circa deum vituperatio non cadit. *Extremi Garamantes;* populi sunt Africae. *Extremi* autem, saevi, quasi a consortio humanitatis remoti. Ut (Aen. 8, 727.): *Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis.* — 45. *Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt;* i. e. nihil habentem in se humanitatis. Nam non dicit, non mortalem. [*Edunt;* pariunt, ut in septimo (660.): *Sub lumines edidit oras.*] — 46. *Saevus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus;* quasi novam artem insinuavit, et infudit, et bene fabulam omnibus notam per transitum tetigit. Quis enim ignorat, Medeam ab Iasone contemptam suos filios interemisse? — 48. *Commaculare;* [polluere.] *Crudelis tu quoque mater;* utitur autem optima moderatione. Nam nec totum amori imputat, ne defendat parricidam: nec totum matri, ne amorem eximat culpa: sed et illam, quae paruit, et illum, qui coegit, incusat. [Alii hoc loco cum amore matrem Venerem culpari volunt: eam enim crudelem, quia permittit, illum autem improbum, qui supra modum noceat, ita ut ad parricidia quoque sui violentia plures impulerit.] — 50. *Improbus ille puer: crudelis tu quoque mater;* non est superflua haec verborum iteratio. Nam syllogismus est plenus, qui constat ex propositione, assumptione, [et] conclusione. [Multi sic distinguunt, quia et intentio loquentis ab initio sic fuit, ut a saevitia amoris inciperet, in secundo loco accusaret matrem, ita tamen ut criminis eius invidiam crudelitati amoris adscriberet, et ideo geminandum *ille, improbus ille puer, crudelis,* et distinguendum ita est: *crudelis tu quoque mater. Crudelis mater magis, an puer improbus?* et distingue et subiunge: *tu quoque mater.*] — 52. *Nunc et oves ultro fugiat lupus;* optat, omnia fieri contra naturam. [*Aurea* vel speciosa vel matura et aurei coloris, ut scilicet, quia illa pulcherrima turpissimo marito nupsit, quod bene contra naturam videbatur, cum esset ipsa honesta, consequens sit, ut sint et alia contra naturam, ut fugiat lupus oves, ut ferant quercus aurea mala, et reliqua, quae dicit.] — 54. *Pinguia electra;* i. e. succinae gemmae. [*Myricae;* genus arbusculae vilissimae humile, quam tamaricem vulgo dicunt.] — 55. *Certent et cycnis ululae;* aves ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, i. e. a fletu, nominatae. [Quas vulgo *ulucos* vocant.] *Sit Tityrus Orpheus;* vilissimus rusticus, Orpheus putetur in silvis, Arion vero inter delphinas. Hic autem Lesbius cytharoedus optimus fuit: [qui cum a Periandro, rege Corinthiorum, petisset, ut sibi liceret peragrare alias civitates, permissu eius per multa oppida collectis beneficio cantilenae opibus, Corinthum petere coepit, in cuius necem cum nautae et servuli coniurassent, Apollo eum in somnis monuit, cytharoedi habitu accepto, canens cithara, ut vitaret insidias, auxilium ei non defuturum promittens; in quem cum

55) Pro *uluc.* Voss. ad Catull. p. 90. legit: *Alucos.* — Dein pro *Periandro rege C.* al. hab. *a Tarento Corinthum pet.* V. Munck. ad Hygin. fab. 194. Dan. *Pyrantho rege C.* cf. ad Gell. N. Att. 16, 19, 1. Tzetz. Chil. 1, 17. Scholiast. Germanici. *Vossius.* Codd. et Steph.: *qui cum a* (Guelf. II. om. *a*) *Tarento Corinthum cum multis opibus peteret, et videret sibi in mari tendi a nautis insidias, petit, ut cithara paululum caneret, ad cuius sonum cum delphini convenissent, excussit se supra unum, et ita imminens vitavit periculum.*

coniuratorum manus involasset, petit ab eis Arion, ut sibi cithara canere liceret, quod cum ab illis permissum esset, ad eius cantilenam convenere delphines. Is ubi somnio fidem factam vidit, in mare se praecipitavit, et exceptus ab uno delphine, ad Taenarum Laconicae promontorium provectus est, ibique ad memoriam casuum suorum in templo Apollinis delphini signo insidentem se cum cithara posuit. Exinde Corinthum petit, et universa narravit. In tempore autem hoc etiam navis, in qua navigaverat, cum insidiatoribus supervenit, quos cum Rex de Arione requisisset, illique eum mortuum mentirentur, produci Arionem iussit, ipsos autem cruci adfigi, sed Apollo tam delphinum quam citharam ob amorem Arionis inter sidera collocavit.] — 56. *Delphinas*; *nas* ideo brevis est, quia Graeca declinatio est, sicut (A. 10, 397.): *Arcadas accensos monitu.* Nam omnia Graeca nomina, quae nominativo plurali *Es* terminantur, ut Arcades, delphines, Naiades, accusativum pluralem corripiunt. — 58. [*Omnia vel medium fiat mare*; aut, omnis terra operiatur fluctibus maximis, ut nihil sit nisi mare, aut medium χάος: optat enim confusionem elementorum.] *Vivite silvae*; valete. Non enim bene optantis est, sed renuntiantis. — 59. [*Praeceps aërii specula de montis in undas Deferat*; ordo est: Praeceps deferar in undas de specula aërii montis. Quidam hoc ideo dictum putant, quod apud Leucaten soliti erant se praecipitare, qui aut suos parentes invenire cupiebant, aut amari ab his desiderabant, quos amabant.] — 60. *Extremum hoc munus morientis habeto*; i. e. moriar in invidiam tuam. Nam amare ait *Munus.* Sic Mezentius (A. 10, 881.): *Et haec tibi porto Dona prius:* [vel extremum hoc munus meum habeto, quod morior.] — 62. [*Haec Damon*; deest *dixit*, vel *cecinit*.] — 63. *Dicite Pierides*; bene animos erigit auditorum: dicendo: Superiora utcunque dicta sunt; sequentia, nonnisi a numinibus poterunt explanari. Sane ita debemus accipere pastores hos referre, quod aliquando in Arcadia audierunt. Unde et superius ait: *Incipe Maenalios mecum mea tibia versus*; [i. e. Arcadicos.] *Non omnia possumus omnes*; sic Cicero (pro Muraena 22.): *Unum sustinere vix pauci possunt: utrumque nemo.* — 64. [*Effer aquam*; hic inducit mulierem, sacris quibusdam pervertentem mentem amatoris, a quo spernebatur. *Molli vitta*; lanea scilicet. — 65. *Verbenasque*; verbenae dicuntur virgulta quae semper virent iucundi odoris. Alii verbenas virgulta religioni apta. Alii proprie olivarum ramos. Nam ideo et *pingues* ait, quamvis hoc et de palma et de lauro dici possit. Alii rorem marinum dicunt, omnia tamen haec a viriditate verbenae appellantur.] *Adole*; incende, sed κατ' εὐφημισμὸν dicitur, nam *adole* est auge. [*Pingues*; florentes, virentes. *Mascula thura*; quae in modum testiculorum sunt. — 66. *Coniugis*; apud Theocritum non coniugis, sed alieni adulescentuli persona subest, sicut supra dictum est.] *Sanos sensus*; [qui modo sani sunt,] i. e. non amantes. Unde contra amantes insanos vocamus. [*Magicis sacris*; quibus alienantur animi quadam violentia ab his, qui eorum usum habent.] *Avertere* autem, a sanitate mutare: aut avertere ait, pervertere, ut sit mutata praepositio, [aut certe in me convertere. — 67. *Experiar*; coner, probem, incipiam. *Sensus*; hoc est animum,

ex quo sensus nostri sunt cerebri. *Nihil hic;* figuratum es *Desunt*, quia absunt. *Nihil hic nisi carmina desunt*; tan omnibus, quae imperaverat, paratis carmina sola magica (dicit, nam hoc sequitur: *Ducite ab urbe domum mea car* — 68. *Ducite;* pro adducite. *Daphnin*; hunc Daphnin pu rimum inter pastores, et ephebum et ab omnibus amatum nis, sicut supra dictum est, multi scriptores adserunt, cuius tionem Virgilius peritus antiquitatis, non incassum locis pl facit. Hunc igitur cum nympha Nomia amaret, et ille eam neret, et Chimaeram potius sequeretur, ab irata nympha trice luminibus orbatus est, deinde in lapidem versus: nam Cephalenitanum oppidum saxum dicitur esse, quod formar minis ostendat. Alii hunc Daphnin Pipleam amasse dicunt, cum a praedonibus raptam Daphnis per totum orbem quae invenissetque in Phrygia apud Lytiersem (leg. *Lityers.*) r servientem, qui hac lege in advenas saeviebat, ut cum n segetes haberet, peregrinos advenientes secum metere fa victosque (*vinct.* Heins.) iuberet occidi. Sed Hercules mis Daphnidis, venit ad regem, et audita conditione certaminis cem ad metendum accepit, eaque regi caput amputavit. Daphnen a periculo liberavit, et ei Pipleam, quam alii It dicunt, reddidit, quibus dotis nomine aulam quoque re condonavit, ferali sopito metendi carmine.] — 69. *Carmin coelo possunt deducere Lunam; vel*, i. e., *etiam:* ut (A. 9, *Vel Priamo miseranda manus.* Est autem argumentum a m ad minus: Si haec possunt facere carmina: cur non etiam i impleantur? quid est etiam facilius, quam ut Daphnis ex [rus] redeat, ut civitatem deserat rusticus? [Et bene potei carminum narrat, quae pro (*per?*) ea vel fieri possint, vel sint.] — 71. *Frigidus;* nocens: ut (G. 1, 336.): *Frigida Sa sese quo stella receptet. Cantando;* dum ei incantatur. gerundivus modus ab omni verbo similiter procreatur. modo *Cantando* a passivo ait: cum supra ab activo dixeri Cantando tu illum? Tale est illud in Sallustio (Iug. 66.): *ipse ad imperandum Tisidium* (L. *Titid.* V. *Tesid.* Guelf. *Tisiduum*) *vocaretur.* I. e., (ut) ei imperaretur. [Sane v *cantare* de magico carmine dicebant, unde et *excantare* magicis carminibus obligare: Plautus in Bacchidibus (fra *Nam tu quidem cuivis excantare cor facile potes.* — 73. *na;* tria, i. e., tria alba, tria rosea, et tria nigra.] *Licia eundo;* bene utitur liciis, quae ita stamen implicant, ut adolescentis mentem implicare contendant. — 75. *Effigiem* ([amatoris dicit effigiem.] Sic Dido (A. 4, 504.): *Effigie thoro locat, haud ignara futuri.* [Hoc faciunt malefici, h effigiem amatoris circumferunt, unam ex limo, aliam ex tertiam ex cera.] *Numero deus impare gaudet;* aut quemc superorum. [iuxta Pythagoreos, qui ternarium numerum fectum summo deo adsignant, a quo initium, et mediu finis est,] aut [revera] Hecaten dicit: cuius triplex potesta perhibetur; unde est (A. 4, 511.): *Tria virginis ora Di* [quamvis omnium prope deorum potestas triplici signo ost tur, ut Iovis trifidum fulmen, Neptuni tridens, Plutonis triceps. Apollo idem sol, idem Liber, vel quod omnia te

numero continentur, ut Parcae; Furiae; Hercules etiam trinoctio conceptus; Musae ternae: aut impari quemadmodumcumque: nam septem chordae, septem planetae, septem dies nominibus deorum, septem stellae in Septentrione, et multa his similia: et impar numerus immortalis, quia dividi integer non potest, par numerus mortalis, quia dividi potest, licet Varro dicat Pythagoreos putare, imparem numerum habere finem, parem esse infinitum; ideo medendi causa multarumque rerum impares numeros servari.] *Impare* autem propter metrum ait. Nam *ab hoc impari* dicimus. — 77. *Necte;* coniunge, ut ita implicetur mens amatoris, sicut implicantur et connectuntur illi colores invicem. *Tribus nodis;* alligationibus. Ternos lanae colores. — 78. *Amarylli;* [vocativus Graecus.] Haec Amarylla eius est quam Graeci σύμμνοτιν dicunt. *Veneris, dic, vincula necto;* anapaesticus est trimeter hypercatalecticus [ideo, quia una superest syllaba.] Hoc autem metrum est Cupidini consecratum. — 80. [*Limus ut hic durescit*; se de limo facit, Daphnidem de cera. Fecerat illa duas imagines, alteram ex limo, qui ex igne fit durior: alteram ex cera, quae igne solvitur: ut videlicet mens amatoris ita duresceret ad illam, quam tunc amabat: omnesque alias, sicut ad ignem limus: et ad se ita molliretur et solveretur amore, ut cera ad ignem liquescit. — 81. *Sic nostro Daphnis amore;* subaudi *durescat et liquescat:* ut scilicet quam appetit deserens me potius amet.] — 82. *Sparge molam*; far et salem. [Hoc nomen de sacris tractum est; far enim pium, i. e. mola casta, salsa, utrumque enim idem significat, ita fit: virgines Vestales tres maximae ex nonis Maiis ad pridie Idus Maias, alternis diebus spicas adoreas in corbibus messuariis ponunt, easque spicas ipsae virgines torrent, pinsunt, molunt, atque ita molitum condunt. Ex eo farre virgines ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Vestalibus, Idibus Septembribus, adiecto sale cocto, et sale duro. Igitur quod in sacris mola casta dicitur, ideo Virgilius in quinto Aeneidis *farre pio* enuntiavit: quid enim est *pium* nisi castum? quoniam *piare* est propitiare, quod accidere non potest nisi caste inservitum erit rebus sacris. Hic autem dicendo *asperge molam*, rem ipsam proprio nomine memoravit, unde in secundo Aeneidis (133.), *et salsae fruges*, et in quarto (517.) *ipsam molam.*] *Incende bitumine lauros;* i. e. lauros divino igne consume. Nam bitumen ex fulmine dicitur procreari. Unde iuxta Babyloniam, quia [ibi] frequentia cadunt fulmina, hac re lacus redundant adeo ut inde fabricasse muros Semiramis dicatur (Guelf. I. II. *adeo ut refabricent lacus*). Et bene quod conglutinat et ardet, ad veneficium adsumitur, ut glutinetur et ardeat ad amorem maritus. — 83. *In Daphnide laurum;* aut Archaismos est pro *in Daphnidem:* aut intelligamus supra Daphnidis effigiem eam laurum incendere, propter nominis similitudinem. — 86. *Bucula;* bovis est diminutio. Sane *Bos* anomalum nomen est. Nam *hic bos*, et *o bos* producitur: sicut *his bubus*, et *ab his bubus*. Nam reliqui omnes casus brevem habent syllabam primam. — 87. *Propter;* iuxta. *Perdita;* amore consumpta. — 88. [*Serae meminit decedere nocti;* i. e. tenebrae illam occupant.] — 89. *Nec sit mihi cura mederi;* aut nolim ei magicis artibus subvenire: aut nolim cum ipso concum-

here. Ab utroque enim medicina amantibus venit, [et *mederi* pro *medendi.*] — 91. *Perfidus;* nunc scilicet perfidus. — 92. *Limine in ipso;* in loco sacro, sicut supra diximus (saepe) [Vestae. Nam Terra ipsa dicitur. quae et Vesta. Veneficium autem ita administratur, ut in limine ponantur eius exuviae, cui veneficium fit. — 95. *Ponto; in Ponto*, et modo provinciam dicit hoc nomine, non mare. *Mihi lecta;* ordo est *mihi dedit*, non *mihi lecta.* — 97. *His ego saepe lupum fieri;* est enim opinio, quosdam homines artibus quibusdam in lupos mutari. *Silvis;* pro *in silvis.*] — 99. *Atque satas alio vidi traducere messes;* magicis quibusdam artibus hoc fiebat. Unde est in XII. tabulis: *Neve alienam segetem pellexeris.* [Quod et Varro et multi scriptores fieri deprehensum animadvertunt] — 102. *Ne respexeris;* nolunt enim se videri numina. Nisi ex nimia necessitate. Unde pro miraculo dictum est (A. 2, 591.): *Alma parens confessa deam;* quod non faceret, nisi in periculo filii. — 103. *Nihil ille deos, nil carmina curat;* satis est, quod putat, artem magicam nihil valere. [Quidam sic intelligunt, quamvis ille haec omnia contemnat. — 105. *Aspice;* hoc ab alia dici debet.] *Corripuit tremulis altaria;* [tremulis, crispantibus: altaria autem dicuntur, et quae continent et quae continentur ab eis, nunc vero ipsa quae ponuntur. — 106. *Sponte sua;* sine igne subito ex ipsis cineribus flamma emersit.] Hoc uxori Ciceronis dicitur contigisse: cum post peractum sacrificium libare vellet in cinerem, ex ipso cinere flamma surrexit (Guelf. *in cinere visa est fl.*), quae flamma eodem anno Consulem futurum ostendit eius maritum: sicut Cicero in suo testatur poëmate. *Bonum sit;* ideo optat, ut hoc signum bonum sit: quia ignis medius est, et qui possit etiam nocere. — 107. [*Nescio quid certe est;* hoc non iungendum superiori, est enim aliud prodigium.] *In limine latrat;* in loco ubi amati vestes obruerat. [Canis enim latratus prae gaudio, domini demonstrat adventum.] — 108. *Ipsi sibi somnia fingunt;* omnia, quae supra dixerat de arte magica, destruit dicendo, haec vera desiderantibus tantum videri: quod per proverbium est locutus.

ECLOGA IX. 1. *Quo te Moeri pedes?* [haec Ecloga dramatico charactere scripta est. Inducuntur enim duo pastores coëuntes in agro Mantuano, et] haec Ecloga continuum, [ut Servius dicit,] non habet carmen, sed [de] diversis locis Theocriti aliqua ad eam contulit. Sane hoc continet, Virgilius postquam paene occisus est ab Arrio centurione, Romam revertens, mandavit procuratoribus suis, ut tuerentur agros [suos], et ad praesens obsequerentur Arrio. Modo ergo Moeris procurator eius secundum praeceptum patroni portat hoedos Mantuam quos Arrio offerat. Sequitur alter pastor, et eum, quo pergat, interrogat: ille suas deflet miserias: et hinc iam variae praestatur occasio cantilenae. *Quo te Moeri pedes;* subaudis, ducunt, et (est) Zeugma a posterioribus. [Quidam hunc ordinem tradunt: Quo te Moeri pedes? an in urbem? quo ista via ducit. Sane alii ordinem huius Eclogae ita exponunt: Cum immunitatem agrorum Virgilius impetrasset, lis est exorta de finibus inter eum et eos, qui in proximo agros acceperant, ex quibus Clodius

quidam dixit, se omnem litem amputaturum, interfecto Virgilio, quem poëta stricto gladio se insequentem fugit in tabernam carbonariam, et beneficio institoris ex alia parte emissus, servatus est. Inducitur ergo Moeris, familiaris Virgilii, referens Lycidae periculum suum, et Menalcae, quem nunc pro Virgilio debemus accipere.] — 2. *Vivi pervenimus*; i. e. diu vivendo ad ista pervenimus. Et ostendit, plerumque obesse hominibus vitae longinquitatem, quae interdum causa est miseriarum. [Sensus autem talis est, usque eo nos vita longa produxit, ut audiremus dicentem: migrate; haec mea sunt. Interpositum sane est: quod nunquam veriti sumus. *Advena nostri*; qui advenerit in nostros agros, et aut Clodium, aut Arrium significat.] — 3. *Quod nunquam veriti sumus*; quia inopinata graviora sunt mala. Unde ait Dido (A. 4, 409.): *Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perferre, soror, potero.* — 5. *Nunc victi*; i. e. voti impotes. Nam quo modo victores dicimus voti compotes, qui, quicquid volunt, faciunt, sic victos e contrario voti impotes, qui non possunt facere, quod volunt. Ceterum quomodo victi sunt Mantuani, qui nec bella gesserunt? [Et *Tristes* ideo, quia dixit: *Nunc victi.*] *Sors omnia versat*; [i. e., quae instabilis est, et] nisi hoc ad personam rusticam redigas (Guelf. I. *pertinere dicas*), aspere contra Augustum dictum est, cuius felicitatem, sicut omnia, dicit posse mutari. — 6. *Illi*; i. e. Arrio centurioni. *Quod nec bene vertat*; quae res in perniciem eius vertatur, i. e. ut malo omine hoc munus accipiat. Tractum autem hoc est ab Hectore et Aiace. Nam Hector dedit Aiaci gladium, quo se Aiax postea interemit. Hector vero baltheum accepit ab Aiace, quo circa muros patriae tractus est postea. Inde et illud comicum natum est, *Di bene vortant quod* (L. V. *quid*, L. *quid agis*) *agas*. Plerumque enim bona in peius, mala mutantur in melius. — 7. *Subducere clivo*; [Cicero:] *Ex alto in campos dissolvi.* [Alii sursum ducere intelligunt. Alii medium clivum accipiunt, ex quo superior pars subducitur in collem surgentem, inferior in subiectam planiciem molliter deprimitur: usque ad eum autem locum perticam militarem Octavius Musa porrexerat, limitator ab Augusto datus, i. e., per quindecim millia passuum agri Mantuani, cum Cremonensis non sufficeret, offensus a Mantuanis, quod pecora eius in agro publico aliquando clausissent. Alii *subducere* pro *desinere* accipiunt; nam permansit dicendo *demittere iugum*, quasi hoc colles faciant, quod illis accidit per naturam. Alii agrum suum volunt descripsisse Virgilium, ut ostenderet, ex utraque parte esse clivosum, ut cum ab una parte ad cacumen ascenderis, ab alia usque ad aquam descendas. Et quidam tales agros lapidosos dicunt, sicut ipse de suo ait (E. 1, 48.): *Et tibi magna satis quamvis lapis omnia nudus.*] — 9. *Usque ad aquam*; Mincii fluminis scilicet. — 10. *Omnia*; quae supra

7) Nomen *Ciceronis* om. Guelf. I. II. R. Voss. Frustra hoc quaeras in Cicerone; nam est Servii interpretatio τοῦ *se subd.* Sed ut doceatur Lector, unde hoc provenerit, in Mss. est: *Subducere c. i.* (Guelf. II. *col. inc.*) *ex alto*; et ex duobus illis literis *C. I.*, quibus *colles incipiunt* designantur, fecerunt *Cicero*, et sequentia Ciceronis esse putaverunt: sane in Steph. et al. est tantum: *ex alto* etc. *Burm.*

dixit. Intelligamus autem, aut Virgilii tantum agrum: aut totius Mantuae [situm] esse descriptum. [Quod alii dicunt Virgilium ostendere voluisse, quod Mantuanis per iniquitatem Alfeni Vari, qui agros divisit, praeter palustria nihil relictum sit: sicut ex oratione Cornelii in Alfenum ostenditur: *Cum iussus tria millia passus a muro in diversa relinquere, ut octingentos passus aquae, quae circumdata est, admetireris, relinquistis.* * *Servasse*; recuperasse.] *Menalcam*; i. e. vestrum Virgilium, [cuius causa agri Mantuanis redditi sunt.] — 11. *Audieras et fama fuit*; benevolentiam quidem Augusti etiam fama vulgavit; sed eam belli Actiaci necessitas impedivit. *Sed carmina tantum, nostra valent Lycida tela inter martia*; hoc etiam Cicero ait in Miloniana (c. 4.): *Silent enim leges inter arma.* [Sensus tamen est: sed videlicet hoc tempore, i. e., in hoc bello, poëmata nostra, non valde admittuntur; *carmina* autem nonnulli, quibus sibi Pollionem intercessorem apud Augustum conciliaverat, accipiunt, quo fugato, rursus de praediis suis fuerat Virgilius expulsus.] — 13. *Chaonias dicunt Aquila veniente columbas;* minora enim auguria maioribus cedunt, nec ullarum sunt virium: licet priora sint. *Chaonias* autem Epiroticas. [Nam] in Epiro dicitur nemus fuisse, in quo responsa dabant columbae; quod ideo fingitur, quia lingua Thessala Peliades et Columbae, [et] vaticinatrices vocantur, [Herodotus hanc columbam de Aegypto venisse ait.] — 14. *Quacunque;* subaudi *ratione.* Et bene augurii peritiam dat ei, de quo supra (8, 97.) ait: *His ego saepe lupum fieri, et se condere silvis Moerim, saepe animas imis excire sepulcris* etc. *Novas lites*; magnas, i. e. militaria iurgia. [*Incidere*, pro *decidere.*] — 15. *Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix;* [*ante sinistra* indivise legendum. Et dicendo *monuisset* oscinem fuisse demonstrat. Sane] hoc ad auguralem pertinet disciplinam. Augures enim designant spatia lituo: et eis dant nomina: ut prima pars dicatur antica, posterior postica: item dextra et sinistra. Modo ergo cornicem de nulla harum parte venisse dicit, sed ab antica ad sinistram partem volasse: et in cava ilice consedisse: quae res agrorum damnum significabat. Ilex enim glandifera arbor est; quae quoniam vitiosa est, vitium possessionis ostendit fore per milites clamore gaudentes et litibus, sicut cornix. Nam haec avis et clamore laetatur, et alias frequenter invadit. Hoc ergo nunc dicit: augurio se esse admonitum, ut abstineret ab occursu litigiosi militis, qui retenturus fuerat possessionem. — 16. *Tuus Moeris*; i. e., Tuus amicus. [*Ipse Menalcas;* pro Virgilio, qui, dum agros suos defendit, paene occisus est.] — 17. *Heu cadit in quenquam tantum scelus;* postquam audiit occidi potuisse Virgilium, quasi obstupuit, et hoc generaliter dicit: Potest in quenquam tantum nefas venire, ut Virgilium necare contendat? — 18. *Paene simul tecum solatia rapta Menalca*; cum suis enim solatiis perit poëta, qui necdum editis carminibus moritur. Virgilius autem illo tempore nondum aliquid scripserat. Et dicendo *Solatia* latenter tempora carpit Augusti, quibus carmina non oblectamento fuerant, sed

10) In loco Cornelii (in fine) Burm. hab. *reliquistis.* Vossius copi.: *vix* (pro *ut*) *octing.* — *circ. est, cum admet. reliquisse.*

solatio: quod infelicium esse consuevit. [Vel *tua solatia*, tua carmina, quibus consolamur.] — 19. *Quis humum florentibus herbis*; sic est dictum, ut (E. 6, 62.): *Tunc Phaëtontiadas musco circumdat amarae Corticis, atque solo proceras erigit alnos.* — 20. [*Spargeret*; i. e. aspersam floribus caneret.] *Fontes induceret umbra*; tegeret, cooperiret. *Vel quae sublegi tacitus tibi carmina nuper*; [subaudiendum *nesciente te sublegi*, intercepi, et bene] rustica affectione reminisci se illorum carminum fingit, quae aliquando Virgilio, licet invito Romam eunti abstulerat. Nam *Sublegi* est furatus sum. Unde et *sacrilegus* dicitur, qui *sacra legit*, i. e. furatur. [Plautus in milite (4, 11, 98.): *Quae etiam nostrum hunc sermonem sublegerat.*] — 22. *Delicias nostras*; i. e. communem amicam. — 23. *Tityre, dum redeo*; Theocriti sunt versus (verbum) ad verbum translati, sed tamen Virgilii negotium continentes. Nam ἀλληγορικῶς imperat suis, ut rem tueantur, nec tamen audeant contra Arrii praeceptum venire. [Sed hoc aut de ipso Virgilii carmine Lycidas retulit, aut, ut alii putant, conversus ad gregalem suum Tityrum dicit. Et bene, dum promittunt se cantaturos, nihilominus dicunt. Sane quaeritur, utrum in his tribus versibus perfectum carmen sit, an initium alterius carminis imperfecti. Theocritus (3, 3.): *Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας, καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν, τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μή τυ κορύξῃ.*] *Inter agendum*; dum agis. Et honesta locutio est, si dicamus inter coenandum hoc sum locutus. [Afranius: *Inter loquendum*; Ennius: *Inter ponendum.* — 25. *Occursare capro*; ordo: occursare capro caveto. — 26. *Immo*; pro *vel.*] *Nec dum perfecta*; nimiae familiaritatis est signum, quod ei recitabat carmen, nondum ad limam redactum. Dicit autem carmen, quod quasi coeperat in honorem Vari componere: et per transitum ponit diversa [figurationis] scedia. — 27. *Vare tuum nomen*; ordo est: Vare tuum nomen sublime ferent ad sidera. *Superet modo Mantua nobis*; supersit, reddatur. Et hoc dicit: Si nobis Mantua fuerit reddita, faciam, ut te celebrent omnes poëtae. [Et bene affectiose de patria, quasi dubium, an superfutura sit.] — 28. *Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae*; bene ingemit Mantuanorum infelicitatem, quibus sola obfuit vicinitas Cremonensium. [Nam] Cassii, Bruti et Antonii copias Cremonenses susceperant: quos etiam ipsos mire excusat, dicens *miserae Cremonae*, quae etiam si vellet, minime tamen tantis copiis posset resistere. *Nimium* [autem] *vicina*; i. e. usque ad periculum. [Nam, ortis bellis civilibus inter Antonium et Augustum, Augustus victor Cremonensium agros, quia pro Antonio senserant, dedit militibus suis, qui cum non suffecissent, his addidit agros Mantuanos, non propter civium culpam, sed propter vicinitatem.] — 29. *Cantantes Cygni*; i. e. poëtae. Sic Horatius (Carm. 4, 2, 25.) de Pindaro: *Multa Dircaeum levat aura cygnum*; [sane blanditur Alfeno Varo, qui Pollione fugato, legatus Transpadanis praepositus est ab Augusto.] — 30. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos*; taxus venenata arbor est, quae abundat in Corsica; haec autem insula Graece dicitur a Cyrno, Herculis filio (Guelf. I. II. *Graece Cyrne dicitur; unde*). Unde fecit hanc derivationem *Cyrnaeas taxos*,

i. e. Corsicanas: quibus pastae apes mel amarissimum faciunt. — 31. *Distendant ubera*; plurimum lactis reportent. — 34. *Me quoque dicunt vatem pastores*; magna verecundia suum meritum extenuat. Nec enim ait *probant*, sed *dicunt*: nec *docti*, sed *pastores*; quibus tamen ipse non credo. — 35. *Varo videor*; Varius poëta fuit; de hoc Horatius (Serm. 1, 10, 44.): *Varius ducit molle atque facetum*. Item (Carm. 1, 6, 1.): *Scriberis Vario fortis, et hostium Victor*. Nam Varus dux fuit, cui supra blanditur, [qui nonnulla carmina scripsit. Nonnulli sane Alfenum Varum volunt, qui, licet Iuris consultus et successor Servii Sulpicii esset, etiam carmina aliqua composuisse dicitur, sed hoc teste Horatio falsum est, qui Varium poëtam laudat.] *Nec dicere Cinna digna*; etiam Cinna poëta optimus fuit, qui scripsit Smyrnam, quem libellum decem annis elimavit: [quibus tamen Poëtis negat suum ingenium comparandum.] — 36. *Sed argutos inter strepere anser olores*; argutos canoros: ut (E. 7, 1.): *Forte sub arguta consederat ilice cornix*. Et alludit ad Anserem quendam Antonii Poëtam, qui eius laudes scribebat: quem ob hoc per transitum carpsit. De hoc etiam Cicero in Philippicis (13, 5.) dicit: *Ex agro Falerno anseres depellantur*. Ipsum enim agrum ei donarat Antonius. [Et bene illos Poëtas optimos cygnos dicit, se anserem rudem et levis ingenii, nec debere aut posse se illos imitari. *Inter strepere*; sane potest et composite, et separatim proferri.] — 37. *Id quidem ago*; i. e., ut carmen mihi in memoriam possit redire. — 38. *Si valeam meminisse*; ut etiam in Aeneide diximus, ideo ista iunxit tempora, quia defectivum est verbum *memini*. [*Valeam* autem, si possim, ut in Aeneide (4, 333.): quae plurima fando Enumerare vales.] — 39. *Huc ades o Galatea*; Theocriti (11, 63.) versus sunt: ἐξέλθοις Γαλάτεια, καὶ ἐξελθοῖσα λάθοιο; quibus inducit Cyclopem usum, cum in scopulo sedens, amicam suam Galateam de fluctibus invitaret ad terras. Cyclops enim dicitur Nympham amasse Galateam: quae cum Acin quendam pastorem amaret, et Polyphemum sperneret: ille iratus Acin necavit: qui postea Galateae miseratione in fontem mutatus est: qui hodieque Latine Acilius dicitur [ab illius nominis derivatione.] *Est nam ludus in undis*; [ludus, voluptas; et] ad maiorem terrarum laudem dicit, in mari nullam esse voluptatem. Nam haec est plena laus, quae etiam contrariarum rerum continet vituperationem, et suas laudes ex sequentibus rebus dicit. — 42. [*Lentae*; flexibiles. *Umbracula*; Cicero: *umbraculisque silvestribus*.] — 43. *Insani fluctus*; i. e. magni: ut (A. 2, 776.): *Quid tantum insano iuvat indulgere labori*. — 44. *Pura sub nocte*; serena. — 45. *Numeros memini*; metra vel rhythmos, [vel certe numeros versuum. *Si verba tenerem*; hoc est, carmen non teneo.] — 46.

35) Pro *Varius* Dan. Guelf. I. II. et cod. B. hab. *Varus*. Dein in versu Hor. pro *ducit* Guelf. I. II. L. V. R. Vos. Steph. al. *dicit*.

39) Pro *Latine Acil.* Dan. *ab Acine Acinius*; Guelf. II. *acinea acilius*, sine praeposit. *ab*; cod. Ursin. et Guelf. I. *ab Aci Acinius*; B. *Acinae Acilius*; L. *latex Atilius*. Heins. volebat: latex Acilius. V. Cluver. Sicil. p. 115. *Burm.*

43) In versu Virg. vv. *quid tant.* omittunt Guelf. I. II. L. R. Vos. Steph. al. et pro *labori* Guelf. I. II. L. Vos. Steph. al. hab. *dolori*.

ıni, quid antiquos; [pro *antiquorum.*] — 47. *Ecce Dio- processit Caesaris astrum*; cum Augustus Caesar ludos ıres patri celebraret, die medio stella apparuit: ille eam confirmavit parentis [sui]. Unde sunt versus isti compositi. *aei* autem longe repetitum est (epitheton) a matre Veneris :. Sane *astrum* Graece dixit: nam *stellam* debuit dicere. ıius Macer circa horam octavam stellam amplissimam quasi niscatis coronatam ortam dicit, quam quidam ad illustran- gloriam Caesaris iuvenis pertinere existimabant. Ipse ani- patris sui esse voluit, eique in Capitolio statuam, super auream stellam habentem, posuit. Inscriptum in basi fuit: *ri Emitheo.* Sed Vulcatius aruspex in contione dixit co- ı esse, qui significaret exitum novi seculi, et ingressum de- sed quod invitis Diis secreta rerum pronunciaret, statim e moriturum, et nondum finita oratione in ipsa contione lit. Hoc etiam Augustus in libro secundo de memoria vitae complexus est; et haec Moeris non ut sua, sed Virgilii re- in honorem Augusti composita.] — 48. *Quo segetes gau- : frugibus*; ad mensem alludit Iulium, qui dictus est in em Caesaris: quo et uvae et frumenta maturescunt. — *nsere Daphni pyros*; hoc in gratiam Augusti, per cuius cium securus de agris suis est.] *Carpent tua poma nepo-* c si diceret: Nihil est, quod possis timere; nam (et) illud it, quod supra (E. 1, 74.) invidiose ait: *Insere nunc Meli- ıyros. pone ordine vites.* [*Ite meae, quondam felix pecus, pellae: Non ego vos posthac viridi proiectus in antro ısa de rupe procul pendere videbo.*] — 51. *Omnia fert ;* i. e. aufert, nam intelligimus eum subito obticuisse, nec, coeperat, implere potuisse. *Animum quoque;* etiam me- m. — 52. *Longos soles;* i. e. aestivos dies finire: ut (Aen. 3.): *Tris adeo incertos caeca caligine soles. Condere;* , usque ad occasum ducere. — 53. [*Nunc oblita*; aut a, vel figurate, quorum ego oblitus sum. Et ostendit, n nullum suum, sed omnia Menalcae carmina retulisse. *quoque Moerin iam fugit ipsa;* his versibus ostendit vigo- cantandi, quem prius habuerat, perdidisse, et per allego- obsessum malis animum demonstrat.] — 54. *Lupi Moerin : priores;* hoc etiam Physici confirmant: quod voce desera- , quem prior viderit lupus. Unde etiam proverbium hoc ı est: *Lupus* [*est*] *in fabula:* quotiens supervenit ille, de oquimur, et nobis sua prudentia amputat facultatem loquen- . 55. [*Satis referet tibi saepe Menalcas;* ordo est, satis .] — 56. *Causando nostros in longum ducis amores*; s nectendo differs nostra desideria. — 57. *Tibi silet ae-* in tuam gratiam. Et hoc dicit: Ut possis canere, cuncta unt. [*Aequor;* spatium campi. — 58. *Aspice ventosi ceci- ıt murmuris aurae;* frondes scilicet arborum, ostendens vel auras quievisse, quibus nihil omnino moveatur. Quod qui- ex Theocrito (6, 11.) sumptum est: *τὰ δέ νιν καλὰ κύματα ι, Ἄσυχα καχλάζοντα.*] — 60. *Bianoris;* hic est qui et

In lacunae locum Heins. supplevit *radiis;* Burm. edidit: *quasi lemniscis cor.*
In proverbio *Lupus* etc. v. *est* om. B. et Guelf. I. II.

Ocnus dictus est: de quo ait in decimo (199.): *Fatidicae Mantus et Thusci filius Amnis.* Conditor Mantuae. Dictus autem Bianor est: quasi animo et corpore fortissimus, ἀπὸ τῆς βίας καὶ ἀνορέης. — 61. *Stringunt frondes*; amputant, decutiunt. Ipse in Georgicis (1, 305.): *Sed tamen et quernas glandes tunc stringere.* — 62. *Tamen veniemus in urbem*; etiamsi paululum quiescentes dederimus operam cantilenae; [et deest *hodie.*] — 63. *Nox pluviam ne colligat ante, veremur*; aër enim aut cum ortu solis, aut cum occasu mutatur frequenter: quod in Aeneide etiam saepius indicatur. — 64. *Usque eamus*; iugiter eamus, sed *Cantantes*: ita enim minorem itineris sentiemus laborem. — 65. *Hoc te fasce levabo*; si cantantes ierimus, hoedorum te onere ipse relevabo. Nam *fascem* ait onus. Sic in Georgicis (3, 347.): *Iniusto sub fasce viam dum carpit.* — 66. *Desine plura puer*; ac si diceret: Nimii desiderii es. [Et *plura*, deest *dicere*, ut esset: desine plura dicere.] *Quod nunc instat agamus*; [nos] Centurionem placemus: nam canere otiosorum est. — 67. *Cum venerit ipse*; vel Virgilius, cuius adventu sperabat securitatem: vel ipse Augustus, qui Actiacis bellis fuerat occupatus.

ECLOGA X. *Gallus*; [hic est Caius Asinius Gallus orator, Asinii Pollionis filius, qui] ante omnes primus Aegypti praefectus fuit, poëta eximius: nam [et] Euphorionem, ut supra diximus, transtulit in latinum sermonem, et amorum suorum de Cytheride scripsit libros quattuor. Hic primo in amicitiis Augusti Caesaris fuit: postea cum venisset in suspicionem, quod contra eum coniuraret, occisus est. Fuit autem amicus Virgilii, adeo ut quartus Georgicorum a medio usque ad finem eius laudes teneret, quas postea iubente Augusto in Aristaei fabulam commutavit. Hic [autem] Gallus amavit Cytheridem meretricem, libertam Volumnii, quae, eo spreto, Antonium euntem ad Gallias est secuta: propter quod dolorem Galli nunc videtur consolari Virgilius. Nec nos debet movere, quod, cum mutaverit partem quarti Georgicorum, hanc eclogam sic reliquit. Nam licet consoletur in ea Gallum, tamen altius intuenti vituperatio est. Nam et in Gallo impatientia turpis amoris ostenditur: et aperte hic Antonius carpitur inimicus Augusti, quem contra Romanum morem Cytheris est in castra comitata. — 1. *Extremum laborem*; non quod mihi laboriosum est; nam *scribere* apud poëtas *ludus* est: ut (E. 1, 9.): *Et ipsum Ludere quae vellem calamo permisit agresti*; sed rem tibi laboriosam, scilicet ut Nympha virginitate gaudens praestet de amoribus cantilenam. Unde et rogat dicens: *Concede.* Et verecunde pauca postulat, et eam adiurat etiam: *Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos.* Per Arethusam autem Musam Siculam, i. e. bucolicum Theocritium invocat carmen. Sane Arethusa secundum latinitatem in penultima habet accentum: secundum rationem Graecam, in tertia a fine, [Ἀρέθουσα,] sicut (et) Creusa, [et Κρέουσα.] — 2. *Pauca meo Gallo*; non ad ceterarum eclogarum comparationem: sed pauca quantum ad Galli pertinet scripta, quae, ut supra diximus, de suo amore composuit. [*Ipsa*, quae amata sprevit amorem. *Lycoris* pro *Cytheris*; licet enim poëtis alia nomina pro aliis ponere.] — 4. *Sic tibi cum fluctus subterlabere*

Sicanos; varia enim opinio est. Nam alii dicunt ad Arethusam, Nympham Siciliae, Alpheum fluvium de Elide (Guelf. I. *Alpheum elidis*; Guelf. II. al. *Alph. elide*) venire per maria: secundum quos [alibi] (A. 3, 694.) dixit: *Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias subter mare.* Alii dicunt, ipsam Arethusam iam in fontem mutatam Alpheum fugere, et de Elide ad Siciliam venire: quod nunc est secutus. [Sane dicitur quodam tempore patera aurea in Arethusa inventa quam Olympionices in Alpheum miserat, et cum Olympiae hostiae caeduntur, cruor earum in Alpheum infusus in Arethusam exit. *Sicanos*; Sicilia ante Sicania dicta, a Sicano terrae filio.] — 5. *Doris amara*; mater Nympharum est: quam pro mari posuit, [vel Doris Oceani filia, coniux Nerei.] — 6. *Sollicitos*; sollicitatos, plenos sollicitudinis post Cytheridis abscessum, quam Lycoridem vocat. Fuerunt autem uno tempore nobiles meretrices tres: Cytheris, Origo, Arbuscula. Horatius (Serm. 1, 10, 77.): *Explosa Arbuscula dixit.* Idem (ibid. 1, 2, 55.): *Ut quondam Marseus amator Originis, ille, Qui patrium mimae donat fundumque laremque.* — 7. *Simae*; Graecum est nomen: i. e. pressis naribus. Unde et simias dicimus: quod epitheton Theocritus (7, 80.) dat praecipue apibus: [*Ὡς τέ|νιν αἱ σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι Κέδρον ἐς ἁδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι.* Et dicens simae virgulta capellae, hic poëtam quasi pastorem posuit.] — 8. *Respondent omnia silvae*; per Echo, i. e. vocis imitationem nos [con]solamur: [et mira brevitate sensus huius versus explicatus est.] *Quae nemora*; [hinc carmen videtur. Est] quaedam Theocriti (1, 66.) ecloga (fuit), in qua suos amores deflere Daphnis inducitur, [vel ut alii, quidam pastor Daphnin amore mortuum deflet.] Huius omnem ordinem ad hanc eclogam transtulit: *Πᾶ πόκ' ἄρ' ἦσθ' ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾶ πόκα Νύμφαι, Ἦ κατὰ Πηνειῶ καλὰ Τέμπεα, ἢ κατὰ Πίνδω.* — 9. *Saltus habuere puellae Naiades*; Nymphas simpliciter accipiamus. Nam si proprie loqueretur, Oreades diceret. *Naiades* enim, fontium: *Oreades* montium, [*Dryades* arborum] Nymphae sunt. Sane quia diximus easdem esse Nymphas, quas (etiam) Musas, videtur hoc dicere, quia, si cum ipso fuissent Musae, i. e., si dedissent operam scribendis carminibus, non incidisset in tantas amoris angustias: vel cur eum amantem Musae deseruerint, cum propter ingenium earum esset antistes. — 10. *Indigno*; vel meretricio, vel magno. Nam et Ennius ait, *Indignas turres.* I. e. magnas. [Alii *indigno*, non quia Cytheris pulchra non fuerit, sed quia Gallus ab ea spretus sit.] — 11. *Nam neque Parnassi vobis iuga nam neque Pindi*; Parnassus mons Boeotiae, Pindus Thes-

4) Pro *Olympionices* etc. Dan.: *Olympionistes - - miserant*; Fabr. Banl. et al.. *Olympionides* (Vossius: *Olympienses*) - - *miserant.* Dein Dan.: *cruorem araim * in A.*; al. *cruore mari in A.* Salmas. Exerc. Plin. p. 491. nostram dedit lectionem. Vossius: *cruorem ararum in A. infusum in Arethusam exire* (Dan. *exeat*). Cf. etiam Muncker. ad Fulgent. III. ult. *Burm.*

6) In loco Hor. posteriore *illi* pro *ille* hab. Dan.; dein L. *patriae minimae.*

10) Pro *turres* cod. Ursini: *turtures.*

11) Guelf. I. II. al. *neq. P.*; *montes Thessaliae sunt Apoll.* etc.

saliae, ambo Apollini et Musis consecrati. — 12. *Aonia Aganippe*; nominativi sunt singulares. Aganippe autem fons est Boeotiae, quae et Aonia dicitur. Aonia autem brevis fit *Ni*: quia sequitur vocalis vocalem. [Callimachus Aganippem fontem esse dicit Permessi fluminis.] — 14. *Sola sub rupe deserta*; Maenalus autem et Lycaeus montes sunt Arcadiae. — 16. *Stant et oves circum*; scilicet circa Gallum, eius amorem stupentes. Sensus autem est: Sicut oves, [o] Galle, circum te stare non poenitet, ita nec te illarum poeniteat. Nam etiam Adonis quondam ovium exstitit pastor. Et quod ait *Nostri*, miscuit suam personam, ut frequenter facere consuevit: nam erat integrum: Tui nec poenitet illas. [Alii *poenitet* pudet accipiunt.] — 17. *Nec te poeniteat pecoris divine poëta*; ἀλληγορικῶς hoc dicit: Nec tu erubescas bucolica scribere. — 18. *Adonis*; *a* habet accentum, quia Graecum est nomen: tamen et[iam] Latine sic dicimus. Nam *Adon* nusquam lectum est. [Et de hoc fabula talis: In Cypro insula regnavit Cinyras, habens filiam Myrrham nomine, quae Solis ira in amores incidit patris, cum quo etiam ministerio nutricis concubuit. Namque nutrix Myrrhae dixit Cinyrae, esse quandam puellam, quae eius amore flagraret, et concubitum nocte in tenebris propter verecundiam expeteret virginalem: hoc Cinyras, incitatus libidine, pollicitus est: cupiens deinde videre vultus puellae, lumen iussit inferri, visamque filiam persequi cum gladio coepit, ut interficeret, quae gravida de patre confugit in silvas, ibique mutata est in arborem nominis sui, sed infantem conceptum etiam in cortice retinuit, et postmodum dente apri excisum emisit in lucem, qui a nymphis educatus, Adonis cognominatus est, quem quia Venus adamavit, Mars in aprum transfiguratus occidit. Quem multi miseratione Veneris in rosam conversum dicunt. Est etiam alter ordo huius fabulae: Ex Aegypto Epiviostasterius et Yon fratres ad insulam Cyprum profecti sunt, atque ibi sortiti uxores, ex quorum genere Celes procreatus est, qui habuit Erinonam (al. Erittomam) filiam. Haec cum esset nimiae castitatis, et hoc (*ob hoc*) a Minerva et Diana diligeretur, Veneri esse coepit invisa: quae cum puellae castitati insidiaretur, in amorem eius impulit Iovem. Quem dolum postquam Iuno animadvertit, ut fraudem fraude superaret, petit a Venere, ut in amorem puellae Adonem inflammaret, quem (*quam?*) posteaquam nulla fraude sollicitare in eius amorem potuit, obiectis quibusdam nebulis, ipsum Adonem in penetrale Virginis produxit. Ita pudicitia puella per vim et fraudem caruit, sed hanc Diana irata (*miserata?*) circa Cisseum fluvium in pavonem mutavit. Adonis vero ubi cognovit se amatam Iovis vitiasse, metuens profugit in montis Cassii silvas, ibique immixtus agrestibus versabatur, quem dolo Mercurii monte deductum, cum aper quem fabulae Martem loquuntur, vehementer urgeret, et ab Adone vinceretur, repente fulmen Iuppiter iecit et Adonem morti dedit: sed cum Venus illusum sibi, et mortem amati Adonis saepe quereretur, Mercurius miseratus imaginem Adonis, ut vivere crederetur, ad suos reduci fecit. Iuno autem a Iove petiit, ut Adonis in lucis patriis aevum degeret: tum

18) *Adon* apud Fulgent. Mythol. III, 2. *Vossius.*

Diana puellae Erinomae formam pristinam reddidit, quae tamen ex Adone Taleum (Vossius: *Talum s. Teleum*) filium procreavit, et cum viro permansit.] — 19. *Venit et upilio*; [ovium custos, et] propter metrum ait *upilio*: nam *opilio* dicimus, et Graeco usus est schemate: sicut illi dicunt *οὔρεα* pro eo quod est *ὄρη*, [et *οὔνομα* pro eo quod est *ὄνομα*.] *Tardi venere subulci*; tardi, i. e. stulti. Terentius in Heautontimor. (4, 5, 28.): *Tardus es*, i. e. stultus. Nam porci cito ambulant. [Alii pro *fatigati* accipiunt, quidam dicunt ideo tardi, quia porci nusquam pascuntur, nisi radicitus effodiant herbam: *Subulci* autem pastores porcorum.] — 20. *Uvidus hiberna venit de glande Menalcas*; uvidus, pinguis. Et *humidum* est, quod extrinsecus habet aliquid humoris: *Uvidum* vero, quod intrinsecus. Unde et uvae dictae sunt, quod tamen plerumque confundunt poëtae; [*hiberna* autem *de glande*, de collectione glandis, quia per hiemem colligitur.] — 21. *Unde amor iste*; i. e. tam impatiens, tam turpis. [Alii sic intelligunt *unde*, quod non dignus ille atque superet fastidiebatur. — 22. *Galle quid insanis*; vult spem amoris desperatione sanare.] *Tua cura Lycoris*; paene irrisorie dictum est. *Tua cura* i. e., pro qua tu ita es sollicitus, te relinquit. Et bene cum alii interrogent, quasi deus Apollo divinat. — 23. *Perque horrida castra secuta*; [horrida semper: nunc propter bella civilia. Et subtiliter] hic tangit Antonium, ut diximus supra. — 25. *Quassans*; concutiens. — 26. *Quem vidimus ipsi*; [utrum quia praesentia numina agrestium et ipse et Fauni, an quia] solent (enim) numina plerumque se rusticis offerre. Unde est (E. 6, 24.): *Satis est potuisse videri*. Notandum sane, quod ea numina, quae plerumque amaverunt, dicit ad amatorem venire. Nam Apollo amavit Daphnin, Pan Syringam, Sylvanus Cupressum (cod. L. *Cypariss.*). — 27. *Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem*; [*ebulum* genus est herbae sambuco simile. *Minio* autem ideo quia] facie (enim) rubra pingitur Pan, propter aetheris similitudinem. Aether autem est Iuppiter. Unde etiam triumphantes, qui habent omnia Iovis insignia, sceptrum, palmatam togam, qua utebantur illi, qui palmam merebantur. Unde ait Iuvenalis (10, 38.): *In tunica Iovis*. Faciem quoque de rubrica illinunt instar coloris aetherei. — 28. *Amor non talia curat*; quasi expertus [in Syringa] loquitur. — 31. *Tristis at ille tamen*; alii *tamen* superioribus iungunt: sed melius, ut sic legamus: *Tamen cantabitis*: ut sit sensus: Licet ego duro amore consumar, tamen erit solatium, quia meus amor erit vestra cantilena quandoque. [Videtur enim neque obiurgationes, neque consolationes recipere obstinate moriturus; nihil enim ad dicta ab eis respondit. — 33. *Arcades*; pastores, et *ἀλληγορικῶς* ostendit Virgilius quantum ei praestet, amorem eius canendo.] *Ossa quiescant*; hinc confirmat se esse (Guelf. I. II. al. *nam se dicit*) moriturum. — 34. *Olim*; futuri temporis est modo. — 36. *Aut custos gregis*; ac si diceret: Quid mihi cum urbibus, ubi sunt meretrices tam pulchrae quam perfidae? [*Vinitor* autem, vel custos, vel cultor vinearum.] — 38. *Seu quicunque*

21) Burm. edidit in fine: *quod non dign. illo, a quo fastid.* et in annotatione coniecit: *illa, a qua superbe fastid.*

saliae, ambo Apollini et Musis consecrati. — 12. *Aonia Aganippe*; nominativi sunt singulares. Aganippe autem fons est Boeotiae, quae et Aonia dicitur. Aonia autem brevis fit *Ni*: quia sequitur vocalis vocalem. [Callimachus Aganippem fontem esse dicit Permessi fluminis.] — 14. *Sola sub rupe deserta*; Maenalus autem et Lycaeus montes sunt Arcadiae. — 16. *Stant et oves circum*; scilicet circa Gallum, eius amorem stupentes. Sensus autem est: Sicut oves, [o] Galle, circum te stare non poenitet, ita nec te illarum poeniteat. Nam etiam Adonis quondam ovium exstitit pastor. Et quod ait *Nostri*, miscuit suam personam, ut frequenter facere consuevit: nam erat integrum: Tui nec poenitet illas. [Alii *poenitet* pudet accipiunt.] — 17. *Nec te poeniteat pecoris divine poëta*; ἀλληγορικῶς hoc dicit: Nec tu erubescas bucolica scribere. — 18. *Adonis*; *a* habet accentum, quia Graecum est nomen: tamen et[iam] Latine sic dicimus. Nam *Adon* nusquam lectum est. [Et de hoc fabula talis: In Cypro insula regnavit Cinyras, habens filiam Myrrham nomine, quae Solis ira in amores incidit patris, cum quo etiam ministerio nutricis concubuit. Namque nutrix Myrrhae dixit Cinyrae, esse quandam puellam, quae eius amore flagraret, et concubitum nocte in tenebris propter verecundiam expeteret virginalem: hoc Cinyras, incitatus libidine, pollicitus est: cupiens deinde videre vultus puellae, lumen iussit inferri, visamque filiam persequi cum gladio coepit, ut interficeret, quae gravida de patre confugit in silvas, ibique mutata est in arborem nominis sui, sed infantem conceptum etiam in cortice retinuit, et postmodum dente apri excisum emisit in lucem, qui a nymphis educatus, Adonis cognominatus est, quem quia Venus adamavit, Mars in aprum transfiguratus occidit. Quem multi miseratione Veneris in rosam conversum dicunt. Est etiam alter ordo huius fabulae: Ex Aegypto Epiviostasterius et Yon fratres ad insulam Cyprum profecti sunt, atque ibi sortiti uxores, ex quorum genere Celes procreatus est, qui habuit Erinonam (al. Erittomam) filiam. Haec cum esset nimiae castitatis, et hoc (*ob hoc*) a Minerva et Diana diligeretur, Veneri esse coepit invisa: quae cum puellae castitati insidiaretur, in amorem eius impulit Iovem. Quem dolum postquam Iuno animadvertit, ut fraudem fraude superaret, petit a Venere, ut in amorem puellae Adonem inflammaret, quem (*quam?*) posteaquam nulla fraude sollicitare in eius amorem potuit, obiectis quibusdam nebulis, ipsum Adonem in penetrale Virginis produxit. Ita pudicitia puella per vim et fraudem caruit, sed hanc Diana irata (*miserata?*) circa Cisseum fluvium in pavonem mutavit. Adonis vero ubi cognovit se amatam Iovis vitiasse, metuens profugit in montis Cassii silvas, ibique immixtus agrestibus versabatur, quem dolo Mercurii monte deductum, cum aper quem fabulae Martem loquuntur, vehementer urgeret, et ab Adone vinceretur, repente fulmen Iuppiter iecit et Adonem morti dedit: sed cum Venus illusum sibi, et mortem amati Adonis saepe quereretur, Mercurius miseratus imaginem Adonis, ut vivere crederetur, ad suos reduci fecit. Iuno autem a Iove petiit, ut Adonis in lucis patriis aevum degeret: tum

18) *Adon* apud Fulgent. Mythol. III, 2. *Vossius*.

Diana puellae Erinomae formam pristinam reddidit, quae tamen ex Adone Taleum (Vossius: *Talum s. Teleum*) filium procreavit, et cum viro permansit.] — 19. *Venit et upilio*; [ovium custos, et] propter metrum ait *upilio*: nam *opilio* dicimus, et Graeco usus est schemate: sicut illi dicunt οὔρεα pro eo quod est ὄρη, [et οὔνομα pro eo quod est ὄνομα.] *Tardi venere subulci*; tardi, i. e. stulti. Terentius in Heautontimor. (4, 5, 28.): *Tardus es*, i. e. stultus. Nam porci cito ambulant. [Alii pro *fatigati* accipiunt, quidam dicunt ideo tardi, quia porci nusquam pascuntur, nisi radicitus effodiant herbam: *Subulci* autem pastores porcorum.] — 20. *Uvidus hiberna venit de glande Menalcas*; uvidus, pinguis. Et *humidum* est, quod extrinsecus habet aliquid humoris: *Uvidum* vero, quod intrinsecus. Unde et uvae dictae sunt, quod tamen plerumque confundunt poëtae; [*hiberna* autem *de glande*, de collectione glandis, quia per hiemem colligitur.] — 21. *Unde amor iste*; i. e. tam impatiens, tam turpis. [Alii sic intelligunt *unde*, quod non dignus ille atque superet fastidiebatur. — 22. *Galle quid insanis*; vult spem amoris desperatione sanare.] *Tua cura Lycoris*; paene irrisorie dictum est. *Tua cura* i. e., pro qua tu ita es sollicitus, te relinquit. Et bene cum alii interrogent, quasi deus Apollo divinat. — 23. *Perque horrida castra secuta*; [horrida semper: nunc propter bella civilia. Et subtiliter] hic tangit Antonium, ut diximus supra. — 25. *Quassans*; concutiens. — 26. *Quem vidimus ipsi*; [utrum quia praesentia numina agrestium et ipse et Fauni, an quia] solent (enim) numina plerumque se rusticis offerre. Unde est (E. 6, 24.): *Satis est potuisse videri*. Notandum sane, quod ea numina, quae plerumque amaverunt, dicit ad amatorem venire. Nam Apollo amavit Daphnin, Pan Syringam, Sylvanus Cupressum (cod. L. *Cypariss.*). — 27. *Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem*; [*ebulum* genus est herbae sambuco simile. *Minio* autem ideo quia] facie (enim) rubra pingitur Pan, propter aetheris similitudinem. Aether autem est Iuppiter. Unde etiam triumphantes, qui habent omnia Iovis insignia, sceptrum, palmatam togam, qua utebantur illi, qui palmam merebantur. Unde ait Iuvenalis (10, 38.): *In tunica Iovis*. Faciem quoque de rubrica illinunt instar coloris aetherei. — 28. *Amor non talia curat*; quasi expertus [in Syringa] loquitur. — 31. *Tristis at ille tamen*; alii *tamen* superioribus iungunt: sed melius, ut sic legamus: *Tamen cantabitis*: ut sit sensus: Licet ego duro amore consumar, tamen erit solatium, quia meus amor erit vestra cantilena quandoque. [Videtur enim neque obiurgationes, neque consolationes recipere obstinate moriturus; nihil enim ad dicta ab eis respondit. — 33. *Arcades*; pastores, et ἀλληγορικῶς ostendit Virgilius quantum ei praestet, amorem eius canendo.] *Ossa quiescant*; hinc confirmat se esse (Guelf. I. II. al. *nam se dicit*) moriturum. — 34. *Olim*; futuri temporis est modo. — 36. *Aut custos gregis*; ac si diceret: Quid mihi cum urbibus, ubi sunt meretrices tam pulchrae quam perfidae? [*Vinitor* autem, vel custos, vel cultor vinearum.] — 38. *Seu quicunque*

21. Burm. edidit in fine: *quod non dign. illo, a quo fastid.* et in annotatione coniecit: *illa, a qua superbe fastid.*

pastorem, i. e., vilissimorum animalium. Nam bucolica scribens, debuit se dicere boum esse pastorem: sed vitans arrogantiam, ultimum se voluit esse, non principem in scribendis Bucolicis: [quamvis alii dicant, ideo eum etiam capellarum se memorasse pastorem, quod apud nonnullos de capris propter abundantiam lactis vel fetuum, maior fructus putetur, ut ipse ait (G. 3, 308.): *Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis.* Et item (3, 319.): *Quo minor est illis curae mortalis egestas.*]

MAURI SERVII HONORATI

GRAMMATICI

IN VIRGILII GEORGICON

LIBR. I.

Virgilius in operibus suis diversos secutus est poëtas: Homerum in Aeneide: quem, licet longo intervallo, secutus est tamen; Theocritum in Bucolicis, a quo non longe abest; Hesiodum in his libris (quattuor), quem penitus reliquit. Hic autem Hesiodus fuit de Ascra civitate (Guelf. I. II. al. *insula*), qui scripsit ad fratrem suum Persen librum quem appellavit ἔργα καὶ ἡμέρας, i. e. opera et dies. Hic autem liber continet, quemadmodum agri, et quibus temporibus sint colendi: cuius titulum transferre noluit, sicut Bucolicorum transtulit: sicut Aeneiden appellavit ad imitationem Odysseae: tamen eum per periphrasin primo exprimit versu dicens: Indicabo, quo opere, et quibus temporibus ager colendus sit. Ingenti autem egit arte, ut potentiam nobis sui indicaret ingenii, coarctando lata, et angust[ior]a dilatando. Nam cum Homeri et Theocriti in brevitatem scripta collegerit: unum Hesiodi librum divisit in quattuor; quod ratione non caret. Nam omnis terra, ut etiam Varro docet, quadrifariam dividitur. Aut enim arvus est ager, i. e. sationalis: aut consitivus, i. e. aptus arboribus: aut pascuus, qui herbis tantum et animalibus vacat: aut floridus, in quo sunt horti apibus congruentes et floribus. Male autem quidam Georgicorum duos tantum esse asserunt libros: dicentes Georgicam esse, γῆς ἔργον, i. e. terrae operam: quam primi duo continent libri: nescientes tertium et quartum, licet Georgicam non habeant, tamen ad utilitatem rusticam pertinere. Nam et pecora et apes habere, studii est rustici: licet possimus agriculturam etiam in his duobus sequentibus in-

venire. Nam et farrago sine cultura non nascitur: et in hortis colendis non minorem, quam circa terras, constat impendi laborem. Et hi libri didascalici sunt. Unde necesse est, ut ad aliquem scribantur, nam praeceptum et doctoris et discipuli personam requirit. Unde ad Maecenatem scribit: sicut Hesiodus ad Persen, Lucretius ad Memmium. Sane agriculturae huius praecepta non ad omnes pertinent terras, sed ad solum situm Italiae, et praecipue Venetiae, teste ipso Virgilio qui ait: *Tibi res antiquae laudis, et artis Ingredior*, cum de Italia diceret. 1. *Quid faciat laetas segetes*; [fertiles, foecundas, i. e.:] quae res terras pingues efficiat. Nam segetem modo pro terra posuit: sic alibi: *Horrescit strictis seges ensibus*. Pingues autem efficit terras, ut paulo post dicturus est, cinis, intermissio arandi, incensio stipularum, stercoratio. Unde etiam *laetas* ait. Nam fimus, qui per agros iacitur, vulgo *laetamen* vocatur. [Sane *Quid faciat* non interrogat, sed pollicetur.] *Quo sidere terram*; quo tempore. Ex sideribus enim tempora colliguntur. Et sciendum quattuor primis versibus textum sequentium quattuor librorum per ordinem contineri. [Sane sidus proprie est, quod in se plures continet stellas, sed a poëtis confuse ponitur. — 2. *Terram vertere*; περιφραστικῶς arare.] *Ulmisque adiungere vites*; [subauditur: *Quo sidere*. Et hoc] secundum Italiae situm locutus est: in qua vites altius elevantur, sic alibi (2, 89.): *Non eadem arboribus pendet vindemia nostris*. [Hoc autem rustici maritare dicunt.] — 3. *Quae cura boum, quis cultus habendo sit pecori*; aut in sequenti epexegesis est, ut hoc sit: *Qui cultus habendo sit pecori*: [quod est,] quae cura boum. Aut certe κατ' ἐξοχὴν ait boves, et postea intulit cetera [pecora]: ut maiora animalia separaret a minoribus: sicut de hominibus facit, dicens (A. 1, 30.): *Relliquias Danaum, atque immitis Achilli*. *Habendo* [autem] dum habentur, ut habeantur, [ut alibi (2, 250.): *Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo*: dativum ergo pro genitivo posuit, nam habendorum pecorum facit, sicut apium parcarum. Et *cultum* hic habitudinem corporis significat, alias ornatum. Sallustius (Hist. 6, 21.): *Cultu corporis ornata egregio*. Et (Iug. 33.): *Cultu quam maxime miserabili Romam venit*. Alias ad animum refertur. Ut (A. 8, 316.): *Queis neque mos, neque cultus erat*. Sallustius (Cat. 11.): *Indocti incultique vitam sicuti peregrinantes transegere*. — 4. *Quanta*; quam magna. *Habendo pecori*; hoc est, ut habeatur pecus.] *Experientia*; usus, natura; doctrina; [hoc est ἡ πεῖρα, vel notitia.] *Parcis* (autem) servatricibus frugum, quae mella custodiunt. — 5. [*Hinc canere incipiam*; pro: dehinc vel deinceps; non ergo ab apibus, sed

1) Cod. Leid. unus initio: *pingues terras; nam fimus vulgo* *laetamen* *dicitur*, reliquis omissis. Dein pro *terra* G. *terra arata*. v. Salmas. Exerc. Plin. p. 259. *Burm.* Dein v. *strictis* om. V.; *sentibus* pro *ensibus* hab. G. L. R. Vos. Guelf. I. II.

2) G. *Proprie enim vites ulmis maritantur, ut ipse: Summasque sequi tabulata per ulmos, et secundum* etc.

3) Vv. *Sed picis - - pecus* (v. 4.) omitt. Guelf. I. II. G. L. R. Vos.; in G. vero additur: *cultum posuit pro cultura; cultura enim constat in animi intensione, cultus autem in ipsa operis diligentia.* In fine Burm. *transiere.*

quid faciat laetas segetes.] *Vos o clarissima mundi lumina, Liber et alma Ceres;* Stoici dicunt non esse nisi unum deum, et unam eandemque (esse) potestatem, quae pro ratione officiorum nostrorum variis nominibus appellatur. Unde eundem Solem, eundem Liberum, eundem Apollinem vocant. Item Lunam, eandem Dianam, eandem Cererem, eandem Iunonem, eandem Proserpinam dicunt: secundum quos, pro Sole et Luna, Liberum et Cererem invocavit. — 6. [*Lumina;* numina fuit, sed emendavit ipse, quia postea ait: *Et vos agrestum praesentia numina Fauni. Labentem;* currentem, vel cito transeuntem.] *Quae ducitis annum;* quorum cursu tempora computantur. Nam per Lunam, mensis: per Solem, annus ostenditur. [Vel certe deducitis per duodecim sidera, aut *ducitis* pro *finitis*, ut (A. 9, 166.): *Noctem custodia ducit:* et alibi (G. 3, 379.): *Hic noctem ludo ducunt.*] — 7. *Alma Ceres;* alma, ab alendo, Ceres a creando dicta. [Quamvis Sabini Cererem, panem appellent, Liberum, Lebasinm (Vossius: *Sebasium*): dictum autem, quia Graece λοιβὴ dicitur res divina: vel simul Liberum, et Cererem posuit, quia eis templa simul posita sunt, et ludi simul eduntur.] *Vestro si munere;* [quoniam sine cibo et potione vivere non possumus, vel munere, beneficio, ut (A. 5, 337.): munere victor amici.] Si [autem hic pro,] siquidem. Nam *si* [modo] confirmantis est. [Terentius (Phorm. 1, 2, 69.): *Non si rediret pater, ei veniam daret.*] — 8. *Chaoniam pingui glandem mutavit arista*; Epiroticam. [Quae cur Chaonia dicta sit, in tertio Aeneidos (334.) plenius habes, et hic Epiroticam] a loco, in quo abundant glandes, quibus antea homines vescebantur, [vel quod ibi Quercus Iovi Dodonaeo sacra, quae hominibus responsa reddebat, ex hac cum fuisset excisa, columbae, quae vaticinabantur, volasse dicuntur.] Et modo speciem pro genere posuit. Non enim aut in Epiro tantum glandes fuerunt: aut de solo Acheloo homines potare consueverant. [Pingui autem arista, modo pro frumento posuit: et affectate ait pinguem aristam, cum proprie arista ab ariditate sit dicta: glandem vero mutavit arista ita ait, ut: * *coiam paludamento mutavit.* Ut: *Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.* Achelous terrae fuisse filius dicitur, ut solet de his dici,

5) G. *sunt qui solem et lunam volunt intelligi. Stoici autem* etc.

6) G. *ostenditur. Aut per Liberum musculos deos, per Cererem feminas Deas significat;* reliquis cum Guelf. I. II. L. R. Steph. omissis.

8) Pro *coiam* cum Salmas. (ad Solin. p. 137.) Burm. edidit: *togam.* Ad vv. *Circa hanc* etc. Burm. haec annotat.: G. hic corruptis verbis ita fabulam exhibet: Ovista (Onista) enim filius Ynen (Oenei) regis pastor, cum videret caprum saepius a grege discere (discedere) et plenior (pleniorem) reverti, secutus uvam depascentem invenit; quam decerpsit ac gustavit; cuius dulcedine inductus eam expressit, et cum humorem eius bibisset, quem et suavem sensit, ac per hoc de Achilo (Acheloo) flumine, in cuius ripa uva fuerat inventa, aquam miscuit vino, atque ita cum potum optimum fecisset, speciem uvae et potum optimum obtulit regi, qui (cui) cum ille probasset, uvam inventoris nomine vocari iussit, vinum Graeco verbo Ynon (οἶνον) a suo nomine appellavit. v. Muncker. ad Hygin. fab. 129. 272. et ad Fulgent. p. 31. Dein idem G. pro *sane Achel.* etc.: *numque* (non quod) Achelonius (Achelous) solus vino sit mixtus, sed ipsum pro quavis aqua posuit; sive quoniam ex Oceano et Thetide multis genitis fluviis hic primus natus est, in honorem eius omnis Achilonia (Acheloïa) dicta est aqua.

quorum per antiquitatem latent parentes. Hic cum de Melpomene, vel ut quidam dicunt de Calliope Syrenas habens filias, amisisset, et moerore conficeretur, auxilium matris oravit, ut sibi seni luctus remedium praestaret; quae miserans filium, patefactis antris intra se obruit; cui postea, ut perennem famam nominis daret, in Aetolica regione fluvium eiusdem vocabuli nasci fecit, quem nonnulli de Pindo monte Thessaliae oriri adserunt. Circa hunc Staphylus Oenei pastor, cum animadverteret ex capris unam esse pinguissimam, intellexit id pabuli ubertate fieri; secutus itaque eandem, cum vidisset uvis vesci, admiratus, et novitatem, et dulcedinem, decerptum fructum protulit (Heins. *pertul.*) regi, qui cum liquorem expressisset, a suo nomine vocavit Oenon, ab inventore Staphylem. Sed Hercules cum propter uxorem Deianiram cum Acheloo contenderet, cornu eius unum fregit, quod Graece *κέρας* dicitur.] Sane *Acheloia* non praeter rationem dixit: nam sicut Orpheus docet, [et Aristophanes comicus, et Ephorus historicus tradunt, Acheloum] generaliter [propter antiquitatem fluminis, omnem] aquam veteres (acheloum) vocabant. Sed quia specialiter quidam fluvius Achelous dicitur, aut species est pro genere: aut secundum antiquitatem est locutus. *Pingui arista;* aristam modo pro frumento [posuit,] et adfectate ait pinguem aristam, quum proprie arista ab ariditate sit dicta. — 10. *Et vos agrestum praesentia numina Fauni;* i. e., propitia: ut (E. 1, 42.): *Nec tam praesentes alibi cognoscere divos*; quorum praesentia favor est. Et bene de diversis rebus dicturus diversa invocat numina. [Hoc enim et in sacris fieri solebat, ut post specialia ad eam rem, de qua agebatur invocata numina, omnes dii vel deae confuse invocarentur. *Praesentia numina Fauni;* praesentia quoniam dicuntur usque ad ea tempora, quibus fuit Faunus, qui dictus est a fando, visa esse numina. Quidam *Faunos* putant dictos ab eo, quod frugibus faveant. Cincius et Cassius aiunt ab Euandro Faunum deum appellatum, ideoque aedes sacras, *Faunas* primo appellatas, postea *fana* dicta; et ex eo, qui futura praecinerent, *Fanaticos* dici. — 11. *Faunique pedem;* cum unus Faunus sit cur pluraliter posuit? * sese. Sed Varro ad Ciceronem (de Ling. Lat. p. 72.) ita ait: *Dii Latinorum ita*, ut Faunus et Fauna sit per * ex versibus quos vocant Saturnios in silvestribus locis solitos fari futura, atque inde Faunos dictos.] *Ferte simul, Faunique pedem;* ferte pedem, aut simul venite: aut date carmini meo facilitatem quod utique pedibus continetur: ut sit: *Ferte pedem*, metricam praestate rationem. [*Dryadesque puellae;* Dryades a quercubus, quod iam supra dictum est. — 12. *Tuque o, cui prima frequentem Fudit equum magno tellus percussa tridenti*; antiquissimi libri, *Fudit aquam*, plerique habuerunt. Quoniam Neptunus et fluminibus et fontibus, et omnibus aquis praeest, ut ipse docet (G. 4, 29.): *Aut praeceps Neptuno immerserit Eurus*, sed melius *equum*, propter armenta.] [In Cornel. *equum*, in authentico *aquam*, ipsius manu *equum*.] Fabula talis est: Cum Neptunus et Minerva de Athenarum nomine contenderent, placuit

11) Pro *ut Faunus* etc. G.. ut F. et F. dilati (Burm. dii latini) fari a fando. Fauni sunt dicti i. e. dii silvestres.

diis, ut eius nomine civitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtulisset. Tunc Neptunus percusso litore equum, animal bellis aptum, produxit: Minerva, iacta hasta, olivam creavit: quae res est melior comprobata et [ut] pacis insigne. Ut autem modo Neptunum invocet, causa eius muneris facit, quia de equis est dicturus in tertio: alioquin incongruum esset, si de agricultura locuturus numen invocet maris. Equum autem a Neptuno progenitum alii Scythium, alii Schironem, alii Arionem dicunt fuisse nominatum. Et ideo dicitur equum invenisse, quia velox est eius numen, et mobile, sicut mare. Unde etiam Castor et Pollux, quia eorum velocissimae stellae sunt, equos in tutela habere dicuntur. [Sane hunc equum cuiuscunque nominis alii apud Arcadiam, alii in Thessalia editum dicunt, in quo etiam montem altissimum ostendunt, ubi primum equus visus sit, in tantum ut ob hanc causam a Thessalis Neptuno equestre certamen memorent institutum: unde, ut apud Graecos ἵππιος ποσειδῶν, a nobis Equester Neptunus. Alii hanc eandem de equo opinionem varie adserunt: nam primum equum et mox pullum equinum matre editum tradunt, quidam marem magis pullum initio editum volunt: nonnulli Saturno, cum suos devoraret, pro Neptuno equum oblatum devorandum tradunt, unde Illyricos quotannis ritu sacrorum equum solere aquis immergere: hoc autem ideo, quod Saturnus humoris totius, et frigoris deus sit. *Prima* autem multi pro *olim* accipiunt, ut (A. 1, 24.): *Prima, quod ad Troiam pro caris gesserat Argis.* Alii *prima* ideo, quod post Scythium Arionem genuit. Nonnulli vero ob hoc *cui prima frementem fudit aquam* legunt, quod veteres murmura aquae *fremitum* dicebant: Ennius: *Ager oppletus imbrium fremitu.* Et denuo: *ratibusque fremebat imber Neptuni*, Virgilius in nono (11, 299.): *Vicinaeque fremunt ripae.* Ergo *prima* aut proprium, quia et Pegaso fontem in Boeotia icta eius ungula fudit, aut *prima tellus*, i. e. litus. Ut (A. 1, 541.): *Primaque vetant consistere terra.*] — 14. *Et cultor nemorum, cui pinguia Caeae;* Aristaeum invocat, i. e. Apollinis et Cyrenes filium: quem Hesiodus dicit Apollinem pastoralem. Hic, ut etiam Sallustius docet, post laniatum a canibus Actaeonem filium, matris instinctu Thebas reliquit: et Caeam insulam tenuit primo, adhuc hominibus vacuam: postea, ea relicta, cum Daedalo ad Sardiniam transitum fecit. [Huic opinioni Pindarus refragatur, qui eum ait de Caea insula in Arcadiam migrasse, ibique vitam coluisse. Nam apud Arcadas pro Iove colitur, quod primus ostenderit, qualiter apes

12) G.: Quoniam ab Iove pro Neptuno equus sit suppositus Saturno, sicut lapis pro Iove, convenit huiusmodi historiam dicere, et Neptunum invocare, qui de natura equorum dictus est. — Vv. *In Corn. eq.* leguntur tantum in edit. Dan. qui fort. margini adscripserat. Burm. coniecit: in Authentico *aquam*, in correcto ipsius manu *equum*. — Pro *Scythium* Voss. de Idolol. 3, 9. et Cerda *Scyphium*; L. R. *Scrith.* Dein R. Vos. et al. *Scironem*; Steph. et al. *Syronem.* — Postea in versu Virg. Dan. *steterat* pro *gesserat.*

14) In fine G.: Caea Insula Aegaei maris est, quae prima dicitur Nymphis habitari ideoque * et id rursus dictam postea Aceon * aupaucorum Ceeam appellatam, in qua Aristaeus ex Arcadia venisse fertur, et responso patris Apollinis monitus, qui ex pecoribus usum lactis invenit, et mellis studium apium solertiam (solertia) consecutus est.

debeant reparari. Ut ait poëta de hoc ipso Aristaeo (G. 2, 283.): *Tempus et Arcadii memoranda inventa magistri Pandere.* *Cultor* autem pro incola. Caea vero insula in Aegeo mari. *Dumeta*; frutices. — 16. *Ipse nemus linquens patrium Pan ovium custos*; Pindarus Pana ex Penelope filium dicit, unde multi *patrium* pro *paternum* accipiunt, eo quod Pan non Arcas sit, sed Ithacesius, ut a patre non a patria vox haec videatur detorta, quia in Arcadia genitus.] *Saltusque Lycaei*; montis Arcadiae. [*Pan ovium custos*; ideo Lycus Pan ovium custos, quod lupos ab ovium gregibus depellat.] — 17. *Si tibi*; si quidem tibi; Maenala [autem] mons Arcadiae: dictus ἀπὸ τῶν μήλων, i. e. ab ovibus, quibus plenus est. — 18. *Tegeaee*; vocativus est, a derivatione Tegaei, oppidi Arcadiae, et Tegeum tribrachys est: *Tegeaee* Paeon tertius. [*Favens*; pro *volens* et per hoc propitius; *Favere* enim veteres etiam *velle* dixerunt. Ennius: *Matronae moeros complent spectare faventes*, nonnunquam favere et pro tacere ponitur, ut idem Ennius: *ore faventes*: Et Virgilius in quinto (71.): *Ore favete omnes.* *Oleaeque Minerva inventrix*; eo tempore, quo adversum Neptunum de nomine civitatis contendit, quod iam supradictum est; cui fabulae hoc additur, quod postquam Minerva inventa olea Neptunum vicerit, indigne ferens Halirrhothius, Neptuni filius, oleas coepit excidere, cui, dum hoc facit, ferrum de manubrio decidit, et ei caput amputavit: Neptunus vero dolens filii sui obitum, Martem homicidii coepit arguere: inde effectum est, ut Mars et Neptunus de hac re iudicium apud Athenas experirentur; unde locus ubi Iudices sederunt *areopagos*, Iudices Atheniensium *Areopagitae* appellantur.] —

16) G. Pana Pindarus ex Apolline et Penelopa in Lyco monte editum scribit, qui a Lycone rege Arcadiae Locus (Lyceus) mons dictus. Alii ex Mercurio et Penelopa natum, comitem feras solitum e cubilibus excitare et ideo capripedem figuratum, qua (quo) facilius densitatem cursu posset evadere. Cicero ait in IV. Verrinarum, Liberi esse filium. Alii enm ex Aethere et Iunone. Apollodorus sine parentibus eum * sinit (natum scribit) quoniam universum i. e. τὸ Πᾶν huic deo sit attributum. Cornua, quae Solis Lunaeque designantur * pellis maculis distincta, quae variam designat imaginem siderum. Inferior pars hirsuta, ut situs terrae. Cum Fistula est, quoniam flatus ventorum * exoriuntur. Motus vero ad repentinas fugas *panicus*, pro subitaria aëris commotione (a m. sec. contactione). Eundem volunt etiam lanificii repertorem, a quo *paniculus*. Denique Virgilius (G. 3, 391.) ex eo: Munere sic niveo lanae si credere dignum est, Pan deus Arcadiae, captam te, Luna, fefellit. *Tegeae* vero a derivatione est, quae est Tegeaeus a Tegaeo oppido Arcadiae. Item Tegaea Arcadiae civitas etc. — Post vv. *mont. Arcadiae* Burm. addit: Λύκος Graece dicitur *lupus*; unde in Lycaeo, sacris quibusdam degustatis, vertebantur in lupos, et post decem annos revertebantur in pristinum statum, si hominum carnibus non vescerentur." Haec desunt Mss., Steph. et Dan. v. Brouckh. ad Propert. 4, 5, 14.

18) *Eo tempore* etc. G.: Sunt qui dicant, Athenis prolatum esse olivae ramum a Minerva. Sunt qui putant, olei humorem idcirco Minervae convenire, quia nulli poscit (possit) misceri, incorruptus et integer, comparabilis virgini deae, quae ex una parente dicatur esse genita, quam sapientiam interpretantur, virtutem inviolabilem, ut Homerus. Cum ergo inter Minervam et Neptunum de terra acta esset contentio, primum Minerva in arce Athenarum olivam arborem protulisse fertur, cum Neptunus iratus mare in civitatem misit, postea per Mercurium rogatus sedavit iracundiam. Ita demum Athenae datae sunt ob victoriam Minervae.

19. *Uncique puer monstrator aratri;* alii Triptolemum, alii Osirim volunt; quod magis verum est, [ut dicit Propertius vel Tibullus.] Nam Triptolemus frumenta divisit. [Quod munus ei Ceres dedit propter humanitatem patris Icari, qui eam, cum Proserpinam captam (*rapt.*) in coniugium a Plutone quaereret, in Attica suscepit hospitio.] Bene autem tacuit de nomine, et generaliter ait *puer;* nam non unus aratrum toto orbe monstravit, sed diversi in diversis locis. [Alii talem de hoc Triptolemo fabulam tradunt: Ceres cum Proserpinam filiam quaereret ad Eleusinum regem devenit, cuius uxor Cyntinia puerum Triptolemum pepererat, seque nutricem pueri amore ducta simulavit reginae; sed nutrix recepta cum vellet alumnum suum immortalem reddere interdiu eum lacte divino alebat, noctu in ignem clam obruebat. Itaque, praeterquam solebant mortales, crescebat. Id sic fieri cum pater admiraretur, nocturno tempore observavit, cum Ceres vellet puerum in cinere et in igne abscondere, pater exclamavit, illa irata Eleusinum exanimavit. Triptolemo alumno suo aeternum beneficium dedit. Nam ad fruges portandas (propagand.) currum draconibus iunxit, deditque ei, quibus ille vectus orbem terrarum frugibus obseruit; quem, postquam domum rediit, cum Cephalus rex interficere voluisset, per cognita iussa (Muncker. sed, re cognita, iussu) Cereris Triptolemo regnum tradidit, qui accepto regno oppidum constituit, et ex patris nomine Eleusinum nominavit, Cererique sacra primus instituit, quae *θεσμοφόρια*, Graece dicuntur. Varro de scenicis originibus, vel in Scauro: *Triptolemum dicit Nigidius ferae barbaricae sub virginis signo * arator, quem Orona Aegyptii vocant; quod Oron Osiridis filium ab hoc educatum dicunt.* Ergo Osiris significatur, ut, *Φιλοστέφανος περὶ εὑρημάτων*, vel Epimenides, qui postea Buzyges dictus est, secundum Aristotelem.] — 20. *Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum;* Sylvanus deus est Silvarum. Hic amavit puerum Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam cervam. Hanc cum Sylvanus nescius occidisset, puer est extinctus dolore: quem amator deus in cupressum arborem nominis eius vertit, quam pro solatio portare dicitur. [Sane in Bucolicis alium illi habitum dedit (E. 10, 24.): *Venit et agresti capitis Sylvanus honore.* Quidam Sylvanum primum instituisse plantationes dicunt. Ideo *tenera ab radice* poëtam dixisse. An *ab radice tenera*, quia caesa cupressus dicitur non renasci, item invalida, an ab radice tenens?] — 21. *Diique, deaeque omnes;* post specialem invocationem transit ad generalitatem, ne quod numen praetereat; [more Pontificum, per quos ritu veteri in omnibus sacris post speciales deos, quos ad ipsum sacrum, quod fiebat, necesse erat invocari, generaliter

19) G. Alii Tleptholemum Celei filium dicunt; alii Osirim putant. Ob quam * (causam s. rem. Muncker. ad Hyg. fab. 147.) ab Aegyptiis inter deos sit relatus. Tleptholemus Celei regis Heleussinae filius fuit, qui usum serendi primus mortalibus tradidit. Bene autem tacuit etc. — Vv. *ut dic. Prop. vel Tib.* omitt. Guelf. R. Vos. In Propertio nihil huius rei est; quare Burm. adscriptum *Tibullum* credebat ab aliquo qui legerat Eleg. 1, 8, 29. — In loco Varronis *Sphaerae* pro *ferae* edidit Burm. et mox *aratorem.* — In fine pro vv. *Sane* etc. G.: Hunc Sylvanum quidam funebrem deum putant et ideo cupressum tribuunt ei, quia eadem arbor apta sit funeri, ob radicum infirmitatem.

omnia numina invocabantur.] (Quod autem dicit) *Studium quibus arva tueri;* nomina haec numinum in Indigitamentis inveniuntur, i. e. in libris pontificalibus: qui et nomina deorum et rationes ipsorum nominum continent: quae etiam Varro dicit. Nam, ut supra diximus, nomina numinibus ex officiis constat imposita. Verbi causa, ut ab occatione, deus Occator dicatur: a sarritione, deus Sarritor: a stercoratione, Sterculinius: a satione, Sator. [Fabius Pictor hos deos enumerat, quos invocat Flamen, sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri: Vervactorem, Reparatorem, Inporcitorem, Insitorem, Obaratorem, Occatorem, Sarritorem, Subruncinatorem, Messorem, Convectorem, Conditorem, Promitorem. *Tueri;* pro *tuendi*, aut *tuendorum.* — 22. *Quique novas alitis;* i. e. omnes qui hoc potestis.] *Non nullo semine;* i. e. aliquo, et hoc dicit: Qui a nobis iacta semina vestris seminibus alitis. Semina autem dicit deorum caeli temperiem, pluvias, terrae rorem. [Vel *Nonnullo semine;* ab hominibus scilicet iacto, ut (G. 2, 49.): *Quippe solo natura subest.* Seu rorem.] *Satis;* segetibus. Ut (infr. 325.): *Sata laeta, boumque labores.* [*Largum* autem *coelo demittitis imbrem;* per haec aquam et terram significari vult.] — 24. *Tuque adeo etc.;* [*adeo* hic praecipue: quidam *adeo* abundare putant antiqua figura, ut (3, 242.): *Omne adeo genus in terris.* Et iam] adulatur Augusto, quem inter deos invocat. Nec totum tamen dandum est adulationi, sed et veritati. Nam cum omnes Imperatores post mortem sunt inter deos relati, Augustus vivus divinos honores emeruit, quod etiam Horatius testatur dicens (Epist. 2, 1, 15.): *Praesenti tibi maturos largimur honores: Iurandasque tuum per nomen ponimus aras.* Unde male quidam culpant Virgilium, dicentes, eum aviditate laudandi citum interitum Augusto optasse: cum eum constet ad rem, quae tunc fiebat, respexisse. Possumus tamen *Mox*, pro *post* accipere: Horatius (Carm. 3, 6, 48.): *Mox datura Progeniem vitiosiorem.* I. e. postea. Potest et *Mox* ad vitae humanae brevitatem referri. Nam ipsa ait in decimo (861.): *Rhoebe diu (res si qua diu mortalibus ulla est) Viximus.* Sane sciendum, mire eum laudasse, quod ait: Quem mox quae sint habitura deorum Concilia incertum est, i. e., nondum scimus, quis deus esse velis. Nam deum fieri maximum est. In potestate [autem] habere, quis deus velis fieri, plus esse quam maximum constat. — 25. *Urbisne invisere Caesar;* utrum velis terrarum, an maris, an caeli imperium possidere. — 26. [*Et te maximus orbis;* utrumne te pro Iove coli velis. — 27. *Auctorem frugum;* qui frugibus et ceteris rebus originem praestes.] *Tempestatumque potentem;* aut bonarum tempestatum: ut (9, 19.): *Unde haec tam clara repente Tempestas?* Aut *tempestatum* ait temporum: sicut ubique Sallustius. — 28. *Materna myrto;* quae in honorem est Veneris, a qua Augustus originem

24) In v. priore Horat. G. *iocundumque tuum post;* B. et Guelf. II. *per numen;* in altero L. Steph. *daturus;* Guelf. I. II. B. V. et edd. nonnullae: *daturos.*

26) G. *maximus*, i. e. totus, ut ipse (infra 329.): *quo maxima motu terra tremit.*

27) G. *auctor*, ab augendo dictus, ut (A. 7, 49.): *Tu sanguinis ultimus auctor.*

28) G. *maternam myrtum* pro Iulia gente dixit, quae a Venere traditur oriunda. Veneris autem in honorem et tutelam fuit myrtus.

ducit [per Caium Caesarem.] — 29. [*An deus immensi venias maris*; i. e., an pro Neptuno coli te velis: et *immensi maris*, cuius mensura non potest comprehendi. *Venias* autem aliqui pro *sis* accipiunt, ac si Graece diceret οὖσα sive ὑπάρχουσα, *ire* veteres pro *esse* dicebant.] — 30. *Numina sola colant*; *sola*, magna, [praecipua, i. e., supra alios deos marinos], quasi melior sis futurus et Neptuno et ceteris diis marinis. *Thule*; insula est Oceani inter septemtrionalem et occidentalem plagam, ultra Britanniam, iuxta Orcadas et Hiberniam; in hac Thule cum sol in Cancro est, perpetui dies sine noctibus esse dicuntur. [Praeterea miracula de hac insula feruntur, sicut apud Graecos Ctesias et Diogenes, apud Latinos Sammonicus dicit.] — 31. *Tethys emat omnibus undis*; Tethys est uxor Oceani, nympharum mater. Quod autem ait *emat*, ad antiquum nuptiarum pertinet ritum, quo se maritus et uxor invicem coëmebant, sicut habemus in iure. [Tribus enim modis apud veteres nuptiae fiebant, *usu*, si, verbi gratia, mulier anno uno cum viro, licet sine legibus, fuisset: farre, cum per Pontificem Maximum et Dialem Flaminem per fruges et molam salsam coniungebantur, unde *confarreatio* appellabatur, ex quibus nuptiis patrimi et matrimi nascebantur; coëmptione vero atque in manum conventione, cum illa in filiae locum, maritus in patris veniebat, ut si quis prior fuisset defunctus locum hereditatis iustum alteri faceret, et bene, *Serviat*, quia quandocunque in manum convenerat, omnia protinus quae doti * dicebantur, marito serviebant *. Hanc Tethyn Cicero in Timaeo Salaciam dicit; *generum* vero pro marito positum multi accipiunt, iuxta Saffo quae in libro qui inscribitur Ἐπιθαλάμια, ait, χαῖρε νύμφα, χαῖρε τίμιε γαμβρὲ πολλὰ· ἀντὶ τοῦ νυμφίε. Sic et Pindarus ἐν τοῖς ἰσθμίοις.] — 32. *Tardis sidus te mensibus addas*; i. e. aestivis. [Vel quia optat ut diu vivat, vel quia Virgo et Libra δυσαναφορὰ, i. e. tarde orientia dicuntur. Et *Tardis*, an quia aureo saeculo longiores dies dicuntur fuisse, an post multos tardosque menses ut deus fiat, an id (E. 4, 12.): *Aut incipient magni procedere menses*, per hunc

29) G. *Venias* autem magis quam *fias*, ut propriae magis sit, quam alienae potestatis.

30) Pro *iuxta Orc.* etc. cod. Ursin. et Guelf. I. *inter Hiberniam et Orcad.* Guelf. II. *viberna in orchadas.* R. V. *ultra Britannium, Hberniam, Orcadas.* Vos. *et Orcadas, quae insula in Oceano est ultima, in quam cum sol* etc. Steph. *Orcadas, est autem insula* etc. G. *Insula in Oceano vix paucis nota, quam idcirco nominavit, ut longum et magnum ei tribueret imperium. Alii putant civitatem in ultimis Hispaniae.* Guelf. I. post *orcadas* ita pergit: *et aliter insula in Oceano ultima, in qua cum sol* etc.

31) Pro *dicebantur* al. *dabantur.* Heins. *addiceb.* v. ad Ovid. Fast. 4, 394. Dein Dan. *serviant.* Schedae Brisson. *mariti erant.* In fine G. ut solet, dixit in honorem immortalitatis * Deam uxorem adiungit (adiungi), ut Aeolo Deiopeiam offerri facit. Inconsiderate, dt (dicit, dicunt) quoniam haberet Libiam (Liviam) uxorem Caesar, ipsam divam futuram. Quomodo autem alteram offert? nec attendunt ad illud, offerri quidem, sed ab eo non accipi; non enim semper id, quod offertur, accipitur.

32) G. Significat libram in XII. signa, quia in (ea) aequinoctium autumnale facit, et eleganter *tardis* ait, quasi futurum sit, ut Caesar abierit in coelum, hominis vita tendatur, ut in Bucolicis *Et incip.* etc.

magni?] — 33. *Qua locus* etc.: Aegyptii duodecim esse asserunt signa. Chaldaei vero undecim. Nam scorpium et libram unum signum accipiunt. Chelae enim scorpii libram faciunt. Iidem Chaldaei nolunt (al. *vol.*) aequales esse partes in omnibus signis, sed pro qualitate sui, aliud signum XX. aliud XL. habere: cum Aegyptii tricenas esse partes in omnibus velint. Modo ergo secundum Chaldaeos locutus est, dicens, posse eum habere locum inter scorpium et virginem. Nam Erigone ipsa est virgo. Sciendum deinde est, voluisse maiores in his signis [XII.] esse deorum domicilia: ut Solis est Leo, Lunae vero Cancer. Ceterorum vero quinque planetarum bina sunt signa: prout se ratio siderum sequitur. Nam primus circulus a terra, Lunae est, secundus Mercurii, tertius Veneris, quartus Solis, quintus Martis, sextus Iovis, Saturni ultimus. Sed remotis Sole et Luna, quorum sunt domicilia Leo et Cancer, hi quinque ordine, quo eorum sunt circuli, bina possident signa, unum a sequentibus, et unum a superioribus: ut Mercurii sint Virgo et Gemini: Veneris, Libra et Taurus: Martis, Scorpius et Aries: Iovis, Sagittarius et Pisces: Saturni, Capricornus et Aquarius. Unde per haec loca siderum, Augustum et fortem propter Scorpium, i. e. Martis domicilium. Et iustum propter Libram: et prudentem propter [vicinam Virginem, i. e.] Mercurii domicilium fore significat. [Vel certe ideo inter Scorpionis brachia, quae sunt Libra, et Erygonem, quae est Virgo, quia Libra aequitas, Virgo Iustitia. Sane haec Erygone Icari (Vossius: *Icarii*) filia fuit, tantae pietatis in patrem, ut cum eum vidisset mortuum, omni se luctu ac moerore conficeret, ob quam rem misericordia deorum inter signa locum Virginis sub Iustitiae vocabulo iussa est obtinere. *Chelas* autem *sequentes* ideo ait, quia, sicut dictum est, ipsae sunt Libra.] Bene autem Augusto inter Virginem et Scorpium, i. e. inter iustitiam et virtutem, locum tribuit. Nam Chelae, Scorpii (Guelf. I. *cheles scorpionis*) brachia sunt, quae sexaginta partes in coelo sunt: solum fore significat. — 34. *Panditur ipse tibi;* ordo est: Qua locus ipse tibi panditur. Tibi autem, in tuum honorem et gratiam. [*Ipse* autem *ultro*, *sua sponte*. *Ipse tibi;*

33) Ad. vv. *Bene autem* etc. Burm. ex cod. G. annotat: Erudite et sapienter Virgilius Scorpionis locum Augusto tradidit. Ut enim astrologi dicunt, Scorpius in Zodiaco duorum locum tenet. Nam Celeae (Chelae) eius intra brachia externa *TOKeΛeNO* possident. Ita si scorpius contrahat brachia sua et relinquat locum, quem improbe occupavit, sine iniuria cuiusquam Caesar in regionem coeli * vocant (vacantem?) recipiatur. Nam in hanc partem signiferis (signiferi) *ΓHNANKAI*, libram appellant. Bene ergo Augusto dat regionem iustitiae. Modo ergo secundum Kaldaicos locutus, dicens eum posse habere locum inter scorpionem et virginem; nam e regione (Erigone) ipsa est; et virgo, quae inter XII. signa dicitur esse, Iacari (Icari) Atheniensis filia. Nam Liber pater Iacaro vinum, Iacarus pastoribus dedit, et pastores oppressi sunt somno, quorum parentes existimantes veneno necatos, eum occiderunt, et in puteum proiecerunt et plaustra eius et instrumenta et reliqua, * Canis autem eius quodammodo significare coepit domini mortem. Filia eius Erigone secuta est canem ad puteum et cadaver patris sepelivit, optavitque, ut nisti Athenienses ulti. ent * (ut, nisi Ath. ulti essent) mortem Iacari, eadem morte perirent; et illi occiderunt pastores. Liber autem memor, quia sua causa periret (perierat) Iacarus, filiam eius inter astra locavit, quae est virgo, Canemque, qui quoties oritur vites adurit, Siriusque appellatur.

hic distinguitur, nisi dixeris: Ipse tibi tum brachia contrahit ardens Scorpius, bene optantis, ne verba maledictum comprehendisse videantur. *Iam brachia c. a. S.;* ideo Augusto merito iuxta Scorpium locum adsignat, quia sidus hoc supra Romam positum creditur. Varro tamen ait se legisse Empedotim (Empedocli) cuidam Syracusano a quadam potestate divina mortalem aspectum detersum, eumque inter cetera tres portas vidisse, tresque vias. Unam ad signum Scorpionis, qua Hercules ad deos isse diceretur: alteram per limitem, qui est inter Leonem et Cancrum: tertiam esse inter Aquarium et Pisces: Argute itaque eam viam et sedem tribuit Augusto, forti Imperatori, quam habuit deus fortis.] — 35. *Ardens Scorpius;* ardens ad illud refertur, quia Martis est domicilium: nam Scorpii tempus frigidum est, quippe cuius November est mensis. [Vel *ardens* ad virus eius, vel ad cupiditatem Augusti recipiendi.] *Iusta plus parte;* secundum Chaldaeos, qui Scorpium dicunt spatium duorum signorum tenere. [Ergo et loci spatio te invitat.] — 36. *Quicquid eris;* ordo est: Quicquid eris, da facilem cursum. Cetera enim per parenthesin dicta sunt. *Nec sperent tartara regem;* [*nec sperent* dixit, quasi beneficium de (Burm. coni. *det*) quocunque venerit. — 37. Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.] Ἀλληγορικῶς dicit illum nec debere mori velle, nec posse. [*Dira* autem pro magna vel vehemens.] — 38. *Quamvis Elysios miretur Graecia campos;* licet praeferantur inferi a Graecis Poëtis. — 39. *Nec repetita sequi curet Proserpina matrem;* Ceres cum raptam a Plutone Proserpinam filiam diu quaesisset, tandem aliquando eam esse apud inferos comperit: pro qua re cum Iovis implorasset auxilium, ille respondit, posse eam reverti, si nihil apud inferos gustavisset. Illa autem iam Punici mali in Elysio grana gustaverat: quam rem Ascalaphus, Stygis filius, prodidit. Unde Proserpina ad superos remeare non potuit. Hinc ait Lucanus (6, 740.): *Quae te detineant Aetnaea dapes.* Quam necessitatem modo Virgilius Proserpinae tribuit voluntati. Sane Ceres a Iove postea meruisse dicitur, ut Proserpina sex esset cum matre mensibus, sex cum marito: quod ideo fingitur, quia Proserpina ipsa est, quae et Luna, quae toto anno sex mensibus crescit, et sex deficit, scilicet per singulos menses quindenis diebus: ut crescens apud superos, deficiens apud inferos esse videatur. [Et *Nec sequi curet Proserpina matrem* ad admirationem Elysiorum posuit, quod matri praelati sunt.] — 40. *Da facilem cursum;* meo scilicet poëmati. *Atque audacibus a. c.;* verecunde

35) G. Hoc commune omnibus sideribus coeli; aut *ardens*, festinans parare locum Augusto; item *ard. scorpios* Graecus nominativus est, et *ard.* ut dixi, ad illud refertur etc. *Scorpios* hab. etiam L.

38) G. Quaerendum an ad auctores Graecos, an ad solum Homerum retulerit, qui in Odyssea campos laudat Elysios, et adeo amoenos locos (lucos), quos praetulerit amori matris Proserpina, nec accepta facultate eam voluerit sequi, i. e. Cererem. Proserpina Iovis et Cereris filia, quae per specum Siciliae a Dite patre rapta est. In infernum descendit Ceres, ut filiam perciperet (recip.), illa matrem sequi noluit. Specus per quam descenderat, mundus est appellatus. Item rex Molossorum Proserpinam rapuit, et Ceres hostia cum cantatoribus multis pulsavit, nec veniebat ad eam filia pro (prae) loci amore.

39) In versu Lucani B. L. V. *Enhea*, R. *Enaea* pro *Aetn.* Guelf. I. II. *ethnea.*

suas vires extenuat, [et commendat operis difficultatem dicendo *Audacibus*.] — 41. *Ignarosque viae mecum miseratus agrestes Ingredere;* aut mecum viae, i. e. rationis, aut artis ignaros miseratus rusticos iuva, aut *mecum ignaros* intelligas: aut rusticis ignaris fave mecum, i. e. quibus etiam ego his scriptis plurimum [opem] collaturus sum: aut mecum ignaros agricolas miserare: aut eis mecum fave. *Et votis iam nunc assuesce vocari;* i. e. adhuc vivus. Nam, ut diximus, Augustus vivus divinos honores emeruit. — 43. *Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur;* [*novum* multa significat. nam et recens aliquid *novum* dicitur, ut ipse ait (E. 2, 22.): *Lac mihi non aestate novum*, i. e. recens: *novum* dicitur et magnum, ut (E. 3, 86.): *Pollio et ipse facit nova carmina;* modo autem] *Novum Ver* ideo ait, quia anni initium mensis est Martius. Et sciendum, decem tantum menses fuisse apud maiores. Martium autem anni principium habere voluerunt, propter Martem, suae gentis auctorem; [quod multis firmatur auctoribus. Nigidius in Sphaera Graecanica, novum annum aequinoctium Vernale memorat. Varro Epistolicarum Quaestionum: *Inter mensem Februarium qui tunc esset extremus, et inter calendas Martias quae tunc erant primae.* Atta: *annum novum voluerunt esse primum mensem Martium.* Et alibi: *Maiores Martium primum habuerunt.*] Aprilis [vero] dictus est, quasi terras tepore aperiens, Maius a Maia, Iunius a Iunone; quamquam alii a maioribus et iunioribus hos duos menses velint esse nominatos. Nam ante populus Romanus in centurias iuniorum et seniorum divisus fuerat. Reliqui iam a numero nominabantur, Quintilis, Sextilis, September, October, November, December, et hi erant tantum decem menses. Duo vero, propter rationem signorum anni, intercalabantur, qui postea a Iano et a Februo nominati sunt: Februus autem est Ditis pater: cui eo mense sacrificabatur. Quintilis et Sextilis mutati sunt postea in honorem Iulii Caesaris et Augusti. Unde sunt Iulius et Augustus. Sic Ovidius in Fastis. Ergo *Vere novo*, et anni initio accipimus, et prima parte Veris. Nam anni quattuor sunt tempora divisa in ternos menses: qui ipsorum temporum talem faciunt discretionem: ut primo mense Veris novum dicatur Ver: secundo adultum: tertio, praeceps. Sicut etiam Sallustius dicit ubique: *nova aestas, adulta, praeceps.* Sic Auctumnus novus, adultus, praeceps. Item Hiems, nova, adulta, praeceps vel extrema. Unde est (340.): *Extremae sub casum hiemis.* Sane sciendum Xenophontem scripsisse unum librum Oeconomicum: cuius pars ultima agriculturam continet: de qua parte multa ad [suum] hoc opus Virgilius transtulit, sicut etiam de Georgicis Magonis Afri, Catonis, Varronis, Ciceronis quoque libro tertio Oeconomicorum, qui agriculturam continet. Nam primus praecepta habet, quemadmodum debeat materfamilias domi agere; secundus, quemadmodum foris paterfamilias. Illud quoque sciendum est, in his libris non esse obscuritatem in quaestionibus, sicut in Aeneide, nisi in paucis admodum locis. Sed in hoc tantum esse difficultatem, ut res positas intelligamus: i. e. τὸ κείμενον, sicut haec prima quoque eius praecepta significant. Nam hoc dicit, agrum fertilem, i. e. pinguem et herbosum, bis debere arari: semel verno tempore, ut et herbae adhuc

tenerae et sine semine avellantur: et aestatis calore, ut superfluus humor siccetur, vel glebarum putrefiat durities: et semel Auctumnali [arandum] cum seminibus. Agrum vero tenuem et sterilem Auctumnali tantum tempore arandum: ne si etiam Verno araveris, exiguus eius humor siccetur aestate. *Canis montibus*; albis ex nive. — 44. *Liquitur*; liquor cum nomen est *Li* brevis est: cum ad verbum venerit, producitur: ut *liquor*, *liqueris*, *liquitur:* nam mutavit naturam: sicut *humus*, *hu*, brevis est: *humanus* producitur. Item *itur*, *i* producitur: *iturus* corripitur. *Liquitur* [autem], defluit [resolvitur.] *Et zephyro putris se gleba resolvit*; quo tempore Favonii flatu arva laxantur, quae fuerant praeclusa frigoribus. Ipse alibi (G. 2, 317.): *Rura gelu tunc claudit hiems.* Putris [autem] gleba, solubilis, [quam tepor efficit et aratrum.] — 45. *Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere*; aliud pendet ex alio: nam altius impressum aratrum boves cogit in gemitum: quod genus arationis, pingui convenit terrae: nam econtra paulo post (68.) de infecunda terra dicturus est: *Tenui sat erit suspendere sulco.* *Mihi* autem, aut vacat: Cicero: *Qui mihi accubantes in conviviis.* Aut *mihi*, i. e. rustico amanti terras. Et *taurum* bovem fortissimum accipimus: nam tauri difficile ad aratra iunguntur. — 46. *Attritus splendescere vomer*; Lucretius: *Occulto decrescit vomer in arvo*; [quod evenire frequenti aratione novimus, ut et splendidior fiat et teratur. Cato in oratione ad filium: *Vir bonus est, Mi fili, colendi peritus, cuius ferramenta splendent.*] Dicimus autem et *hic vomer*, et *hic vomis:* sed ab utroque *huius vomeris* facit. — 47. *Illa seges demum*; seges modo terra, [ut (G. 4, 29.): *Nec pecori opportuna seges.*] *Demum* (autem) novissime, Vere specialiter. *Votis respondet*; immane est, quod ait *votis*. Nam plerumque plus optamus quam speramus posse contingere. *Respondet*, [aut satisfaciet aut] (autem) consentiet: ut (A. 1, 585.): *Dictis respondent cetera matris.* [*Avari*, i. e., quamvis avari, et plus est, quam si dixisset *parci*. Nigidius: *Quia qui parcior est, suo contentus est, quod avarus non facit.*] — 48 *Bis quae solem, bis frigora sensit*; quae bis et dierum calorem, et noctium senserit frigora. Per quod duplicem ostendit arationem, Vernalem et Auctumnalem. Nec enim ad tempora aestatis vel hiemis referre possumus quod ait: Bis solem, bis frigora: quia non sunt in Italia in uno anno duae aestates, et duae hiemes: sicut geometrae dicunt esse in quadam parte Indiae, in insula Taprobane. [Aut sicut quidam dicunt, ideo bis, ut semel cum fructibus, semel vacua, solem et frigus perpessa

45) In Ciceronis loco (Cat. 2, 5.) R. et Vos. *quid;* dein vulg. *accumbentes;* nostrum hab. Guelf. I. II. B. Steph. Dan. Ceterum *ut* pro *Cicero* hab. Guelf. I. II. — Mox pro *amanti* Heins. malebat *aranti*.

46) Lucret. 1, 315. Cod. L. *occulte.* In loco Catonis G. *splendent vomendo terram.* Idem mox: *vomes et ab utr.*

47) G. Seges et cum fructibus et sine fructibus intelligitur; ut (infra 112.): Luxuriam segetum tenera depascit in herba.

48) Pro *sensit* L. R. V. Vos. *sentit.* G. i. e. quae dierum calorem et solis, frigoris noctis et hyemis; aut bis aratur, i. e. scinditur, in transversum sulcum ducitur.

accipiamus. — 49. *Immensae*; infinitae.] *Ruperunt horrea*; plus est, quam si diceret impleverunt, [hoc est, ut non habeat, ubi reponat.] — 50. *At prius ignotum ferro quam scindimus aequor*; i. e. ante quam faciamus vervactum. [Si autem non *immensum*, sed *ignotum* legeris, *nobis ignotum* significat.] Aequor autem modo terram accipe, ab aequalitate dictum; [ut (A. 5, 456.): *Praecipitemque Daren ardens agit aequore toto.*] Unde et maria *aequora* dicuntur. — 51. *Ventos*; quia diversis locis diversi praevalent venti. Et hoc dicit: Debes scire, ager cui vento subiaceat. *Varium caeli praedicere morem*; i. e. aeris, Lucretius (4, 133.): *In hoc caelo qui dicitur aër.* Et hoc dicit: Debemus etiam caeli qualitatem nosse, utrum pluviis gaudeat, an tepore, vel frigore. — 52. *Patrios cultusque, habitusque locorum*; duas res dicit: Sciendum est, ager et quemadmodum a maioribus cultus sit, et quid melius ferre consueverit. Nam *habitus* locorum possibilitates [vel naturas] accipimus. [Quas Graeci τὰς ἕξεις dicunt. Alii *patrios* naturales exponunt.] — 54. *Veniunt*; crescunt. Ut (A. 5, 344.): *Et pulchro veniens in corpore virtus*, vel proveniunt. — 55. *Arborei foetus alibi*; i. e. poma. [Et *arboreum* aliqui duobus modis . . . . accipiunt. Aliter enim in Aeneide (12. 888.) de telo: *ingens arboreum.* Cornificius: *ut folia quae frugibus arboreis tegmina gignuntur.*] *Iniussa virescunt gramina*; bene *iniussa*: nam frumenta [studio] iussa nascuntur. Unde est (v. 99.): *Atque imperat arvis.* [Et nunc hic unum *alibi* deest, ut fiat: Atque alibi iniussa virescunt gramina.] — 56. *Nonne vides*; [aut Maecenati dicit, aut rustico; et] argumentatur, quasi hoc dicens: Si una provincia ferre non potest omnia: quanto magis unus ager? *Ut Tmolus*; mons est Ciliciae, in quo nascitur crocum praecipue: nam loca commemorat, ubi plus provenit et melius aliquid. Nam crocum et in Africa nascitur, sed non tale, nec tantum, quantum, vel quale in Cilicia. [Sed Tmolus est mons etiam Lydiae, circa oppidum Sardis (Heins. Sardes), qui diversis floribus abundat. Unde multi de Tmolo [illegible] *odores* [illegible] croco accipiunt; alii [illegible] crocum apud Tmolum nasci, sed vinum Tmolium [illegible] croco [illegible]. Nam et crocum in Cilicia apud Corycum [illegible] meminit.] — 57. *India mittit ebur*; et in Africa fuerunt elephanti, sed meliores in India. Hinc est quod ait Terentius (Eun. 3, 1, 23.): [illegible] *quem Indicis praefeceras*; i. e. maximis. [Et India mittit quasi pen-

[illegible]

[illegible] undique [illegible]

dit.] *Molles sua tura Sabaei;* Sabaei populi sunt iuxta Syriam et Arabiam: dicti Sabaei ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod apud eos tus nascitur, quo deos placamus. *Molles* autem ideo ait, vel quod sub aëre clementiore sunt. Nam ut ait Lucanus: *Quidquid ad Eoos tractus mundique teporem Labitur, emollit gentes clementia coeli;* aut certe quia Alexander Macedo dicitur obscoenos omnes de exercitu suo segregatos illic condidisse. Sane *tus* modo sine aspiratione dicimus: nam antiqui *thus* dicebant ἀπὸ τῶν θεῶν, quod displicuit: *tura* enim a tundendo dicta esse voluerunt, a glebis tunsis: cum quibus dicitur fluens de arboribus coalescere. [Alii Sabaeos Arabas . . . cl. onos Aegyptiorum ex effeminatis collectos ab . . . . . de Arabia illuc deductos; vel ideo *molles*, quod femineos cultus vestesque gerunt.] — 58. *At Chalybes nudi ferrum;* [subauditur ubique *mittunt.* Chalybes] populi sunt, apud quos nascitur ferrum. Unde abusive dicitur chalybs. ipsa materies: ut (A. 8, 446.): *Vulnificusque chalybs. Nudi* autem, aut apud quos arbores non sunt: aut vere nudi, propter ferri caedendi (*cudendi?*) studium. Nam legimus (8, 425.): *Brontesque Steropesque et nudus membra Pyracmon. Virosaque pontus castorea;* fibri, canes sunt Pontici: quorum testes apti sunt medicaminibus; propter quos ubi se senserunt requiri, eos secant. De his Cicero pro Scauro: *Redimunt se ea parte corporis propter quam maxime expetuntur.* Iuvenalis (12, 34.): *Qui se eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno Testiculi;* castores autem a castrando dicti sunt. *Virosa* autem aut fortia, aut certe venenata. Nam licet sint multis remedio, tamen praegnantes eorum odore abiiciunt et egerunt partum. Et *virosa* dicta ab eo quod est virus. Alii *fortia* accipiunt, a viribus. — 59. *Eliadum palmas Epiros equarum;* hypallage est: nam haec dicit: Epiros creat equas optimas, quae apud Elidem palmas merentur in Iovis Olympici curuli certamine. Sane *Epiros* Graece profertur: unde etiam *e* habet accentum. Nam si Latinum esset, *Epirus*, [*Epiri*,] *Pi* haberet [accentum], quia longa est. Nec mireris equas currere. Nam, ut dicit Plinius (8, 42.): *Velociores sunt ideo, quod in cursu urinam faciunt.* — 60. *Continuo has leges;* iugiter (in continuum), in aeternum, ad perpetuum: sicut sequentia indicant. Nam dicturus est Aeternaque foedera mundi. — 62. *Deucalion;* iam transit ad fabulam: et poëtice dicit: Ista tum primum statuta, quae ab initio mundi constat fuisse. — 63. *Unde homines nati durum genus;* expres-

58) G. Chalybes gens in Ponto, inventrix ferri, dicti a Calybeo, Euboeae vico, quia hic Coloni sunt. Deinde idem: Castores dicuntur Silvestres canes, quos Latine Fibros (cod. L. *Fribri*) dicunt. Virus, quod in testiculis habent, aptum medicis, *Castorium* appellatur; hoc adeunt (aiunt) cum sciant quam ob causam * ultro eos sibi demere. Quod ait et Cic. pro Sc., cum quam ob causam in periculo redimant se a morte ea parte corporis, propter quam expetunt avulsa et relicta. Guelf. I. II. B. L. R. V. Vos. *testones* pro *testes.* — *Fortia* Salmas. explicat *gravi odore.* Dein Guelf. I. *et egerunt partus suos.*

59) G. Iov. Ol. cursu. Elis autem urbs est Peloponnesi, a Tolotae filio Elo. Epiros autem in Europa est. In Plinii loco post *sunt* Burm. add. *masculis* quod omitt. B. L. R. Vos. Guelf. I. II. Steph. Dan. al.

63) G. *Durum genus;* quod ex lapidibus constat, iuxta historiam Deucalionis et Pyrrhae.

sit τὸ αἴτιον i. e. causativum. Nam et Graece populi λαοὶ dicuntur a lapidibus; [λάοι enim lapides dicuntur.] *Ergo age terrae pingue solum;* iam redit ad causam. — 64. *Primis extemplo a mensibus anni;* hoc est quod dixit: Vere novo: [Extemplo. Induxit, et reposuit.] — 66. *Pulverulenta coquat maturis solibus aestas;* quae glebas solvit in pulverem. Et reddit causam, cur hoc debeat fieri. *Maturis* autem *solibus* est, vehementibus, fervidis, magnis. [Ipsius manu adiectum *maturis solibus.*] — 67. *Sub ipsum Arcturum;* i. e. auctumnali tempore, quo Arcturus oritur. Et sciendum quod *sub* praepositio, quando tempus significat, accusativo gaudet: ut hoc loco Sub arcturum, i. e. circa arcturum. Item (144.): *Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese.* Et (A. 1, 66.): *Sub noctem cura recursat.* Et item (G. 3, 402.): *Sub lucem exportant calathis.* [Hoc autem est tum cum iam pluere com. . . . (compertum). Arcturus enim pluviarum et tempestatum sidus est. Arcturus autem idem arctofylax, quia post ursae caudam locatus sit; ἄρκτος enim ursa, et οὐρὰ cauda; idem Bootes, quod boves cum plaustro agat: alii Arcadem fuisse filium Callisthonis et Iovis dicunt: qui cum matrem in figuram ursae ira Iunonis transfiguratam vellet occidere, ambos a Iove in caelum esse translatos, ille Arcturus, illa Helice dicta. Alii hunc Icarum volunt esse: qui a pastoribus, quos vino tunc primum reperto ebrios fecerat, veluti dato veneno occisus esse. * Manu adiecti sunt deletis duobus, quorum alter totus legi . . . . potuit: Illic officiant segetes ne frugibus illis: ex altero hoc tantum: ne deserat humor arenam. — 68. *Tenui suspendere;* pro tenuiter suspendere. *Sulco;* i. e. aratione.] — 69. *Illic;* in terra scilicet pingui. [*Officiant;* noceant, obstent. *Herbae* quae internatae segetem laedunt.] *Hic*, in [sterili, et] tenui, et infoecunda. [Quia si pressius aratur terra tenuior, humor ad inferiora desidet, et sapor. . . . bunt:] et [hoc est] ut supra diximus, omnia praecepta quae commemorat, ad illud pertinent quod ait: Quid faciat laetas segetes. — 70. [*Sterilem;* pro ociosum, ut interdum lentus. . . . cessans, ut (A. 8, 549.): *Segnisque secundo defluit amne. Arenam;* aridam terram, quae est sicut arena. — 71. *Alternis;* i. e. alternatim. *Idem* scilicet agricola.] *Tonsas no-*

66) G. *Pulver;* aptum hoc epitheton aestatis, ut ipse (2, 418.): Sollicitanda tamen tellus pulvisque movendus.

67) Burm. occisus est. Oritur autem idem Arcturus ante XV. Cal. Octobr. atque exinde pluviae incipiunt, quod ipse aperuit dicendo: Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam. Arcturum autem pluviarum et tempestatum esse auctorem et (Guelf. I. *etiam*) Plautus ostendit in Rudente (Prol. 69.) cum eundem ipsum dicentem facit: Increpui hybernum, et fluctus movi maritimos (cod. Ursin. et Guelf. I. *marinos*). Vehemens sum exoriens: cum occido, vehementior. Ipsius manu etc. Guelf. I. post *calathis* ita pergit: *Et aliter. Arcturus qui et artophilax i. e. bootes post urse (ursae) caudam locatus, quem alii Arcadem fuisse filium Calistonis - - velut dato veneno fuerat occisus. Arcturus autem, quod post caudam urse locatus sit, Bootes, quod boves cum plaustro agat, dictus est. Oritur autem idem arcturus* etc. ut exstant apud Burm. usque ad *marinos.*

70) Fabr. *lentus pro cessans.* Forte haec nota ad v. 72. referenda. *Burm.*

71) G. Novalia agri, qui alternis vacant, virium novandarum gratia. Dicimus enim et has n. et haec n. Novales quod sementa novantur. Novalia prima terra prosc.

vales; agros messos. Dicimus autem *et has novales* et *haec novalia.* Proprie (autem) novales sunt (tunc) primum arva proscissa, [et primum segetem ferentia. — 72. *Patiere;* patieris.] *Situ durescere campum;* segnem, cessantem. Et *situ*, pro otio, ut redeat in vires priores. Sane sciendum, et Ciceronem in dialogis, et ceteros philosophos tractare, non quid debeat fieri, sed quid potissimum fieri. Quam rem Virgilius nunc sequitur. Nam cum dicat multa remedia agrorum recreandorum, praeponit omnibus intermissionem. Unde eam rem frequenter iterat. — 73. *Aut ibi flava seres mutato sidere farra;* si te terrarum cogit angustia, [et non habes, ubi intermisso agro rursus seras]: ibi frumenta seres, unde legumina sustulisti. Aut si tibi est opus frumento, stercora terram, sparge et cinerem: vel incende stipulas. *Sidere;* modo anno. — 74. *Laetum legumen;* fertile. Et *laetus*, prout res fuerit, accipimus: ut *laetus homo*, i. e. hilaris, *laetum pecus*, i. e. pingue. *Laetum legumen:* ut diximus, fertile: [et sic in reliquis. *Siliqua;* theca leguminis. *Quassante;* i. e. quassa quae sonet cum quassatur. Caecilius: *Si quassante capite tristes incedunt.* , Plautus (Bacch. 2, 3, 71.): *Capitibus quassantibus.* Far enim proprie genus est frumenti optimi. Dicitur frumentum a *frumine*, quod est gulae prominens pars.] *Legumen;* legumen dicitur quod manu legatur, nec sectionem requirat. Frumenta vero sunt omnia quae ex se emittunt aristas. Nam quod ait supra *Farra*, frumenta accipimus: species est enim pro genere. [*Siliqua*; folliculo intra quem legumina nascuntur. — 75. *Aut tenues foetus viciae*; mire ait *tenues:* nam *vicia* vix ad triplicem pervenit fructum, cum alia legumina proventum habeant felicissimum et fertilem. [Faetus vero gi (Burm. hic) . . . vel fructus ut inseritur vero et foetum. . . .] *Tristisque lupini;* amari, [cum in gustu sit amarum triste.] Nam incoctus amarus est. [Ennius: *Neque ill . . triste quaeritat sinapi.* Nonnulli proprie calamos lupinorum, alas dici putant, ut Aelius: *Alae ex lupino, surculi sine foliis.* Cato in Originibus: *Alae ex lupino lugium. . . .* tamen Varro de Lingua Latina *alam* culmum fabae dicere (Burm. dicit). . . .] — 77. *Urit enim lini campum seges;* bene excerpsit [haec tria] linum, avenas, papaver: et dicit post haec, frumenta serenda non esse. Nam licet manu legantur, et sint inter legumina: viribus tamen frumentis exaequantur. [Coelius libro tertio seri avenam ostendit, sed videtur poëta velut interrogatus, cur linum et quae sequuntur dicat non seri debere, respondisse, urit enim: quia *enim* causalis coniunctio est.] — 78. *Lethaeo perfusa papavera somno;*

73) G. Sensus est: Si angustiam (angustiae) agri non patientur novales (ut nov.) habeas, fructus commutabis; nam ipsa commutatio adfert requiem. Idem: Sydere, i. e. principio veris, alterius anni.

74) G. follis vel semen leguminis, reliquis omissis. Burm. Theca, folliculo, intra quem legumina nascuntur. — Deinde pro *Caecil.* Dan. *Caelitius.*

75) G. *Trist. lup.*, quod gustu suo amaro tristes faciat. Dein Burm. *Neque ille;* ex Macrobio Saturn. 6, 5. legendum ait: Ennius in libris Sabinarum (Satirarum) quarto: Neque triste quaeritat sinapi, neque coepe moestum. v. Scalig. ad Varr. de Re R. p. 205.

78) G. Somniculosa esse papavera vulgatum est, ut ipse ait (A. 4, 486.): Sopori

plena oblivionis. Nam Ceres, Iove admonente, dicitur cibo papaveris, orbitatis oblita, et re vera papaver gignit soporem; [cum iam Proserpinam raptam a Plutone ex inferno recipere non potuisset.] — 79. *Alternis facilis labor*; redit rursus ad praeceptum quod scit esse praecipuum, i. e., ad intermissionem. [*Alternis*; intermissis: subaudi agris. *Facilis*; utilis. — 80. *Ne*; pro non. *Saturare*; recreare et reparare.] *Pingui fimo*; vel humido, vel fertili. [*Sola*; terras.] — 81. *Effoetos per agros*; continua fertilitate lassatos: sicut etiam frequenti partu *effoeta* dicitur mulier. *Cinerem immundum*; [dicit] ad discretionem illius, quo utuntur puellae [de quibus cineribus in Bucolicis (8, 101.): *Fer cineres Amarylli foras*. — 82. *Mutatis foetibus*; ut omni anno proferant, sed diversa: nam eadem ferre semper non possunt, nisi intermittant.] *Requiescunt foetibus arva*; non etiam roborantur: quod intermissio efficit arationis: quam rem rursus repetit dicendo. — 83. *Nec nulla interea est inaratae gratia terrae*; i. e., maxima. Nam Liptotes figura est, [maxima et praecipua:] ut (A. 7, 261.): *Munera nec sperno*. [*Inaratae*; non satae. Unde est illud (v. 71): *Alternis idem tonsas cessare novales*. Alii inaratae accipiunt, quae est pabulo pecoribus.] — 84. *Incendere profuit agros*; non agros, sed ea, quae in agris sunt, i. e. stipulas vel quisquilias: i. e. purgamenta terrarum, [et alia inutilia concremare.] Nam ut videmus, si in agris qui incendendi sunt, desint stipulae, aliunde illuc nutrimenta portantur incendii. [Alii non saepe profuit; sed saepe incendere accipiunt.] — 85. *Atque levem stipulam*; ἔκφασις poëtica, [vel superflua verbi repetitio. Nam stipula per se levitatem significat. Unde leves stipulas vocamus. *Crepitantibus* vero, sonantibus.] — 86. *Sive inde occultas vires*; inde, i. e. ex igni: occultas autem, arcana quadam ratione celatas. In hoc autem sensu sequitur Heracliti opinionem, qui dicit omnia ex igne procreari: quem nunc terris alimenta praebere commemorat. — 88. [*Vitium*; quod fecunditatem impedit.] *Exudat inutilis humor*; nove locutus est. Nam non ipse humor, sed terra desudat, unde *exudat* pro *exudatur* accipimus. [Potest ergo *exudare* et quod emittitur, et quod emittit, accipi.] — 89. *Caeca relaxat spiramenta*; breves cavernas, per quas sudor emanat, quae tenuitate sui non possunt videri: [ergo occulta et latentia. *Novas*, quae ante non fuerant. *Relaxat*; aperit. *Qua*; pro per quae. — 91. *Durat*; activum est hic. Dicimus enim et *duro* et *duror*: *duro* neutraliter, et *dureo*. *Hiantes*; apertas et patentes.] — 92. *Ne tenues pluviae*; aut lentae et penetrabiles: aut epitheton est aquarum. [Aquae enim naturaliter tenues sunt.] Sic alibi (G. 4, 410.): *Aut in aquas tenues delapsus abibit*. [Alii *tenues*, inutiles, ieiunae, macrae, quibus contrarium pingues; ut est (G.

ferumque papaver. Et ad dolorem obliviscendum in potionibus datur. Nam Ceres mater, Proserpina admonente, dicitur cibo papaveris orbitatis oblita. Qui enim papavera manducat, cito somno premitur. *Lethaeo* Graeco verbo usus est, quod est oblivione; somnus enim oblivionem facit. Sed Lethaeus infernalis fluvius dicitur, de quo qui bibunt, laboriosa huius vitae obliviscuntur.

88) G. *Exudat*, per breves cavernas, per quas suderem parat fructibus, sed non ipse humor etc.

2, 180.): *Tenuis ubi argilla.* [*Rapidi;* fervidi et ardentis. — 93. *Acrior*, validior;] pro *acris*, ut (A. 6, 304.): *Iam senior.*] *Boreae*; venti Aquilonis. *Penetrabile frigus*; [quod omnia penetrat.] *Adurat; adurat* et ad solem et ad frigus pertinet: nam uno sermone duo diversa conclusit, quae tamen unum effectum habent. Nam et frigoris finis est caloris initium: et summus calor frigoris est principium. Unde quasi unus effectus est et frigoris et caloris, [hoc est, quod Graeci dicunt ἀκρότητος ἰσότητες. — 94. *Multum adeo*; ordo: multum adeo iuvat arva.] *Rastris;* et *hos rastros* dicimus, et *haec rastra.* Legimus enim: *At istos rastros interea depone:* in Terentio (Heaut. 1, 1, 36.). Item: *Rastraque et incurvi saevum rubuere ligones.* Et *rastra* dicta, quod terram radant. *Glebas inertes;* pigras, nihil creantes. Et transit ad aliud praeceptum. — 95. *Vimineasque trahit crates;* instrumenta rustica. Ad agrorum scilicet exaequationem, [quam rustici Hyrpicem vocant. *Iuvat*; vel adiuvat, vel quasi delectat. Et hic transit ad aliud praeceptum.] — 96. *Flava Ceres;* flava dicitur propter aristarum colorem in maturitate. [*Alto* autem *Olympo*, aut poëtice dictum de caelo, illi favere Cererem, aut vere altam segetem esse, non paleis tantum inanem, sed gravem frumento, nam ideo *flava Ceres.*] Et *Ceres* nomen est, quod in polysyllabis in nominativo singulari producit ultimam, cum in obliquis corripit. [*Alto*; de alto.] *Nequicquam;* i. e., non sine causa. Nam semper duae negativae unam confirmativam faciunt. Unde male quidam locum illum legunt in Terentio (Andr. 2, 3, 25.): *Pater adest, cave ne te tristem sentiat.* Si enim hoc est, dicit: vide ut te tristem esse sentiat. Quod procedere minime potest; sed ita legendum est: *Cave te tristem esse sentiat.* Nam et *ne* et *cave* prohibentis est. [*Spectat;* respicit. — 97. *Proscisso*; propria voce usus est, cum enim primo agri arantur, quando duri sunt, *proscindi* dicuntur, cum iterantur, *offringi*, cum tertiantur, *lirari.*] *Quae suscitat aequore terga;* [i. e. vertit, et proprie suscitat, quia iacent inexerciti, terga autem superficiem, ut Homerus, νῶτα θαλάσσης.] *Terga* i. e. terram, quam araverit. — 98. *Rursus in obliquum verso prorumpit aratro;* scilicet auctumnali tempore, quo iam cum seminibus aratur. Nam hoc praecipit, ut, cum denuo aramus, tunc per obliquum aratra ducamus; nemo enim uno tempore bis arat. — 99. [*Exercetque frequens;* quidam *exercet* pro tractat accipiunt, ut (A. 8, 424.): *Ferrum exercebant.* *Frequens* autem pro frequenter.] *Atque imperat arvis;* i. e., ut tantum ferant, quantum

93) G. *acrior* pro duobus accipi potest. An etiam pro uno, quasi sol tunc obsit, cum pluviae tenues fuerint.

94) In Statii (Theb. 3, 589.) loco Guelf. I. II. Ursin. Steph. et al.: *incurvis aevum tribuere.* V. Vos. (et etiam) *tribuere leones.* L. R. *legiones.*

95) De Hyrpice (Irp.; Dan. *Lypicem*) v. Salmas. Exerc. Plin. p. 513.

96) G. *Alto Ol.* quasi semper in caelo sedeat laborantibus favens.

98) In fine G. *Perrumpit* de obliqua aratione, i. e. contra sulcum, ut rustici loquuntur.

99) Pro *liberius* Muncker. ad Hygin. fab. 125. *uberius*; Burm. *liber* explicat: *sua sponte*, et iniussa et similia, quae opponuntur imperio colentis.

ipse desiderat. Et hoc est, quod ait supra (47.): *Illa seges demum votis respondet avari Agricolae.* [Ali ne liberius ferant, quae volunt, sed quod fuerit satum, tradant.] — 100. *Humida solstitia, atque hiemes optate serenas Agricolae;* [bene ad votum se transtulit, neque enim rusticus aliud potest hic facere nisi optare: nam] duo sunt solstitia. Unum (est) aestivum. octavo kalendarum Iuliarum die, quo tempore remeare sol ad interiores incipit circulos. Et aliud hiemale, octavo kalend. Ianuariarum die, quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Unde hiemalis solstitii dies minimus, sicut aestivi maximus invenitur. Videtur ergo contrarium esse quod dicit: Optate pluvias per solstitia, et per hiemem serenitatem: cum, ut diximus, unum aestivum sit, et aliud hiemale solstitium. Sed sciendum modo, annum in quattuor partes esse divisum: in duo solstitia, et duo aequinoctia: unum vernale, et aliud auctumnale, quae Graeci ἰσημερίας vocant. Sunt autem haec octavo kalendarum Aprilium, et octavo kalendarum Octobrium die, quia annus olim in duas tantum partes dividebatur, hoc est in aestivum, et in hiemale solstitium, et in duo hemisphaeria; ut intelligamus, omnia eum tempora voluisse complecti. Nam hoc dicit: Optandum rusticis, ut auctumnali et hiemali tempore sit serenitas, quae duo tempora pro uno habebantur secundum hemicycli rationem, ut diximus. Vernali vero, et aestivo tempore ut sint pluviae: quae et ipsa duo tempora pro uno erant. Tamen si diligenter attendamus, poëtica licentia est usus, ut pluralem numerum pro singulari poneret; nam *solstitia* pro solstitio, et *hiemes* pro hieme posuit. Dicit autem: Optanda haec, quae per naturam non sunt, quo possit utriusque temporis asperitas mitigari: et aestatis calor pluviis: et frigus hiemis serenitatis tepore. [Sane quidam *humida solstitia atque hiemes orate serenas*, pro hiemali tantum solstitio accipiunt, hoc est ea solstitia, quae humida hiberni temporis ratione esse necesse est: nam aestatis solstitia humida esse non possunt, ut sub una significatione dictum sit *humida solstitia atque hiemes*, quod ostendunt subsequentia, hiberno laetissima pulvere farra. Neque enim aliquid de aestatis solstitio vel tempore memoravit. Sed verior expositio hoc habet: *humida solstitia atque hiemes orate serenas Agricolae*, non quod *humida* esse debeant, sed *humida solstitia* epitheton hiemis est, et modo hoc dicit, solstitia illa quae humida sunt naturaliter, i. e. hiberna, o Agricolae, et hiemes serenas orate, nisi enim serenum caelum fuerit, nec seri poterit, nec arari, ut ipse dixit in sequenti: *hiberno laetissima pulvere farra.* Nisi enim serenum fuerit, pulvis e terra levari non poterit. Ergo hoc dicit, solstitia hiberna, et non solum solstitia, i. e. solstitiorum sola tempora, sed omnes hiemes serenas optandas.] — 101. *Hiberno pulvere;* hiberna serenitate, eo quod nimia serenitas pulverem creat. [Et est carmen rusticorum antiquum: *Hiberno pulvere, verno luto grandia farra Camille metes.* * Camillus adulescens est.] — 102. *Laetus ager;* hiberno scilicet sereno. [Quia ubi hoc contigerit, ne haec qui-

100) Guelf. I. pro *octavo* semper hab. *XII.*

101) G. creat, et serenum per hyemem coelum significat.

dem loca, quae fertilia sunt, i. e. Moesia, et Gargara, quae dicturus est in sequentibus, certent cum illo proventu.] *Nullo tantum se Moesia cultu iactat*; constat quidem Moesiam (al. Mysiam) circa culturam esse diligentem: sed non ei cultus suus tantum prodest, quantum hiberna serenitas [et humidum solstitium.] Moesia autem provincia est [Thraciarum vicina Scythiae.] Mysia vero civitas Phrygiae, haud longe a Troia: quam magis debemus accipere propter Gargara, montes Phrygios. [Unde apparet et in Asia esse regionem quae Moesia dicatur. Sane *Gargara* multi auctores Graeci, sicut Serenus Sammonicus tradit, altitudinem Idae montis, et per hoc abusive omnes summitates montium *Gargara* appellant, esse etiam *Gargara* civitatem in radicibus Idae montis in provincia Moesia Asiae, * quam constat naturaliter uliginosam, et ob hoc frugum feracem, in tantum ut multi poëtae Graeci *Gargara* abusive pro cuiusvis rei multitudine vel copia posuerint. Ergo potest et hic sensus esse, ut sit: cum ea sit anni temperies, ut hiems serena sit, et solstitium humidum, fructus optime provenire, haec autem adeo agris esse necessaria, ut sine his, ne illi quidem fecundissimi Moesiae agri responsuri sint opinioni fertilitatis, quae de his habetur. *Moesia cultu*; *cultu* autem ideo addidit, tanquam diceret: omnis seges, quae tempestivos humores habuerit, aequabit fecunditati arvorum Moesiorum, quae propterea, quod non quaerant solstitiales imbres, sed naturali et proprio humore laetentur, maximum et praecipuum cultum habeant, et ita uberes ibi fructus proveniant, ut fecunditatem agrorum suorum etiam Gargara ipsa mirentur.] — 103. *Et mirantur Gargara messes*; phantasia est poëtica, rei inanimatae sensum dare: sic alibi (G. 2, 82.): *Miraturque novas frondes, et non sua poma.* [Sane Rubellius Blandus, et Quadrigarius historici dicunt, Gargarum flumen vocari in finibus Thurinis * fuisset (Burm. Thurinis. Ad illud fuisse) oppidum mediocre, quod *Garga* nunc vicus est, quem Troes obscuri centum quinquaginta ignoto et incerto duce insederunt, scilicet nomine a vertice Idaeo translato, a quo civitas etiam in finibus Troicis *Gargara* appellatur. — 104. *Quid dicam;* oratorium schema, quaedam recusare, quasi non sufficiat materiae, deinde referre, et quid dicam, quemadmodum iuvat arva, qui insequitur.] *Comminus;* i. e. statim, sine intermissione. [Non est ergo ex propinquo, qui significatus frequentissimus est in Cisalpina Gallia; vulgo enim dicunt: *vade ad eum, sed comminus:* unde Virgilius magis patriam consuetudinem videtur secutus. Veteres enim non in tempore, sed in loco *comminus* ponebant, i. e. iuxta, ut est (G. 3, 374.): *Comminus obtruncant ferro*; cui contrarium est *eminus*, i. e. longe. — 105. *Insequitur*; prosequitur, et non sinit quiescere.] *Ruit*; evertit, dissipat. Nam modo agentis est. Ut (A. 1, 85): *Una, Eurusque, Notusque ruunt.* Nam aliter dictum est (2, 290.): *Ruit alto a* (*a* omitt. L. V. Vos.) *culmine Troia.* *Male pinguis;* non pin-

105) Guelf. I. post *sterilis* ita pergit: *male pro non; et ita saepe fecit.* Deinceps cum Guelf. II. haec add.: *Ruit* autem evertit, dissipat. nam modo agentis est, ut: *una eurusque nothusque ruunt.* nam aliter dictum est: *ruit alto culmine troia.*

guis, i. e. sterilis, [nam *male* apud Virgilium saepe pro *non* significat; ut (4, 8.): *Male sana sororem.*] — 106. *Deinde satis* etc.; post commemoratam generalem agriculturam, transit ad species et culturas venientes ex tempore. Nam arare, cinerem iacere, incendere aeternum est: irrigare autem nonnisi nimiae siccitatis est; sicut [et] siccare etiam, aut ex magnis pluviis, aut ex fluminis eruptione compellimur. *Satis*; segetibus, agris satis, [i. e. seminatis] nam participium est. *Rivosque sequentes*; i. e. iuges [aut secuturos,] aut certe rivorum est epitheton, [quia, qua duxeris, sequuntur.] — 107. *Exustus ager*; scilicet aestatis calore. *Morientibus herbis*; secundum Pythagoricos, qui dicunt omne, quod crescit, animam habere; Unde est (G. 4, 330.): *Atque interfice messes.* — 108. *Ecce*; i. e. ex improviso. *Supercilio* autem, altitudine, summitate terrarum. [Alii supercilia loca in obliquum delineata, quae superne habeant alia fastigia. Ex accidenti dicit tramitis: tramites autem sunt convalles, quae de lateribus utrinque perviae limitant montes, quae solent etiam *saltus* nuncupari. Sed hic tramitem nunc pro valle ac saltu accipere debemus, et pro supercilio, simpliciter edito loco, ut (Homer. Il. χ, 411.): Ἴλιος ὀφρυόεσσα, nam ideo ait *clivosi.* — 109. *Elicit*; ab eliciendo, et apud antiquos, hodieque in aliquibus provinciis Elices appellantur sulci ampliores, ad siccandos agros ducti, unde Poëta ipso verbo uti voluit, nam et scrutatores vel repertores aquarum aquilices dicuntur, barinulas dixerunt.] *Raucum per levia murmur saxa ciet*; non solum utilitati hanc rem dicit fore, sed etiam voluptati: [*murmur* autem sonum aquae.] *Levia* [vero] lubrica, nitida, detrita. — 110. *Scatebris*; ebullitionibus, quae fiunt, cum aqua in aliquas rimas defluxerit. Unde etiam vasa aestuantia (a calore) scaturire dicuntur; [unde vulgo vasa, ubi calida solent fieri, *scutrae* appellantur. *Temperat*; rusticus scilicet.] — 111. *Quid* [; subaudi: de illo dicendum est? Aut: Quantum illi prodest?] *Gravidas aristas* periphrastixῶς pro spicis posuit. Dicimus autem et *hic spicus*, et *hoc spicum*. Cicero, in Arato: *Spicum illustre ferens insigni corpore virgo.* Sed scire debemus in usu esse a masculino utrumque numerum: a neutro vero raro, et tantum singularem inveniri. Nam pluralis nusquam lectus est. [Et *quid* i. e., quid dicam, quantum iuvet arva. *Culmus*; iunctio spicarum.] — 112. *Luxuriem segetum*; bene *luxuriem*, ut ostendat rem superfluam, et nocituram, nisi amputetur, [officere, et bene luxuriem pascit non segetem. * Sane *luxuriem* iuxta antiquos multi dictum putant, cum *luxuria* dicatur.] — 113. *Cum primum sulcos aequant sata*; [seminata, hoc est,] cum adhuc herbae sunt tenerae, i. e. [cum cooperiunt sulcos herbae, hoc est] antequam cogantur in culmos, et per ista tempus ostendit. Et est Virgilii hoc hemistychium unum de invictis. [*Quique paludis*; et hic *iuvat arva* subaudiendum.] — 114. *Deducit*; siccat, detrahit. Sic paulo post (269.): *Rivos deducere nulla Relligio vetuit*, i. e. siccare. [*Bi-*

111) In Ciceronis loco al. *insigne* pro *illustre*. Dein G. *tenens*, et a m. sec. v. post *virgo* etiam *tenens* L. Vos. R. V. Davis. ad Cic. N. D. 2, 42. *Burm.*

113) Invictis i. e. tam egregiis, ut nemo possit vincere, sive melius facere; ut Ecl. 5, 55. et Serv. ad A. 10, 190. *Burm.*

bula arena; quia omnis arena bibula est.]— 115. *Incertis mensibus;* inopportunis: incerti autem menses sunt veris vel auctumni. Nam et hiemis certum est frigus, et aestatis certus est calor: [Veris vero et auctumni nunc frigus nunc calor est. Quidam *incertos menses* pro quibuscunque, qui adferant variam tempestatem, accipiunt. — 116. *Exit;* exire proprie dicuntur flumina; cum abundant extra ripas, ut (A. 2, 496.): cum spumeus amnis Exit.] *Obducto;* superlito, superfuso. [*Late;* valde ac multum i. e. per plurimum spatium. *Tenet*, occupat, et operit. — 117. *Unde*; ex quo, vel ob quam rem.] *Tepido humore*; stanti, noxio, inutili. [Vel hoc est incertis mensibus; videtur enim de aestate dicere *tepido humore*.] *Lacunae* autem sunt fossae in quibus [collecta] aqua stare consuevit, [i. e. quasi lacus minores.] — 118. *Nec tamen* etc.; ordo est: Nec tamen nihil improbus anser, Strymoniaeque grues et amaris intiba fibris officiunt, aut umbra nocet. Et hoc dicit: Licet haec omnia, quae dixi, arando sint experti et hominum et boum labores, tamen sunt adhuc aliqua, quae obsunt, nisi provideris; ut aves abeint, aut umbrae arborum. — 119. *Improbus;* insatiabilis, nulli probandus. Et dicit anseres agrestes. — 120. *Strymoniaeque grues;* Thraciae, a fluvio [vel lacu] Strymone, [qui fuit circa Amphipolim civitatem.] *Et amaris intyba fibris;* ut etiam Donatus dicit, male quidam *intybum* avem quandam amari iecoris accipiunt. Nam *intybas* dicit *cicoreas*, quarum radices multae et tenues ambiunt segetes et necant. *Fibris* autem abusive ait, quod radices *intyborum* hac atque illac decurrant, ut fibrae per iecur, i. e. venae quaedam ac nervi. [Alii fibras proprie dicunt rei cuiusque extremitates, sicut Cicero in Gabinium: *Fibrae cincinnorum madentes:* Et in Tusculanis: *Non solum ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras evellere.* Unde et iocineris extremae partes fibrae a nonnullis appellantur. Bene ergo Virgilius intyborum vel radicum vel foliorum extremitates *fibras* dixit. Alii herbas adserunt ut Nigidius commentario grammaticali: φορβή, herba. *Sed antea f i b r a dicta est, ut nunc etiam rustici dicunt*; potest ergo hic *fibris* pro herbis accipi, quando ipsa intybus herbae species est.] *Amaris*, nocentibus. Ut (A. 10, 900.): *Hostis amare.* — 122. *Aut umbra nocet;* ut (E. 10, 76.): *Nocent et frugibus umbrae.* [*Viam;* rationem et artem colendi; μέθοδον.] — 123. *Movit* etc.; dicturus est Iovem fecisse multa, quae possunt in vituperationem venire: et ea hoc colore defendit, quod dicat, voluisse eum ingenium mortalibus ex necessitate praestare, ne torperent otio, quod ex rerum abundantia procreatur. [Et *movit agros*, tanquam ipse colat agros, ut (E. 3, 61.): *Ille colit terras;* vel *movit*, i. e. iussit coli, ut est terram vertere, *curis* vero, sollicitudinibus. *Acuens;* exercens.] — 124. *Veterno;* pigritia, [otio, quia plerumque otiosos solet hic

120) G. ac nervi. *Intyba* pluralis, generis neutrius, singularis vero masculini, ut Lucius (f. Lucilius) in V. *Intybus herbas* praeterea pedibus pressus equinis. Item *Intyba* vena quaedam pessima, et nervi amari terrae. *Amaris fibris* metaphorice, amaro succo; fibras enim animalia habent, i. e. summae pecorum (f. iecoris) partes. G. Vid. Salm. Exerc. Plin. p. 583. *Burm.* — Locus Ciceronis prior legitur in Orat. in Pison. 11.; posterior Tuscul. 3, 6.

morbus incessere, Plautus in Addicto: *Opus facere nimio quam dormire mavolo, Veternum metuo.*] *Veternus* autem dicitur morbus intercus i. e. ὕδρωψ, qui homines efficit pigros, [et dicimus *hic Intercus, huius Intercutis.* — 125. *Ante Iovem*; ante regnum Iovis. *Nulli*; vetuste pro *non* significat, Terentius in Hecyra (1, 2, 4.): *Si non quaerit, nullus dixeris*; ut ipse alibi (G. 4, 516.): *Nulla Venus non ulli animum flexere.* Tale est (E. 6, 6.): *Et nil mea carmina curas*, pro *non curas*. *Subigebant*; domabant, mollibant, ac per hoc suo labore colebant. — 126. *Limite*; termino, ut (12, 898.): *Limes agro positus.* *Nec signare quidem*; signare, notare, propterea quod cum agri colonis dividerentur, fossa ducebatur ab Oriente ad Occidentem, quae *cardo* nuncupabatur, et alia de Septentrione ad Meridiem, qui *decimanus limes* vocabatur: et alii minores erant in obliquum discreti, qui *lineares* appellabantur, et agros per centurias sive per iugera divisos coërcebant. — 127. *Ipsa tellus*; ipsa, ultro, sponte sua, ut (E. 4, 21.): *Ipsae lacte domum.* '*Aut partiri*; dividere et designare. *Fas*; i. e., lex.] *In medium*; i. e. in commune, [i. e., in publicum, ut ipse alibi (A. 11, 335.): consulite in medium.] — 128. *Omnia liberius*; quia supra (99) ait: *Atque imperat arvis.* [Alii *liberius* pro liberalius accipiunt, bene; tunc enim libere cuncta sponte ferebant: nunc autem imperante alio per laborem culturae serviunt. — 129. *Ille*; Iuppiter scilicet, adeptus imperium.] *Malum virus*; bene ad discretionem epitheton addidit *malum*. Nam *virus* et bonum et malum est, sicut venenum: nam idem est. Venit autem a Graeco: nam et illi φάρμακον medium habent, i. e. bonum et malum. Sane *Virus*, hodie tres tantum habet casus: *hoc virus, hoc virus, o virus.* Antiqui, *huius viri* dicebant. Lucretius (2, 475.): *Tetri primordia viri.* [Nonnunquam pro foetore ponitur *virus*, ut apud Lucilium: *Anseris herbilis virus.* *Addidit* aut abundat, aut addidit, quia habebant ante nonnihil veneni. *Atris*, modo noxiis, i. e. ad tenebras et mortem mittentibus. — 130. *Praedarique lupos iussit*; utrum ut ipsi praedas faciant, an ut ipsi capiantur? *Pontumque moveri*; ventis scilicet. Cicero: *Mare movetur ventis, ne putescat.* — 131. *Mellaque decussit foliis*; quia est opinio, fluxisse arboribus mella.] *Ignemque removit*; non [penitus] sustulit, [non extinxit], sed occuluit. Unde est (A. 6, 7.): *Quaerit pars semina flammae, Abstrusa, in venis silicis.* — 132. [*Passim*; abundanter; ubique. *Rivis*; fluminibus. — 133. *Ut varios usus*; usus ἡ πεῖρα, ut cum opus rebus esset, excogitarentur artes, per quas invenirentur. *Meditando* ab agente est, i. e. dum meditatur.] *Extunderet*; studiose repperiret et coleret. — 134. [*Paulatim*; epitheton artium est.] *Frumenti herbam*; periphrasis segetis, [ut (E. 5, 26.): *Nec graminis attigit herbam.* *Quaereret*; i. e. ipse usus, et quaereret, quasi adhuc quod non esset, i. e. quasi intus in sulcis quaereret. — 135. *Ut silicis venis*; proprie dictum, Quadrigarius quarto:

126) G. Inter limitem et terminum hoc interest. *Limes* consecratus est, adeo ut quoniam * Turnus cum commovit sit autem *terminus* limes agrorum.

129) G. idem est sub Saturno fuere serpentes, sed sine veneno.

Inter venas saxi. Abstrusum; latentem et quasi divinitus absconditum: Et hoc est quod dixit, ignemque removit. Sane absconditum dicitur non absconsum, quia conditum facit, non consum. — 136. *Alnos*; arboris species et per hoc lintres fluviales ostendit. *Fluvii*; i. e. qui in fluviis navigant. *Sensere cavatas*; hoc est quod ait *paulatim*.] — 137. *Navita*; pro *nauta*: sicut *Mavors* pro *Mars*. *Numeros et nomina fecit*; numeros aut currendi modos, i. e. ortus et occasus: quod si est, quasi rem philosophorum praetermisit (Guelf. I. *quasi phil. pr. sectam*): nam tantum de nominibus dicit, ut *pleiadas*, *hyadas*. Aut certe re vera ait *numeros*: nam Hipparchus scripsit de Signis: et commemoravit etiam, unumquodque signum quot claras, quot secundae lucis, quot obscuras stellas habeat, secundum quod bene commemoratis signis, quasi notum, stellarum numerum praetermisit. [Aut *numeros*, quia Septentrionem dicimus: *Nomina fecit* vero, notamina; Plautus in Menechmis (2, 1.): *Iuventus fecit nomen paeniculo mihi.* Et in eo, quod dicit, nautam stellis numeros et nomina fecisse: significat necessitate quaerendarum rerum, quae ante sponte sua cunctis proveniebant, homines navigandi peritiam et studium reperisse: et ex eo quod sequitur, id quod praecedit ostendit. Navigandi quippe peritiam sequitur studium motus, et rationes siderum cognoscendi, propter tempestatem maris, et ventorum motus.] — 138. *Pleiadas*; signum est ante genua Tauri, quod [Graeci ὕβον dicunt i. e. petimen. Quidam autem non omnium boum ὕβον, sed eorum tantum, qui sunt, ita ut Cyprii, gibberes; sicut Aristoteles quoque refert, sed et gibber ipsum ὕβον nominat, sed *Pleiades*] ortu suo primae navigationis tempus ostendunt (Guelf. I. II. *ostendit*). Unde Graece *Pleiades* dicuntur ἀπὸ τοῦ πλέειν: Latine Vergiliae, a verni temporis significatione, quo oriuntur: [vel quod Pliones et Atlantis filiae sint. Sunt autem septem: Taygete, Alcyone, Celaeno, Sterope, Merope, Maia, Electra, quae excisum Ilium dolens, lucere desiit: quidam Meropen volunt non apparere, velut erubescentem, quod sola e sororibus cum Sisypho mortali concubuerit. *Hyadas*;] *Hyades* (autem) signum est [et] in fronte

138) G. Pleiades sunt stellae in cauda Tauri, quae verno ortu Vergiliae appellantur. Has a matre Pelione (Pleione) quidam nominatas existimant; sicut etiam Atlantidas a matre (patre) Atlante. Pleides, quae navigantibus ortu suo primae navigationis tempus ostendunt, initium *AΠO TO ΠΛCTIN* (ἀπὸ τοῦ πλείονες) i. e. plures, quae in uno loco esse videntur. — Deinde idem G. Hyadae sunt stellae in fronte Tauri, ut Chaldaei tradunt, nutrices Liberi patris, ut Musaeus, ab Hya fratre, quem in venatione interemptum fleverunt, unde dictae. Alii etc. cf. ad A. 1, 748. — *Lycam enim* etc. G. Altera ursarum est; in quantum (quam, in quam tum) transfigurata est Calisto Lycaonis filia, Dianae in venatione comes, quam Iuppiter adamavit, et in Dianam versus cum ea concubuit; quae cum pinguis apparuisset, de suo * (comitatu Diana) eam removit, quae Arcadem puerum edidit. Sed Iuno odio pellicata (pellicatus) in ursam eam transfiguravit, et venanti filio obtulit; cumque ille feram putasset * (et) insequi coepisset, Iuppiter eos iisdem figurans astris consecravit. Et illa velut ursa fugiens, ille velut impetum faciens in eam * quod sidus septentrion dicitur, sive a numero stellarum, sive quod in parte poli septentrionalis sit, hoc est * Arcton appellatur, illum autem Actofiliam (Arctophylacem) eo quod iuxta locatus custos esse videatur. *Clarum* autem dicit, quia semper apparet.

Tauri, quod ortu suo efficit pluvias: unde stellae ipsae *Hyades* vocantur, ἀπὸ τοῦ ὑετοῦ quas Latini [exinde] Suculas appellaverunt. [Alii *hyadas* a porcis, quas Graeci ὗς dicunt, a nobis sues appellantur, non a pluviis, quas ὑετοὺς vocant, dictas accipiunt. Nam ideo et *suculas* dici a suibus. Hae sunt in fronte tauri, in formam Y literae. Unde etiam *Yadas* dici volunt. Has alii septem, alii quinque dicunt his nominibus, Pytho, Synecho, Baccho, Cardie, Niseis.] *Claramque Lycaonis Arcton*; Elicem dicit, i. e. maiorem Septentrionem: nam minor Cynosura dicitur, Lycaonis autem, subaudis filiam, ut (A. 6, 36.): *Deiphobe Glauci*. Lycaon enim rex Arcadiae habuit filiam Calisto, quam cum vitiasset Iuppiter, Iuno in ursam convertit: et postea Iuppiter miseratus in signum [Septentrionis coeleste] transtulit. [*Claram* ergo, notam, ut (5, 495.): *tuus o clarissime frater Pandare*, vel quia non vel nunquam occidit, ideo *claram*, vel quia illic alia obscurior est. — 139. *Tum laqueis captare feras, et fallere visco Inventum;* [captare, occupare velle; et] unus sensus est divisus interpositione alterius. Nam *Laqueis captare feras* ad venationem pertinet, i. e. illaqueare feras incurvatis arboribus: *Fallere visco*, ad aucupium. Item ad venationem: *Et magnos canibus circumdare saltus*. Male autem de aucupio quidam [hoc] respuunt, totum referentes ad venationem: et dicunt, *Fallere visco* pro visceratione positum. Constat enim luparios carnibus tinctis veneno lupos necare; quod ideo non procedit, quia *hoc viscum*, *huius visci*, facit, sicut *templum templi*. Unde est (et) *Fallere visco*. *Viscus* vero, i. e. caro, *visceris* facit, ut *pecus*, *pecoris*. Et si de carne loquebatur, *viscere* debuit dicere. Lucretius: *Permixtus viscere sanguis*. Item ipse (1, 837.): *Viscus gigni*, *sanguenque* (L. R. Vos. sanguinemque) *creari*. [Primo de nautis, et navigio invento: postea de venatione dixit: nunc de piscatoribus loquitur. Cuncta enim haec necessitas invenit.] — 141. *Atque alius latum funda iam verberat*; [ordo est iam alius et funda.] Genus [est] retis dictum a fundendo, i. e. reticulum, quod dicitur βόλος. — 142. [*Alta petens*; nonnulli *alta petens* ad maris piscationem applicant, ut prima pars: *funda iam verberat amnem*, fluminis piscatio videatur: *Alta petens pelagoque alius trahit humida lina*, de mari dixerit.] *Trahit humida lina;* everriculum significat. [Et *trahit* recte, quia hoc genus retis tragum vocatur.] — 143. *Ferri rigor;* durities [ferri, unde enses rigidi fierent. Unde et rigidus homo dicitur.] *Argutae serrae*; stridulae, sonorae, [ut (inf. 294.): *arguto pectine*.] Et dicitur Perdix, sororis Daedali filius, invenisse circinum et serram: [cui magister invidens, quod melior in hoc fuisset inventus, ne plura inveniendo laudem ei infringeret, apud Athenas ex arce Minervae eum praecipitavit. Lamina autem serrae, definitio. — 144. *Scindebant fissile lignum*; quod findi potest, aut scindendo fissile faciebant, aut ibi scindebant, ubi fissile erat. — 145. *Tum variae venere artes*; ex necessitate

143) G. Perdix discipulus Daedali serrae usum primus invenit, cui etc. Post *praecipitavit* additur: Hic est sororis eius filius, vel propter quem Minoem (ad Min.) fugit. a Minerva avem Perdicem amotatus (in av. P. transmutatus) et quia praecipitatus esset, in altum non potest volare.

scilicet diversarum rerum, quibus homines repressa spontanea cunctarum rerum origine, et terrarum fructificatione coeperunt egere.] *Labor improbus;* vel magnus, vel nulli probabilis: nullus enim est amator laboris [vel indefessus, adsiduus, sine moderamine.] — 146. *Et duris urgens* etc.; [*urgens*, cogens, et quasi importune insistens. *Egestas*, indigentia rerum. Prior (Peior) est egestas, quam paupertas; paupertas enim honesta esse potest. Egestas autem turpis est.] Persius (Prol. 10.): *Magister artis ingeniique largitor Venter, negatas artifex sequi voces.* — 147. *Prima* etc.; prima Ceres omne agriculturae genus hominibus indicavit. Superfluo enim quaestionem movent [quidam] commentarii, dicentes Osirim vel Triptolemum aratrum invenisse. Nam aliud est unam rem invenire, et aliud, omnem agriculturam docere, quod fecit Ceres. Nam *ferrum* dicendo cuncta generaliter rusticorum arma complectitur. [Sane solum hoc nomen est in polysyllabis, quod ultimam producat in nominativo, et eam in obliquis corripiat, ut Ceres Cereris.] — 148. *Sacrae deficerent silvae;* (*Sacrae silvae* ait,) emphasis est, i. e. etiam sacrae, quarum sterilitas ceterarum quoque significat infoecunditatem. *Arbuta* autem sunt rubra poma silvarum, quae Plinius unedones vocat: quod asperitate sua plura edi non possunt. [Silvae autem si nominativus pluralis est, figurata declinatio est, si singularis genitivus est, possessiva.] — 149. *Victum Dodona negaret;* Dodona civitas Epiri est, iuxta quam nemus est Iovi sacratum, et abundans glandibus semper, [de cuius nemoris arboribus columbae oracula penitentibus dare consueverant.] Unde et κατ' ἐξοχήν Dodonae efficit mentionem. [Quia dixit (sup. 8.): *Chaoniam pingui glandem mutavit arista:* sunt enim Chaones in Epiro perinde ut Dodona. Et totum quod dicit hic, hoc est, Prius homines ut legimus pasti glandibus sunt, nec aliud ad victum quaerebant. Cum igitur iam deficerent glandes, et non solum quaelibet silvae, sed etiam sacrae victum hominibus negarent; et cum aliis silvis ipsa quoque Dodona civitas, quae iuxta se nemus Iovi consecratum habebat, glandes usibus humanis subtraheret, Ceres prima omne genus agriculturae hominibus indicavit.] — 150. *Labor additus;* aut datus: ut nihil mali ante habuerint: aut re vera additus: quia ante erat quidem labor, sed tantum herbarum, intyborum: postea accessit rubiginis, carduorum. [Labor autem quem Graeci κόπιαν dicunt.] — 151. *Esset;* [comesset,] consumeret: ut (A. 4, 66.): *Est mollis flamma medullas. Robigo* autem genus est vitii, quo culmi pereunt. [Quod a rusticanis *calamitas* dicitur. Hoc autem genus vitii ex nebula nasci solet, cum nigrescunt et consumunt frumenta. Inde et Robigus deus, et sacra eius septimo kalend. Maias Robigalia appellantur.] Sed [haec res] abusive robigo dicitur. Nam proprie robigo est, ut Varro dicit, vitium obscoe-

147) G. docere. Ceres cum filiam quaereret, Lilybaeam (Lilybaeum) et in Atticam adveniret, ad Caelium (Celeum) hospitaliter ab ipso suscepta, reddidit gratiam. Nam filio eius Tlepolemo (Triptol.) arandi ac serendi usum, ut ille hominibus ostenderet, demonstravit. — Vv. uncis seiuncta omitt. Guelf. I. II. L. R. Voss. Steph. et al. cf. ad 96.

151) Pro *septimo Kal.* Dan. *decimo Kal.*

nae libidinis, quod ulcus vocatur; [id autem abundantia et superfluitate humoris solet nasci, quae Graece σατυρίασις, dicitur.] *Segnis carduus;* inutilis, infoecundus. *Horreret;* abundaret, ut totum agrum impleret. *Subit;* succedit loco intereuntium. *Aspera silva;* notandum, etiam de herbis silvam dictam. — 153. [*Lappaeque;* species herbae hirsutae. *Tribulique;* genus spinae, quod donec viret mollia folia habet, ubi inaruerit asperantur in spinas. Hos *tribulos* sparsisse pugnaturus cum Romanis Hannibal dicitur, fugamque simulasse, quem cum Romani insequerentur ignorantes, et fugere credentes, in hoc genus fraudis incurrerunt, et ab hostibus in praelium recurrentibus caesi sunt. *Interque nitentia culta;* quae ideo coluntur ut niteant, aut quae per cultum nitere debent.] — 154. *Infelix lolium;* infecundum; et contra (G. 2, [illegible]): *Felicemque trahit limum.* *Steriles avenae;* ad discretionem earum, quae seruntur. [Nam in multis provinciis etiam inter fructuum genera numerantur: *dominantur* vero, eminent, quia et validiores et altiores sunt.] — 155. *Quod nisi et assiduis terram insectabere rastris;* iam concludit, et hoc dicit: Nisi saepe sarrieris: propter illud: *Et amaris intyba fibris Officiunt:* Nisi aves fugaveris: propter illud: *Improbus anser, Strymoniaeque grues:* Nisi falce amputaveris ramos: propter illud: *Aut umbra nocet:* Nisi votis invocaveris pluvias: propter: *Humida solstitia, atque hiemes orate serenas:* sine causa ingentes frumenti alieni acervos aspicies. Per quod ostendit rusticum sua inertia famem, non anni vitio, sustinere. [Sane ad illud rettulit, quod supra (127.) ait, *in medium quaerebant;* at nunc sibi quisque, nec ad nos pertinet acervus alienus. *Insectabere;* pro insectatus fueris. Futurum indicativi pro futuro subiunctivi. *Rastris;* sarculis. — 156. *Terrebis;* pro terrueris.] — 157. *Premes umbras;* coartabis. [et] imminues, [compesces.] [*Votis;* sacrificiis, precibus. *Umbras;* i. e. ramos arborum incumbentes segetibus amputans. *Votisque vocaveris imbrem;* ut invoces fore tibi pluviam. *Alterius acervum;* qui haec accurate egerit. *Frustra spectabis;* in alio (alieno) cernens, quod ipse non habeas.] — 159. *Famem solabere;* ac si diceret: Ne glandibus quidem satiaberis: [sed tantum famem produces]: quia dixerat (149.): *Et victum Dodona negaret.* — 160. [*Dicendum et quae sint duris agrestibus arma;* quasi magnum opus aggredior, ut (G. 3, 294.): *Nunc veneranda Pales.* *Duris agrestibus;* quia in labore durant.] *Arma;* i. e., instrumenta: ut [alibi] (A. 1, 177.): *Cerealiaque arma.* — 161. [*Queis sine;* sine quibus. *Seri;* seminari. *Surgere;* crescere.] — 162. *Vomis;* et ab eo quod est *vomer*, et ab eo quod est *vomis*, *vomeris* facit, sed rationis est *vomer*. Nam *vomis* usurpatum est. Rarum enim est, ut in *is* exeuntia, *R* in obliquis recipiant: ut *cinis*, *pulvis*. Talis est et in Graecis ratio: nam *actin* et *actis* dicunt, *delphin* et *delphis*, *Eleusin* et *Eleusis:* sed verius in *n*

155) Post vv. *aut umbra nocet* Guelf. I. add.: et aliter, quia et arbusta seri solent et premes pro compesces Imbrem. Nisi votis etc.

157) *Premes umbram* L. R. V. Vos.

162) G. *vomis* dicitur, quod trudendo vomat terram.

desinunt: quod in obliquis habent, et *Actinos*, *Eleusinos*, *Delphinos*. *Inflexi primum grave robur aratri*; [periphrasticōs aratrum, nam] *inflexi* pro *flexi* posuit; nam *In* abundat: *grave* autem *robur* propter sulcos altius imprimendos, et *grave robur* est, cui vomer accommodatur. — 163. *Tardaque Eleusinae matris volventia plaustra*; Eleusin civitas est Atticae provinciae, haud longe ab Athenis; in qua cum regnaret Celeus, et Cererem, quaerentem filiam, liberalissime suscepisset hospitio, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturae: filium etiam eius Triptolemum recens natum per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit: et eum alatis serpentibus superpositum, per totum orbem misit ad usum frumentorum hominibus indicandum. (Ergo hoc dicit) [*volventia* autem] *plaustra*, [i. e.,] volubilia: *Eleusinae matris*, i. e., qualia ostendit Ceres apud Eleusina. Aut certe, qualibus mater deûm colitur. Nam ipsa est etiam Ceres, [Romae quoque sacra huius de (deae) plaustris vehi consueverant: *volventia* autem quae volvuntur, quod venit a *volvo*, non *volvor*.] — 164. *Tribulaque*; genus vehiculi [omni parte dentatum,] quo (Guelf. I. II. et al. *unde*) teruntur (frumenta) [in area fruges maturae. Quo maxime in Africa utebantur:] *Traheaeque*: [vel tabula est: ut quidam dicunt, quae trahentibus bubus solet areae induci ad pabulum colligendum, vel vehicula sine rotis, quas vulgo *trahas* dicunt; et causa metri in hoc nomine epenthesin fecit, ut *navita*, et *Mavors*, pro *nauta*, et *Mars*. *Iniquo pondere rastri*; [pro *iniqui ponderis*, i. e.] magni: scilicet ut sine labore rustici glebas possint infringere. — 165. *Virgea praeterea Celei vilisque supellex*; i. e. vasa de vimine [facta]; qualia Ceres Celeo aliquando monstravit: ut *qualos*, *corbes*, et cetera. [*Vilis* autem *supellex* quoniam de genistis, vel iunco, vel alba vite solent fieri.] Et sane *haec corbis* dicendum est [feminino genere], secundum Tullium, qui ait, [in Sestiana] (38.): *Messoria se corbe contexit*. *Supellex* autem usurpatum est. Nam artis est, *haec supellectilis*. Genitivus enim aut par debet esse nominativo, aut una syllaba maior, ut *musa*, *musae*: *doctor doctoris*. Si duabus maiorem invenerimus, contra artem id esse manifestum est: ut *anceps*, *praeceps* et pauca alia. — 166. [*Arbuteae crates*; ex arbuto factae.] *Et mystica vannus Iacchi*; i. e. cribrum areale. Legimus tamen et vallus, secundum Varronem: [*hanc fisticula Pollio mysta vallus*]; quod idem nihilominus significat. *Mystica* autem *Iacchi* ideo ait, quod Liberi patris sacra ad purgationem animae pertinebant: et sic homines eius mysteriis purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur. Hinc est quod dicitur Osiridis membra a Typhone dilaniata Isis cribro superposuisse. Nam idem est Liber pater, in cuius mysteriis vannus est: quia ut diximus

163) *Matris Eleus.* G. matrem autem Eleusinam quaerere dicit, nam ut patres deos dicebant veteres, ita Deas matres vocabant.

164) Guelf. I. II. et al. apud Burm.: Traheaeque, Epenthesin fecit causa metri, ut navita. Traha autem vehiculum est a trahendo dictum; nam non habet rotas.

165) Sane sup. usurpativum est, hab. etiam Guelf. II. et B. L. R. V. Vos. Steph. al.

animas purgat. Unde *Liber* ab eo quod *liberet* est dictus, quem Orpheus a gigantibus dicit esse discerptum. [Nonnulli Liberum patrem apud Graecos *λικνίτην* dici adserunt; vannus autem apud eos *λικνὸν* nuncupatur; ubi de more positus esse dicitur, postquam est utero matris editus: Alii mysticam sic accipiunt, ut vannum vas vimineum latum dicant, in quod ipsi optiti (propter) * capacitatem congerere rustici primitias frugum soleant, et Libero et Liberae sacrum facere. Inde mystica. — 167. *Omnia quae* etc., bene non vult rusticum tunc quaerere quae dixit. Dicturusve est cum iam opus sint. *Ante memor provisa repones*; antequam agriculturam exerceas, ante praeparabis haec omnia, quae in illius rei sunt usum necessaria. *Provisa*; i. e. praeparata. *Repones*; recondes, et salva custodies. — 168. *Si te digna manet divini gloria ruris*; i. e., si te capit dignitas ruris vel agri colendi gloria.] *Manet*; expectat. *Divini gloria ruris*; i. e., si tu gloriam divini ruris vis adipisci: aut si id tibi concessum est caelitus, ut gloriam ruris habeas: *Divini* autem a diis conditi: vel quia terra *dea* dicitur. — 169. *Continuo*; principio statim, aut priusquam agriculturam coeperis. *Vi*; virtute. *Domatur*; usui servire cogitur. *Formam*; modum. — 170. *In burim*; in curvaturam; nam *buris* est curvamentum aratri, dictum quasi *βοὸς οὐρὰ*, quod sit in similitudinem caudae bovis. [Alii *burim* curvaturam temonis quae supra est, et quod est infra * *urvum* dicunt; buris enim ut curvetur, ante igni domatur, * (et) *amburitur*, unde et quae naturaliter inveniuntur curvae, ita dicuntur. Varro ait: *Totum burim indici ab urbe.* — 171. *Huic*; aratro scilicet. *A stirpe*: i. e. arboris, hoc est (G. 2, 53.): *Nec non et sterilis quae stirpibus exit ab imis.* Alibi pro ipsa arbore (A. 12, 770.): *Sed stirpem Teucri* etc. Vel alibi dicitur ab initio, a radice vel ima summitate. *Temo*; ad quem ligantur, vel iunguntur boves. *Pedes protentus in octo*; subaudi aptatur.] — 172. *Binae*; duae, quibus latior sulcus efficitur. *Dentalia*; dentale est lignum in quod vomer inducitur. *Duplici* autem *dorso*, aut lato, ut (G. 3, 87.): *At duplex agitur per lumbos spina.* Aut re vera *Duplici*, cuius utrumque eminet latus. Nam fere huiusmodi sunt [omnes] vomeres in Italia. — 173. *Iugo*; i. e. ad iugum. *Levis*; ideo levis, ne boves laborent. — 174. *Stiva*; manica aratri, qua regitur [gubernaculum.] Cicero in Scauriana: *Ab stiva ipsa mecum homines conloquebantur.* *Currus imos*; *currus* autem dixit propter morem provinciae suae, in qua aratra habent rotas, quibus iuvantur. [*A tergo*; post tergum. *Torqueat*; vertat.] — 175. *Suspensa* etc.; probatae enim soliditatis sunt [ligna], si in fumo minime rimas effecerint. [Namque ad exudandum fumum adhibita si rimas faciunt et scissuras, mala sunt et infirma.] Totus autem hic locus de aratro Hesiodi est (*Ἐργ.* 422.): [*Τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὥριον ἔργον, ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν, ἄξονα δ' ἑπταπόδην.*] — 176. [*Possum multa tibi*

173) G. *Tilia*, genus arboris levissimae.

174) In Ciceronis loco *ab* omitt. Guelf. II. L. R. V. Vos.; dein iidem et Steph. atque Guelf. I. al. hab. simplex *loqueb.*

veterum etc.; doctrinam suam commendat; *veterum* autem aut Hesiodi, qui primus de agricultura scripsit, aut aliorum antiquorum: *tibi* autem, i. e., o Maecenas, inquit, vel o agricola, hoc est enim *tibi.* — 177. *Ni refugis;* quia alibi ait (E. 2, 28.): *Sordida rura*, vel quia post dicturus est de minoribus animalibus. *Tenuesque; tenues*, modicas; et potest hoc ex affectu alterius dictum accipi. Nisi grave tibi sit. *Tenues*, leves. *Piget;* pigrum est. — 178. *Area cum primis;* in primis. *Ingenti* etc.; haec per] Hysteron proteron posuit; prius enim est, ut manu terra vertatur: dein[de] solidetur glarea: postremo aequetur *Cylindro*, i. e. lapide tereti, in modum columnae, qui a volubilitate nomen accepit; [κυλινδεῖν enim est *vertere* Sane area locus est vacuus, aut natura, aut studio factus; ne quid inde edi nascive possit, quasi qui exaruerit.] *Cum primis* autem, [i. e. interea, quod maxime necessarium est; vel] inter prima [opera et officia. — 180. *Subeant;* succedant, enascantur.] *Neu pulvere victa fatiscat;* hypallage est, pro *ne victa fatiscat in pulverem:* [i. e., dissolvatur; *fatiscat* autem significat affatim hiscat. — 181. *Tum;* i. e., etiam.] *Illudunt;* per ludum nocent, [quasi ludendo et sine labore saeviant.] *Saepe exiguus mus;* nitela [mus agrestis robeus:] cuius Cicero meminit in Sestiana (33.). Et quia [hic Virgilius] vilium animalium facit mentionem: ideo praemisit: Ni refugis tenuesque piget cognoscere curas. Dicendo autem *exiguus mus*, multum ex ipsa deminutione nominis et numeri singularis enunciatione addidit dignitatis: risus enim est quidam poëta, qui ait (Quinctil. 8, 3.): *Praetextam in cista mures rosere Camilli.* — 182. *Posuitque domos atque horrea fecit;* ultra meritum rei locutus est. — 183. *Aut oculis capti;* hoc est debiles oculis [et muti. Cum enim talpae caeci nascantur, quomodo *capti oculis?* illi enim *capti* dicuntur, qui aliquando viderunt.] Et mutavit genus; nam *haec talpa* dicitur. Sicut et[iam] de damis fecit: ut (E. 8, 28.): *Et timidi venient ad pocula damae.* — 184. [*Inventusque cavis bufo; inventus*, pro qui invenitur. Et *Cavis* hic pro principali positum. Aliter enim (A. 2, 53.): *Insonuere cavae* etc. *Cavis;* cavernis, et locis cavatis.] *Bufo;* rana terrestris, nimiae magnitudinis. *Monstra;* i. e., et alia purgamenta terrarum. [*Populatque;* veteres *populo*, *munero*, *aucupo*, *lucto* dicebant, nos addita *r* litera pronunciamus. *Ferunt;* gignunt. *Farris;* frumenti. Et hic speciale posuit pro generali. Nam non solum *far*, sed etiam alias fruges et segetes haec monstra vel vermes populantur.] — 186. *Curculio;* Varro ait hoc nomen per Antistoichon dictum, quasi *gurgulio*, quoniam paene nihil est (Guelf. I. II. al. *sunt*) nisi guttur. *Inopi metuens formica senectae;* [senectus] (quae) semper alienum requirit auxi-

178) G. *Area* ex ariditate dicta, quia caret succo. Idem: columnae, quo creta coaequatur, ne solvatur in pulverem. Deinde V. accepit, ut *donant arcana Chylindros.*

183) Virgil. vers. ita laudat Guelf. II. L. V. Basil.: *cum canibus tim.* etc. *cum* om. Guelf. I.; R. V. *veniunt;* L. *veniant.* Post hunc versum Guelf. I.: et aliter, cum talpe ceci nascantur, quomodo capti oculis. illi enim vero capti dicuntur, qui aliquando viderant. Haec Philargyriana esse videntur, sed nusquam in edd. conspiciuntur.

lium: nam *inopi*, non tantum ad formicam pertinet: sed generale est epitheton senectutis: [vel ne inops in senectute sit. et hoc iuxta opinionem poëticam dixit.] — 187. *Contemplator item*; prognosticon est anni futuri fertilis, vel infoecundi. *Contemplator* autem imperativi modi tempus est: futurum pro praesenti *Contemplare*, ut alibi (4, 61.): Contemplator aquas dulces. Terentius (Heaut. 4, 6, ult.): *Loquitor paucula*, pro loquere, et contemplare. *Nux plurima*; i. e. longa. Significat autem amygdalum: sed hoc Graecum est τὸ ἀμύγδαλον, καὶ τὰ ἀμύγδαλα. [Et *plurima*, sicut (3, 52.): *plurima cervix*, et (A. 1, 419.): *qui plurimus urbi Imminet. Silvis*, quidam pro arboribus accipiunt, ut (G. 2, 87.): *pomaque et Alcinoi silvae*, et alibi (2, 26.): *Silvarumque aliae pressos propaginis arcus. Silvis*, in silvis.] — 188. *Induet in florem*; [i. e., cum flos induet nucem, i. e., vestiet,] se effundet in florem. [Figurate hoc dixit.] Et bene eligit arborem, quae foliis prima vestitur. [*Ramos curvabit*; multitudine et densitate foliorum. *Olentes* autem odoriferos.] — 189. *Si superant foetus*; i. e. si [flores in fructus vertuntur, et si ipsi crescant et abundent, nam proprie *Superant*] abundant [est]. *Pariter frumenta sequentur*; [et frumenta copiosa provenient.] *Pariter* hic pro similiter [antique dixit], ut Plautus [in Aulularia] (Prol. 22.): *Pariter moratus, ut pater, avusque* (al. atque avos) *eius fuit*; [hoc est, ὁμοίως.] — 190. *Magnaque* etc.; aut aestus nimios fore significat, [cum abundantia frugum]: aut *calorem* dixit festinationem [operis]: ut alibi (A. 1, 436.): *Fervet opus.* — 191. [*Umbra*, pro fronde, ut alibi (2, 292.): *ingentem sustinet umbram*: ut ostendat eo anno, pro copia frugum, festinatam et studiosam trituram futuram. *Luxuria foliorum exuberat*; superabundat, et amplior est.] — 192. *Nequicquam pingues* etc.; non pingues, i. e. sine frugibus: ut alibi (1, 443.): *Nequicquam seros exercet noctua cantus*, i. e., non. [*Palea*; ablativus est, quasi *ex palea*. Et hoc dicit: si in amygdali floribus folia semper abundaverint, et in frugibus paleae granis erunt copiosiores, et in area amplius paleae quam grana teruntur.] Et notandum, *paleam* dictam numero singulari, contra artem. Nam ea, quae ex pluribus constant, numeri sunt tantum pluralis, [secundum artem], ut *cancelli*, *scopae*, *bigae*: licet abutantur poëtae. [*Pinguis* sane, et quamvis pinguis potest accipi; *area* vero pro in area.] — 193. *Semina* etc.; incipit dicere de medicandis leguminibus, quemadmodum et maiora fiant, et modico igne solvantur. Bene autem ait: *Equidem*, [quod multi pro ego accipiunt, i. e. ego quidem], ut a praeiudicio inchoaret. Nam hoc dicit: Equidem haec vidi fieri, sed sic quoque legumina degenerant (Guelf. I. *sed quociens seruntur, tociens legum. degen.*), nisi singulis quibusque annis hoc fiat. Inde enim est (199.): *Sic omnia fatis In peius ruere ac retro sublapsa referri. Medicare* antique [dixit], nam maiores *medico* et *medicor* dicebant: ut *populo* et *populor*: quae verba modo ab utraque significatione [tantum] passivae sunt de-

192) G. Non pingues, tunc enim plena sunt, quando frumenta non habent; vel incassum pinguis, quae sine fructu erit.

clinationis. Sed ut *medicare* diceret pro *medicari*, metri necessitas fecit. Sane *medicor* accusativum regit, ut *medicor illam rem; medeor* vero *illi rei* dicimus: nam *medeor illam rem* figuratum est. [*Serentes*, aut saturos, aut serere volentes, ut (A. 2, 111.): *Et terruit Auster eunteis*, vel *Serentes* serere incipientes. — 194. *Nitro;* nitrum ex aqua in modum salis coalescit, et ad solem liquescit: quod aptum est ad lavandum.] *Amurca*; olei sordibus, sed his quae praecedunt. Nam sordes, quae sequuntur oleum, *feces* vocantur. Et amurca per *c* scribitur, et per *g* pronuntiatur, ut *C. Gaius*, *Cn. Gneus*. [Et *perfundere vidi*, pro *vidi perfundentes*. — 195. *Grandior ut foetus;* i. e., maiora grana.] *Siliquis fallacibus*; quae fallere plerumque consueruut. Interdum enim [leguminum] folliculi, cum inanes sint, maiores videntur. — 196. [*Exiguo;* modico.] *Properata;* festinata coquerentur. [*Maderent* vero antique pro cocta essent, et cito. — 197. *Lecta;* i. e. cum labore electa.] *Spectata;* probata: ut (8, 151.): *Et rebus spectata iuventus*. — 198. [*Degenerare tamen*; cum ex bonis fuerint seminibus, mala effici et prava; tamen in nascendo degenerare, ut sequatur, si lecta et probata degenerant; quid, si non legas? *Degenerare tamen*, *ἀνακόλουθον*. Nam cum non proposuerit *quam lecta et spectata*, vel *quamquam*, vel *licet*, intulit *tamen*.] *Ni vis humana*; possibilitas. Sallustius (Catil. 1.): *Sed nostra omnis vis in animo et corpore sita est*. Aut certe multitudo. Tamen verius est, [et melius quod ait], (ut) *vis*, quasi violentia sit in rebus, quae contra naturam vertuntur in melius. Sic enim [et] Donatus sensit, dicens: Nisi violentia fiat naturae, omnia in deterius cadunt; [violentiam fieri naturae, omnia in deterius commutantis. Et hoc est, quod ait (145.), Labor omnia vincit Improbus.] — 199. *Manu legeret;* hinc quidam volunt dictum *legumen*. — 200. [*Sic omnia fatis In peius ruere;* ab argumento, adeo omnia in peius quotidie recidunt. *Ruere* autem figurate pro *ruunt*.] *Ac retro sublapsa referri; τὸ αὐτό;* bis idem dixit; (v. infr. 358.) [pro *sublabi et referri*. — 201. *Non aliter* etc.; ostendere vult usque ad perfectionem laborari debere. Nec tantum . . . procedere quantum levem remissionem in deterius cuncta deducere. *Adverso flumine*; contra vim et cursum fluminis.] *Lembum;* naviculam admodum brevem. — 202. *Subigit*; aut rursum (surs.) agitat: ut (12, 287.): *Et corpora saltu Subiiciunt in equos*. Aut certe *Subigit* est, urget, impellit. — 203. [*Atque illum*; *atque*, i. e., statim. Alii quidam superfluam coniunctionem volunt. Et hoc dicit: Ita omnia, quae terra profert, nisi continuum in eis studium agricola exerceat, licet medicentur et grandia plerumque nascantur, in peius ruunt: et sic feruntur, sicut qui contra cursum fluminis et vim navim agere vult, si aliquantulum manus et brachia remiserit, et fessus vel modice ab opere cessaverit, statim agente vi fluminis et naturali cursu relabitur, nec potest sursum ire, sed in praeceps vadit. Nam proprie *Praeceps* id significat. *Praeceps prono rapit alveus amni*; sensus comparatione finitus.] — 204. *Praeterea*; iam dicit, astrologiam rusti-

201) In lacunae locum cum Vossio Burm. supplevit: *laborem; al. quidem*.

cum, ita ut navigantem, nosse debere: [ut sicut navigandi tempus et ventorum atque tempestatum motus ille ex siderum compositione cognoscit: ita et iste terram colendi congrua tempora, et casus diversos, vel caloris scilicet, vel frigoris, aut pluviarum ex stellis agnoscat.] *Arcturus* autem stella est in signo Boote post Septemtrionem, cuius ortus et occasus tempestates gravissimas faci[un]t. Unde ait *Sidera*, i. e. tempestates: ut [alibi] (11, 259.): *Scit triste Minervae Sidus.* — 205. *Hoedorumque dies*; [bene autem hoedos Arcturo iunxit, qui et ipsi pluvias faciunt; et alibi (9, 668.): *Pluvialibus hoedis. Servandi*; observandi.] Aurigae signum est haud longe a Septemtrione, cuius pedem cum cornu tauri una stella coniungit: [quem Aurigam pater Mercurius inter sidera locavit.] Hic in manu sinistra fert hoedos, in humeris capram [Amaltheam], quae aluisse dicitur Iovem. [Hoedorum matrem, quos quidam Iovis conlactaneos dicunt. Sane nonnulli hunc Aurigam, Myrtilum, quem Pelops occidit, accipiunt, vel certe Erichthonium, qui natus est ex semine Vulcani, quod, dum stuprum Minervae inferre conaretur, fudit in terram.] Hoc quoque signum tam ortu quam occasu suo efficit tempestates. Bene autem ait *Dies*, quia et magnitudine sui multis diebus oritur: et tempestas aut praecedit signum, aut sequitur, aut cum eo est. Sane sciendum, omnes astrologos, pro ratione climatum, dissentire in ortu siderum; sed ipsa dissensio ultra septem dies non procedit; septem enim etiam sunt ipsa climata. Hinc est, quod solem ad unumquodque signum alii quinto decimo kalend. die dicunt venire: alii quarto decimo; alii infra usque ad octavum; nec quisquam procedit ulterius. *Lucidus anguis*; tres sunt angues in coelo; unus, qui in septemtrione est: alter Ophiuchi: tertius Australis, in quo sunt Crater et Corvus, de quo nunc proprie ait *anguis*: nam ὕδρα dicitur Graece. Et scimus, angues esse aquarum, serpentes terrarum. Haec autem signa generaliter posuit; non enim haec tria tantum, sed omnia praecipit observanda. — 206. [*Quibus* etc.; sic ab agricolis observanda signa esse dicit, sicut ab his qui in periculosissimis maris locis navigant. *Ventosa aequora*; in quibus venti dominantur.] *Vectis*; his, qui vehuntur, cuius significationis participium Latinitas non habet. — 207. *Pontus* etc.; Sestos et Abydos civitates sunt Hellesponti, quae angusto et periculoso mari segregantur. [In his angustiis Leander ad Ero natare consueverat. Nam illa Sestias, hic de Abydo fuit; qui cum frequenter ad amatricem amator nataret, tempestate obrutus interiit; cuius cum cadaver exanime ad litus, in quo Ero de turre expectare solebat, esset adpulsum, puella se praecipitavit in mare, et ita vitam finivit.] Unde elegit locum periculosiorem, quem pro omni poneret pelago. Sane secundum artem *haec* [ostra,] *ostrea*, et *hae ostreae* dicimus. Nullum enim habet Latinitas nomen [proprium] animalis, quod neutri sit generis, sicut Graece τὸ κῆτος, καὶ τὰ κήτη. Licet et Horatius (Serm. 2, 4, 33.) dixerit: *Ostrea Circeis* (B. *Cirreis*; Guelf. I. *circei*), *Miseno oriuntur echini*, et Iuvenalis (6, 302.): *Grandia quae mediis iam noctibus ostrea mordet.* Quos tamen possumus Graece locutos accipere: ita enim dicunt τὸ ὄστρεον καὶ τὰ ὄστρεα. *Ostriferi* autem, quod ibi plurimum ostreorum sit. *Fauces* vero, angustiae. —

208. [*Libra die*; hic iam incipit disputare de cognitione temporum ex sideribus.] *Die*; non est Apocope, pro *diei*: sed [secundum antiquos] regularis genitivus est. Nam, ut saepe diximus, obliqui casus numeri singularis nominativo plurali maiores esse non debent: quod verum esse Sallustius probat, qui in prosa ait (Hist. 1.): *Dubitavit acie pars.* Hinc est et illud (A. 12, 511.): *Curruque abscissa duorum Suspendit capita.* [Plautus in Amfitryone (1, 1, 120.): *Neque nox quoquam concedit die*, pro diei. Sed modo dies diei dicimus. Unde iuxta praesentem usum die posuit pro diei.] *Somnique*; i. e. noctis. Nam ab officio [temporis, ipsum] tempus ostendit. Dicit autem aequinoctium auctumnale, quod fit Sole in Libra posito. Vernale enim aequinoctium sol in ariete [positus] efficit: hoc autem dicit, frumenta serenda esse auctumnali tempore: legumina vero usque ad veris initium. — 209. [*Et medium luci*; diei. *Atque umbris*; nocti. Quomodo Zodiacus circulus, qui aequinoctia duo facit, orbem dividit, et *luci* dixit partem coeli Septemtrionalis, de quo ait (242.): *Hic vertex nobis coeli sublimis*: *umbris* vero Australem circulum, qui dicitur esse infimus et demersus, de quo ait (243.): *At illum sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi. Dividit orbem*; ut orbem videlicet coeli medium teneat Sol, medium Luna. — 210. *Exercete viri tauros*; i. e. ad aratra iungite, cogite laborare. *Tauros* autem, boves fortes accipe. *Serite hordea campis*; hordeum ostendit in campestribus locis serendum, et] *hordea* usurpative [ait]: (et) sciendum [tamen] in his tres tantum casus usurpari, *haec hordea*, *haec hordea o hordea*: sicut *vina*, *vina*, *vina*: et *mella*, *mella*, *mella*. [Sane reprehensus Virgilius dicitur a Bavio et Maevio hoc versu: *Hordea qui dixit, superest, ut tritica dicat.*] — 211. *Usque sub extremum brumae*; i. e. non usque ad Brumae finem, sed circa. Nam bruma finitur VIII. kalend. Ianuariar. die: et iste non usque ad ipsum diem dicit serendum. [*Intractabilis* autem, propter frigus durae et asperae, et *bruma* dicta a brevioribus diebus. — 212. *Necnon et lini segetem*; atqui supra (77.) ait: *Urit enim lini campum seges*; quid igitur? suo tempore, non eo anno, quo cessare debet.] *Cereale papaver*; vel quod est esui, sicut frumentum: vel quod Ceres usa est eo ad oblivionem doloris. [Nam ob raptum Proserpinae vigiliis gustato eo acta est in soporem, vel quia Myconem Atheniensem dilexerit Ceres, et transfiguratum in papaverem tutelae suae iusserit reservari, vel quia pani aspergatur. — 213. *Tempus*; tunc scilicet est.] *Iam dudum*; quamprimum. (Et) hoc dicit: serendum [esse] eo tempore, non quo (iam) pluit, sed quo imminent pluviae. [*Incumbere aratris*; insistere arationi. — 214. *Dum sicca tellure licet*; dum adhuc nondum pluit, sed iam est vicinum. *Dum nubila pendent*; dum paene iam videntur nubila pendere, et ex-

208) G. in fine: initium. item haedorum signum in autumno fit. Haedi autem inter sidera sunt in humero sinistro aurigae stellae figuratae, quarum occasu tempestates concitantur. Item *libra* die. Varro scribit ab aequinoctio non observandum, usque ad diem nonagesimum primum post libram.

211) G. *Bruma* videtur dicta a breviori meatu solis, non usque etc.

pectare, ut effundant pluvias. — 215. *Vere*; tempore veris. *Fabis*; contra rationem dictum, qui fruges omnes numeri singularis sunt.] *Satio*; sementis. Et declinatur sicut navis. *Tunc te quoque medica putres Accipiunt sulci*; ad ipsam herbam Apostropham fecit. Haec autem a Medis translata est in Graeciam, quo tempore eam Xerxes invaserat. Huius plena Venetia est: et, ut dicit Dionysius, trium foliorum est, semper[que] virens. Quod autem ait *Putres sulci*, naturam ipsius herbae respicit; nam uno anno frequenter seritur. Et [sexies aut amplius secatur,] postea aliquot annis sponte procreatur. Quod etiam sequens indicat versus: nam dicendo: *Et milio venit annua cura*, ostendit Medicae curam non esse annuam. Haec autem herba vulgo dicitur Sylla. [*Putres* subacti, vel initio anni, i. e. vere, vel post annum: quidam enim medicam post decennium seri dicunt. *Venit annua cura*; vere scilicet.] — 217. *Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus*; quo tempore annum aperit [candidus] Taurus, qui est auratis cornibus. Nam aperit cornibus, non procedit. Non enim a capite [aut a fronte,] sed a dorso oritur, i. e. a medio sui: unde incipit apparere, nam ea parte, qua mutilatus est, oritur, non a fronte. *Aperit* autem ideo ait, aut quia Aprili mense Sol in Tauro est, quo cuncta aperiuntur: et [hoc melius. Sed] aliud est aperire annum, (et) aliud inchoare: nam nullus dubitat Martio mense, ut supra (ad v. 43.) diximus, annum inchoare. Aut certe [*aperit annum* dixit,] quia potest unumquodque signum et inchoare annum, et finire, ut *aperit annum* dixerit, scilicet suum: nam et a Tauro usque ad Taurum, et a Geminis usque ad Geminos, annus est. — 218. *Averso* autem *astro*, duplex lectio est: nam alii adverso legunt; cum Cane enim nascitur Syrius, qui est terris adversus, de quo legimus (Aen. 10, 275.): *Ille sitim morbosque ferens mortalibus aegris Nascitur*: ut *Adverso* sit pestifero, et contrario mortalibus. Si autem *Averso* legerimus, *Cum* subaudiamus necesse est, ut (G. 4, 484.): *Atque Ixionii vento rota constitit orbis*: i. e. cum vento; ut sit sensus, quo tempore etiam canis cedens, occidit cum averso astro: i. e. cum Argo: quae et ipsa media est, sicut Taurus: et a puppi oritur. Cui Canem constat esse coniunctum. *Et* [*cedens*, aut locum dans, ut et Argo occidat. Nam Canis occasum et navis occasus sequitur, aut certe] *Cedens* Canis: non recedens, sed incedens accipimus et se movens. Tempore enim, quo Taurus cum sole est, etiam Canis ad ortum

215) Guelf. I. II. et al. apud Burm. *quo tempore eam invaserunt*. Pro *Sylla* L. et Fabr. *Scylla*. v. Salm. Exercitt. Plin. p. 173. *Burm*. Ad v. 216. G. *milio*, semen nigrum simile lolio, quod ad pabulum boum seritur.

218) G. Alii dicunt Sidonium ab Europa raptum (Burm. *ob Europae r.*) consecratum taurum. Alii vaccam, in quam Io transfigurata est, et ideo melius incertus habetur ex XII. et consecratur, qui Aprilis mense oritur, et inde Aprilis de aperiendo: nam ortus eius primus in Aprili est XIII. Kal. Mai. in quo signo multa signa sunt. — Deinde idem: *Et cedens*. Supinus canis occidit, idem, qui Orionis astrum sequitur. Et *averso astro*, quidam male accipiunt, secundum illud: Aut Sirius ardor ille sitim morbosque ferens. Sed magis intelligere nos convenit, *averso astro* taurum dici, cum canis occidit: denique Nigidius ait taurum aversum, vel sidera locatum, vel adversum astris. *Sirius* dicitur, qui est terris adversus.

festinat. Quod autem ait *Occidit*, ad aspectum nostrum rettulit. Nam ortus et occasus duo sunt. Unus ἡλιακὸς, i. e. Sol[ar]is: et alter κοσμικὸς i. e. mundanus. Unde fit ut ea signa, quae cum sole oriuntur, a nobis non possint videri, et ea quae videmus, quantum ad solis rationem pertinet, videantur occidere: secundum quod nunc ait *Occidit canis*. Nam canis paranatellon est Cancri: i. e. cum eo oritur. Cancer autem quo tempore Sol in Tauro est, post horam quartam diei oritur. Nam Taurus et Gemini binas horas tenent. [Nigidius commentario *Sphaerae Graecanicae*: oritur enim Canicula cum Cancro, in columen venit cum Geminis, occidit cum Tauro:] sic ergo fit, ut Canis nobis occidat. Quantum autem ad Solis pertinet cursum, in ortu esse videatur. Secundum hanc rationem etiam paulo post dicturus est: Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur. Nam Eoas ait in ortu Heliaco positas: unde et Tibi abscondantur intulit. [Hunc Canem alii Icari putant patris Erigonae, qui mortem patris filiae nuntiavit: Alii hunc esse quondam custodem Europae, quem nulla fera potuit effugere, quique a vulpibus quondam liberavit Thebas. — 219. *Triticeam in Messem*; ad messem tritici, vel segetis.] *Robustaque farra;* frumenta, quae plus habent virium, quam legumina: quo tempore nobis Atlantides occidunt, sunt serenda. Atlantides autem, licet septem fuisse dicantur, sex tamen [sicut supra (138.) dictum est,] videntur in coelo, quae Novembri mense nobis incipiunt non videri. [Cum enim Sol in Scorpione fuerit, oriente Scorpione, occidit Taurus, in quo Vergiliae sunt, i. e. sexto Idus Novembris: Ergo Eoae mane abscondantur, non est enim Atlantidum epitheton Eoae, sed Eoae, matutinae. Modo enim vespera, modo media nocte, modo mane oriuntur, unde et tibi abscondantur, i. e. spectando nec occident. Alii ita exponunt, Eoas appellatas quasi quae semper mane oriantur. Ergo ante occidere Vergiliae debent quam sero sit, quae Vergiliae alioquin sunt Eoae cum oriuntur, non cum occidunt.] Hae autem ut alii volunt, Iovis, ut alii, Liberi nutrices fuerunt, alii [vero] ipsas fuisse asserunt Hesperidas. — 220. [*Exercebis;* pro exercueris. *Solisque instabis aristis;* non leguminibus, sed solis segetibus. *Instabis;* pro institeris. *Aristis;* et hic, sicut

219) G. Atlantides — aliquando sex videntur, aliquando septem in coelo, quae Nov. mense incipiunt non videri a nobis; *si tritic. in mess.* etc. hoc autem V. die Novembrium, quando occidit taurus cum Sirio. *Adversus* ideo, quoniam et canis, cuius posteriores pedes in australi circulo brevitate ea, quia cum extremi procedunt, ante occidunt. nam cum Canis Sirius adversus per pedes occidit, cum capite oriatur, cum in culmen venerit, cum Geminis occidit cum tauro. Adamans (Athamas) Aeoli filius ex Nympha Phryxum et Heleon (Hellen) filios procreavit. Inocam (Ino) Dionis filiam coniugem duxit, quae ad perniciem pignorum sata igni vitiata intercedebat (f. interserebat). At sic cum famis increvisset, subornavit eos, qui responsum ab Apolline petebant, ut dicerent Phryxum et Hellen immolandos. Ergo Adamans (Athamas) cum filios immolare vellet, Nympha mater arietem aurei velleris iuvenibus immisit, cui insidentes, cum per maria ferrentur, Heles (Helle) in fretum decidit, quod Helispontum dicitur. Phryxus Colchos ad regem etiam (Aeetam) pervenit, qui arietem immolavit, et in luco matris (Martis) pellem consecravit, quam Draco pervigil custodisse dicitur. — Idem postea: unde et tibi absconduntur, i. e. matutinum occasum faciunt, cum Sol in Scorpione est XV. Kal. Maias Vergiliae occidunt, alii ita etc.

supra (v. 8.), per *aristas* frumenta significat] — 222. *Gnosiaque ardentis stella coronae;* [et hoc ad superiora pertinet. Cum enim coronae pars oritur occidit Taurus in quo Vergiliae sunt. Decedat autem non pro occasu dixit, sed Soli cedat, quo in Scorpione posito cum ortu ipsius oritur. Fabula vero de Corona talis est.] Cum Liber pater Ariadnen Minois Cretae regis filiam uxorem duceret: Vulcanus ei coronam obtulit, quam ille ad uxoris insigne inter sidera collocavit. Et stellam per poeticam licentiam dixit. Ceterum sex sunt, quibus in coelo declaratur corona. [Alii hanc fabulam ita adserunt, Theseum cum ad interimendum Minotaurum Cretam venisset, miseratam eius Ariadnen auxilium ei ad occidendum filo ducto, Minotaurum praestitisse, Theseum vero Ariadnen utpote salutis auctorem secum avexisse, qui cum ad Naxum insulam delati essent, Ariadnen ibi vel consulto, vel necessitate, vel monitu Mercurii a Theseo derelictam; quam cum Liber pater adamasset, coronam ei dempti pudoris, sicut supra dictum est, dicitur obtulisse, quam etiam inter sidera postea collocavit. *Gnosia* autem Cretica ab urbe Cretae, quae Gnosis (*Gnosus*) dicitur. Et stella dicitur Cretica, quia ad laudem illius, quae Cretici regis filia fuit in coelo est posita ipsa corona. — 223. *Sulcis;* arationibus.] *Committas semina;* quasi custodibus fidis. — 224. [*Invitae terrae;* quae quasi coacta rusticorum labore, et non sponte, fructus profert: alii, si non suo tempore seratur. *Anni spem*; unde tu annum speres posse deducere.] — 225. *Ante occasum maiae;* i. e. ante occasum Atlantidum. [Et hoc est quod ait, quam Atlantides abscondantur.] Nam Maia una est de ipsis Atlantidibus. — 226. [*Vanis;* vacuis. *Elusit;* decepit. — 227. *Si vero viciamque seres;* in quodam adespoto Graeco sic positum est, *φαγοῦσαι* (Vossius: *φάκους δὲ*) *καὶ φάσηλον ὄροβον, ὁμοίως δὲ μετὰ ἀρκτοῦρον δύοντα ἅμα μέχρι δὲ τροπῶν.*] *Vilemque faselum;* plurimum, abundantem. Nam omne quod abundat vile est: ut (v. 274.): *Vilibus aut onerat pomis.* — 228. *Pelusiacae lentis;* Pelusium unum est de septem ostiis Nili, [ubi primum lens inventa dicitur, vel] ubi optima lens nascitur. Unde *κατ᾽ ἐξοχὴν* locutus est. [*Aspernabere* autem, i. e., contemnes. *Lentis;* ac si dicat, Etiam inter alia lentem seras. — 229. *Haud obscura;* non obscura. Hoc est clara. *Mittet tibi signa Bootes;* si viciam et fasellum, et lentem serere volueris, occidente Boote debes incipere.] *Cadens Bootes;* [occidens,] Verno scilicet tempore. Tunc enim Bootes occidit. Quod autem subdidit: — 230. *Incipe et ad medias sementem extende pruinas;* omnia complexus est

222) G. *Gnosia;* Ariadnam scil. dicit consecratam Libero patri, cuius occasu arbores et vites vinea deponunt folia. coronae XII. stellae signis proximae, in quas Ariadna Liberi uxor transfigurata est; cum enim Liber pater Ariadnam Minois filiam uxorem duceret, Vulcanus ei coronam obtulit, quam ad uxoris in signo et inter sidera collocavit. Item *Gnosiaque ardens.* Ariadna a Libero patre adamata cum in litore dormiens Adesca (a Theseo) fuisset relicta, huic coronam munere dedit, cum qua astris consecrata est.

225) G. Tropus est synechdoche; grata varietas; nam idem significat tauri. tot nominibus significavit, modo *astrum aversum*, modo *Atlantidas*, modo *Maiam* dicens.

tempora: et Vernum [scilicet,] quo legumen seritur: et Auctumnale, quo frumentum. Et multi volunt, ita hanc partem astrologiae librasse Virgilium, ut in omnibus utrumque tempus significaret, vernale et auctumnale. Unde et supra bina signa memoravit: Taurum cum Cane: Atlantidas cum Corona. Tamen nos, quantum ad necessitatem [huius] loci pertinet, haec dixisse sufficiat: nam maioris prudentiae est, ad subtilem harum rerum scientiam pervenire: adeo ut sequentem rationem zonarum Metrodorus philosophus vix quinque expresserit libris, insertis tam Astronomiae quam Geometricae partibus, sine cuius lineis haud facile zonarum deprehenditur ratio. Idem etiam Metrodorus asserit, frustra culpari a plerisque Virgilium, quasi ignarum astrologiae: cum eum constet operis lege compulsum, ut quaedam excerperet, quae obscura videntur ideo, quia a naturali ordine sunt remota. Ut autem universa non diceret, rusticarum personarum habuit considerationem, et ipsius operis est brevitate constrictus. [*Ad medias pruinas;* hoc est quod supra (211.) ait: *usque sub extremum brumae.* Medias autem pruinas abusive ipsas hiemes posuit, medium enim pro legitimo dixit.] — 231. *Dimensum partibus orbem;* annum divisum in quattuor tempora. (R. add.: Brumalis, Australis. Zonae VI. i. e. Septemtrionalis, Solstitialis, Aequinoctialis.) Et per duodecim signa, duodecim menses accipimus. — 232. [*Per duodena*; multi pro *duodecim* accipiunt, ut (12, 165.): *bina manu* etc. et (329.): *septenaque tela.* Alii quia quotannis per eadem ineat (Burm. *meat*): duodena ergo saepius duodecim signa. * — 233. *Zonae*; i. e. plagae vel circuli, quorum primus Septentrionalis, vel, ut quidam volunt, Aquilonius. Zonae, Circuli, qui coelum ac terram, veluti Zonae cingunt. Translative, nam proprie Zonae in terris, sed pro parallelis, i. e. circulis posuit. Septentrionalis, Aestivalis, Aequinoctialis, Brumalis, Australis. — 234. *Corusco Semper sole rubens;* corusco ardenti, hoc est aequinoctiali, et bene a media coepit ut necessario extremas et habitabiles concessas mortalibus diceret. *Torrida;* accensa; sicca; quod numquam sol inde discedat.] — 235. *Quam circum extremae;* bene *extremae* addidit, [i. e. Borios et Notios,] ne eas, quae circa igneam sunt, intelligeremus, quas constat esse temperatas vicinitate caloris et frigoris. Quarum unam nos habitamus, alteram antipodes: ad quos hinc torrente Zona, hinc frigidis ire prohibemur. Antipodes autem dicuntur, quod contra nos positi sunt contrariis vestigiis. Terram enim dicunt undique coelo et aëre cingi. Per has autem duas Zonas in obliquum tenditur signifer circulus, qui solis continet cursum. Unde etiam fit, ut duae Zonae frigidissimae sint, ad quas numquam accedit: una fervens, a qua paene numquam recedit: duae temperatae, ad quas vicissim venit. [*Trahuntur*; pro extenduntur, aut sine intermissione vertuntur. — 236. *Caerulea;* frigore scilicet, quia ipse color convenit frigori. — 237. *Duae mortali-*

234) Corusco; Guelf. I. Circuli, quas Greci parallelos vocant, quarum una corusco equinocialem dicit.

235) Post v. *venit* Guelf. I. add.: has inter media̅ (medias) quo due mortalibus egris. estiva et brumalis. obliquus q̃ (quo) se signorum verteret ordo, qui a grecis zodiacus, a nobis signifer dicitur.

bus aegris; sicut dictum est temperatae ex calido medio, et frigidis extremis circulis. — 238. *Per ambas*; cum vitet utramque temperatam, ipsa praeposito *Per* pro *inter* accipienda est. — 239. *Qua*; per quam] — 240. *Mundus ut ad Scythiam*; iam [hic] definitio est nostri climatis, i. e. nostrae habitationis: quae a Septentrione incipiens, in Australi desinit plaga. Riphaeas autem arces, Scythiam dicit: cuius sunt montes Riphaei. [Quoniam Borius circulus totus supra terram est, ideoque ab Arato hic apparens, ille item Australis vocatur obscurus. Sane aliqui mundum pro coelo accipiunt hoc loco, qui mundum nomen volunt esse universae naturae. — 241. *Consurgit premitur*; deest ita, ut sit ad Scythiam consurgit, ita premitur in Austros, * *Premitur* contra devexus in Indos, ut fuerat supra Afros. *Libyae devexus in Austros*; quoniam Notius circulus totus infra terram est et premitur, quasi deprimitur. *Arduus*; excelsus, et summo vertice arctatus.] — 242. *Hic vertex nobis semper sublimis*; i. e. haec pars mundi a nobis semper videtur, [hoc est Scythiae, quae Septentrioni subiacet.] — 243. *At illum sub pedibus Styx atra videt*; i. e., axem notion, i. e., australem, qui a nobis nunquam videtur: sicut Boreus, i. e. Septemtrionalis [a nobis] semper videtur. Et sicut variae philosophorum opiniones sunt: ita et hic varie loquitur. Nam alii dicunt a nobis abscedentem solem ire ad Antipodas, alii negant, et volunt illic tenebras esse perpetuas. Mire autem ait [Styx] quasi de inferis: *Styx atra videt: manesque profundi*, ut ostenderet illud quod dicunt Philosophi, recedentes hinc animas [et] illic alia corpora sortiri. Unde et Lucanus ait (1, 456.): *Regit idem spiritus artus Orbe alio.* Quod verisimile est, quia dicuntur animae, aut igni, aut vento, aut aqua purgari: quod ut fiat necesse est, dum aut per frigidas plagas, aut igneam transeunt. Et licet alii hoc a Virgilio dictum per poëticam licentiam velint: tamen sciendum est, eum poëticae licentiae inseruisse philosophiam. — 244. *Maximus anguis*; [vel] quia ipse ceteris est maior, [vel quia ad Scythiam, vel quia inter duas arctos. Sane hunc draconem quidam occisum, et inter sidera conlocatum a Minerva dicunt: Alii hunc esse quem Hercules custodientem mala aurea Hesperidum occidit. *Hic* pro illic.] — 245. *Circum perque duas*; et *circum* enim est, et *per*, nam (et) per utramque labitur, [i. e., inter duas] maiorem cauda tangens, alvo complectens minorem. *In morem fluminis arctos*; Hesiodus ποταμῷ ῥέοντι ἐοικώς. — 246. *Oceani metuentes aequora tingi*; hoc refertur ad fabulam: Nam hae duae pellices Iunonis fuisse dicuntur: quas postquam Iuppiter in siderum rettulit numerum, Iuno rogavit Tethin suam nutricem, ne unquam eas pateretur occidere. Unde nunc *metuentes* dixit, scilicet nutricem Iunonis. [Sunt autem hae Helice, et Cynosura, de Helice Lycaonis filia amata a Iove et a Iunone in ursam mutata

240) G. Mundus pro coelo accipitur: nam mundi nomine quatuor elementa continentur, quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam, ita declinatur in Australem. Iam hic etc.

242) G. Septemtriona Arctos, ut Aratus dicit, quam secundum clima nostri coeli arcticus circulus contra orientem invenit, et contra Arcticus supra non excurrit. quapropter partem illam effera Astrologii nulla pictura designant.

supra (138.) dictum est. Cynosura quod caudam caninam habeat, hanc Foenicem vocitatam quidam ferunt, Dianae comitem, iraque eius, quod gravida esset inventa, in ursam quam mutatam, atque eiusdem rursus misericordia sideribus insertam. Quidam prodidere has nymphas fuisse Cretenses, Iovis nutrices, et ob meritum consecratas, quae ideo non occidunt, quia secundum clima nostri coeli Arctous circulus, in quo cardo convertitur, infra horizontem non venit. Nam reliqua signa dicuntur omni (Heins. *omnia*) nocte in Oceano tingi. — 247. *Illic;* in Australi, i. e. obscuro axe. Scilicet] poëtae. Nam in rebus dubiis suam denegat fidem. *Intempesta*; [inactuosa], alta, [densa], crassa, qualis est intempesta. Posse autem hoc fieri in aliqua parte mundi, ut paene sibi totum vindicet nox, probat Britannia: quae lucis dives, vix quoddam spatium noctibus cedit. [Aut *intempesta silet*, quia Epicurei dicunt non ire Solem per alterum hemisphaerium, sed semper his ab ortu colligi scintillas et fieri orbem solis. — 248. *Obtenta;* obducta. Et *obtenta* sicut ostenta, ab eo enim, quod est *ostendor*, veteres participium *ostentus*, non *ostensus* dicebant; ipse alibi (A. 6, 60.): *praetentaque Syrtibus arva.* Terentius in Eunucho (3, 5, 57.): *An ego occasionem mihi ostentatam tam brevem.* Similiter et illud in Formione (5, 4, 7.): *Neque me nunc domum reciperem, ni mihi esset spes ostentata huiusce habendae.* — 249. *Redit a nobis*; i. e. ad illos, et hoc secundum Stoicos, qui dicunt Solem vicissim per utrumque hemisphaerium ire, et alternis noctem facere. *Sera* pro sero, ut Seramque dedit per membra quietem. *Accendit lumina vesper*; bene accendit lumina vesper, poëtice, ut ipse vesper accendat, non homines, et saepe hac figura utitur: Iam falcem arbusta reponunt. *Diemque reducit;* ut quando discedit a nobis, et dies clauditur: tunc illic sit Aurora. — 250. *Afflavit anhelis;* cursu anhelantibus. — 251. *Sera* pro *sero*, ut (A. 8, 30.): Seramque dedit per membra quietem. Vel *sera*, nocti vicina. Bene accend. lumina vesp., poëtice, ut ipse vesper accendat, non homines, et saepe hac figura utitur (Georg. 2, 416.): Iam falcem arbusta reponunt. *Vesper;* stella, quae et Venus et Lucifer dicitur. Nam Vesper eo quod quibusdam mensibus vespere: Lucifer autem dicitur, quod quibusdam mane oriatur.] — 252. *Hinc tempestates;* i. e. ex [hac causa, ex hac] ratione astrologiae. [Ex hac temporum scientia vel siderum observatione. Et hoc contra Epicureos, qui dicunt acervum stellarum sine causa esse.] Et iam conclusio est: Nam hoc dicit, Non sine causa intuemur siderum ortus et occasus: hinc enim universa noscuntur. *Dubio coelo;* i. e., etiam dubio coelo: [Et bene *dubio*, nam idem alibi coeli fraudem dixit, quod nunc prospera, nunc adversa ingerit. *Praedicere;* praevidere. — 253. *Messisque diem;* pro tempore i. e. quando sit metendi tempus opportunum. *Tempusque serendi;* i. e. auctumnale. *Infidum;* cui nullus potest, aut debet committere fidem. Nam subito fallit hominem. *Marmor;* mare. — 255. *Quando armatas deducere*

252) G. *dub. coelo*, etiam dubii erimus coeli, sive quando dubium coelum in tempestatibus et serenitatis indicium discernitur hac ratione.

classes; i. e. quando sit tempus ad agendum navale praelium. *Armatas deducere classes*; aut quia in puppibus infigebant arma navigantes, ut (280.): *Praefigere puppibus arma*; aut *instructas armamentis suis.* — 256. *Tempestivam pinum*; opportunam, nam tempore importuno [hac] caesae arbores cito *termites* faciunt, ita enim ligni vermes vocantur. [Nam hac re etiam rustici Lunae cursum observare dicuntur, melius enim arbores Luna decrescente caeduntur. — 257. *Nec frustra signorum obitus, speculamur et ortus*; perseveravit contra Epicureos. *Obitus* autem Occasus.] — 258. *Temporibusque parem diversis quattuor annum*; de rebus contrariis fecit declamationem, dicendo parem ex diversis, [vel semper sibi convenientem.] Re vera enim nihil est tam contrarium inter se, quam aestas et hiems, et tamen de his annus efficitur. — 259. [*Frigidus agricolam*; non generaliter frigidus, sed quando frigidus fuerit, et quasi titulus est, Agricolam nunquam vacuum esse debere. *Continet*; ut non possit propter frigus et imbrem, agriculturam exercere. *Continet* autem, detinet et impedit.] — 260. *Multa forent quae mox coelo properanda sereno, Maturare datur*; ordo est, Multa maturare datur, quae forent in serenitate properanda [sereno coelo.] Nam male quidam *Forent*, esse praesentis temporis volunt: ut sit sensus, Multa sunt properanda, quae maturare datur, mox coelo sereno, [i. e.,] in usum caeli sereni. Quod non est idoneum, licet re vera *Fore* tantum [semper] futuri sit temporis. Nam *foret* et praeteritum et praesens et futurum complectitur. Sallustius (Catil. 20.): *Ni virtus fidesque vestra spectata* (L. V. Vos. *exspect.*) *mihi foret*; i. e. esset. [Et] ordo est: Multa maturare datur, et celeriter facere: quae si velis coelo sereno properanter facere, non diligenter poteris facere, dum festinas.[et tardius ad laborem redibis. Oportet ergo ut dum domi resides, ea quae tibi praeparare potes, et necessaria vides, parare studeas: ut cum fuerit serenitas data, statim ad laborem prodeas. Sane *maturare* duas res significat, aut in otio, et suo tempore facta maturata dicuntur, aut accelerata et ante tempus acta, quod hic significat. Cato *properare* dicit eos, qui prima quaeque ordine suo maturare (Vossius: *maturate*) transigunt, festinare autem illos, qui multa incipiunt; eaque adnectendo, nec terminando praependiant. Aulus Gellius (10, 11, 5. 6.): *Mature veluti celeriter dicimus.* Nigidius: *mature fieri quod neque cito, neque tarde fiat. quod hinc debet intelligi, quia poma, quae neque acerba sunt, neque putrida, matura dicuntur.*] — 261. *Procudit*; cudendo extenuat. [I. e. producit tundendo, et bene, quia praeposuerat multa, enumerat singula.] — 262. *Vomeris*

254) Post *hominem* G. add.: ut Lucretius (2, 557.): Infidi maris insidias, viresque dolosque.

256) In fine Steph. add.: Sylvis, in sylvis. Evertere, excidere.

258) G. *Parem*, i. e. verno, aestivo, autumno, hybernoque, i. e. aequali trium mensium in unoquoque anni tempore, i. e. de calore et frigore.

259) G. Monet agricolam debere aliqua opera agere, quibus minime nocent imbres, et quae in sereno coelo facienda esse sibi necessaria, quae tamen celeriter operaretur, propter agriculturae petitionem.

obtusi; [hebetis, et obtusum est quicquid sine acumine est vel calore, ut (A. 1, 567.): *Non obtusa adeo gestamus* etc. et] Antiqui [tamen] *n* [literam] addebant, quod nos propter euphoniam in aliquibus detraximus, ut *obtusus*: in aliquibus (enim) remansit, ut *tunsus.* [Obtusi autem, reverberati et acumine carentis. *Dentem*; acumen. *Arbore;* de arbore.] *Lintres;* fluvia[ti]les naviculas. [Sane non sine ratione lintrium meminit, quia pleraque pars Venetiarum fluminibus abundans, lintribus exercet omne commercium, ut Ravenna, Altinum. Ubi et venatio, et aucupia, et agrorum cultura lintribus exercetur. Alii lintres, in quibus uva portatur, accipiunt.] — 263. *Aut pecori signum, aut numeros impressit acervis;* i. e. facit aut characteres, quibus pecora signantur: aut tesseras, quibus frumentorum numerus designatur. Nam numeros pro [illegible]s posuit, quibus numeri continentur. [Sed hoc non de aest[illegible], qua signari vel fruges. vel animalia solent, sed de hieme, qua imber frigidus esse potest. Loquitur autem hoc, secundum ea quae aliter dicuntur, aliter audiuntur, ut dictum est.] — 264. *Exacuunt;* repurgant et reformant in altitudinem pristinam. *Vallos*; fossas. et muros de terra factos et glebis, qui fiunt in circuitu cohortium, et vinearum: aut quibus aquae ducuntur de locis aquosis. Vallos, quos aliqui *palos*, Graeci χάρακας, Homerus (Il. μ, 63.) σκόλοπας. Aelius Gallus de verbis ad ius civile pertinentibus, vallos tegulas grandes, quae supra collicias infimae ponuntur appellat. Alii vallos hic quadridentes dicunt. Nam vallos qui *scolopes* dicuntur ante muros poni, ut (A. 9, 524.): *Rescindit vallum, et scalas ad moenia poscit. Bicornes*; duorum cornuum. — 265. *Amerina retinacula;* virgas de quibus vites [re]ligantur, quae virgae abundant circa Amerinum, oppidum Italiae, cuius crebram in Rosciana facit Cicero mentionem. [Alii genus salicis dicunt, dispari colore a cetera salice: nam est rubra, et ad connectendum aptior, quia praeter morem lenta est, quae nunc quoque Amerina a rusticis dicitur. *Lentae* autem flexuosae. Hic computat ea quae quilibet domi potest facere, dum ab agricultura pluviis impeditur, aut nimium frigus terram constringit, cuncta enim utilia sunt humano usui quae hic dicit, et quovis tempore possunt fieri. — 266. *Facilis;* de qua facile aliquid fiat. Unde faciles homines qui hac et illac cito ducuntur. Ergo *Facilis* quae cito legitur (Burm. coni. *ligetur*), vel solvatur.] *Rubea virga;* quae abundat circa Rubos Italiae oppidum. Horatius (Serm. 1, 5, 94.): *Inde Rubos fessi pervenimus.* I. e. ea virga quae apud Rubos plurima nascitur. [An a rubo cuius meminit (Ecl. 3, 89.): *Ferat et rubus asper amomum.*] *Fiscina* [genus est vasis, i. e.] corbulae brevis, [quas perferunt qui arbusta vindemiant. Lucilius in

262) G. *Lintres*, duas significationes habet, nam intelligitur hoc nomine, et pro navibus et pro vase concavo ubi uva portatur (v. Brouckh. ad Tibul. 1, 5, 23. *Burm.*).

264) G. *Vallos*, palos, paxilla diminutive. Furcas, i. e. quibus fulciuntur vites et spinae coacervantur.

266) G. *Rubea*, i. e. ex arbore rubi facta, vel *Rubea*, Rubi oppidum in Apulia vel in Thessalia, quae hoc genere viminis abundat. — Deinde: *Fiscina*, genus virgae, ubi caseum premitur, dein: *fiscilla*.

quinto, *Fiscina fallaci cumulo.* Naevius in Andromacha: *Quod tu mi Gnate, quaeso ut in pectus tuum demittas, tamquam vindemiator in fiscinam.* Plautus in Mercatore (5, 4, 28): *Vobiscum habete cum porcis, cum fiscina.*] — 267. *Nunc torrete igni fruges* etc.; praeparate panem, quo utamini in serenitate, ne ea res impedimento sit postea: [multi tamen de certo frugum genere dictum volunt. Nam far, milium, panicum, moli, nisi ante fuerint tosta, non possunt. Nam quod ait *saxo frangite,* potest accipi et *pinsere*, quod significat pilo tundere, quia et vulgo cavatum saxum pilum dicimus, quae omnia fieri oportet, propter facilitatem molendi. Multi yhsterologiam putant, quia ante est molere, quam coquere. Nonnulli tradunt rusticos solitos, si quando ad excudendas fruges essent [illegible]ribus impediti, spicas integras condere, et prout indiguiss[illegible]s, hieme torrere, quo facilius a gluma sua separatum tritic[illegible]olerent. Alii non accipiunt Hysteron proteron, sed modo hoc, modo illud facito, ut diversa dixisse videatur.] — 268. *Quippe etiam* etc.; non mirum est, rusticum aliqua facere debere per pluvias, cum sint quaedam quae facere possit etiam festis diebus. [Sunt enim aliqua quae si festis diebus fiant, ferias polluant: quapropter et Pontifices sacrificaturi, praemittere calatores suos solent, ut sicubi viderint opifices adsidentes opus suum prohibeant, ne pro negotio suo, et ipsorum oculos, et cerimonias deum attaminent, feriae enim operae deorum creditae sunt. Sane feriis terram ferro tangi nefas est, quia feriae deorum causa instituuntur, festi dies hominum quoque.] — 269. *Fas et iura sinunt;* i. e., divina humanaque iura permittunt. Nam ad religionem fas, ad homines iura pertinent. [Et non sine causa hoc dictum a Virgilio gnaro totius sacrorum ritus ponitur. Religiosi enim esse dicuntur, qui faciendarum praemittendarumque (Burm. coni. *praeterm.*) rerum divinarum secundum morem civitatis delectum habent, nec se superstitionibus implicant. Cum ergo hic dicit, festis quaedam exercere diebus Fas et iura sinunt, et nulla relligio vetuit, ostendit multa quae ad rem divinam pertinent ex praecepto et posse fieri, et vitari, ab his scilicet, qui religiosi, ut supra dictum est, appellantur, quem morem Poëta agendo aliud, subtiliter docuit.] *Rivos deducere;* i. e., siccare. Nam irrigare inducere est. Ut (106): *Deinde satis fluvium inducit.* Sane sciendum secundum Varronem contra religionem esse, si vel irrigentur agri, vel laventur animalia festis diebus. Nymphae enim sine piaculo non possunt moveri. Sed scimus, necessitati religionem cedere: Unde perite Virgilius ait: *Rivos deduc.* etc. — 270. [*Vetuit*; prohibuit. *Praetendere sepem;* circumdare et opponere; et subaudi, nulla religio vetuit. — 271. *Insidias*

267) Pro vv. *praeparate - - postea*, quae sunt in codd. Guelf. I. II. L. R. Vos., Burm. edidit: Hysteron proteron, tanquam dicat, torrete igni, coquite panes; et postea dicat, frangite saxo, cum prius sit frumentum molere, et deinde factos panes coquere: sed recte et ordinate dixit: nam *torrete fruges*, non de coquendis panibus, sed de siccandis frugibus dixit; quod fit primum, et postea siccatae fruges moluntur: et praecipit parandum esse panem, quo utendum sit, sereno coelo, ne ea res tunc sit impedimento. Multi etc. — G. praeparate panem in serenitate, ut prius torreatur, i. e. siccatur, dein immolatur. *Frangite saxo* est ordo perversus, quia frangere saxo antecedit.

avibus moliri; i. e. aucupia facere. *Incendere vepres*; hoc etiam, sicut et priora, licet festis diebus agere.] — 272. *Baluntumque gregem fluvio mersare salubri*; i. e., salutifero. Nam dicturus est in tertio scabie tentari, nisi laventur animalia. De irrigatione vero nihil ad hunc pertinet locum, quia *Deducere*, ut diximus siccare significat. [Sed qui disciplinas Pontificum interius agnoverunt, ea die festo sine piaculo dicunt posse fieri, quae supra terram sunt, vel quae omissa, nocent, vel quae ad honorem deorum pertinent, et quidquid fieri sine institutione novi operis potest, ut rivorum inductionem sic accipiamus, per fossam vel pratum purgatum deducere, i. e. emittere, quoniam cautum in libris sacris est, feriis denicalibus aquam in pratum ducere, nisi legitimam, non licet, ceteris feriis omnes aquas licet deducere. Ergo hic, ut aliquibus videtur, deducere purgare est, et sordes emittere, quae praecludant aquam, ideoque a Pontificibus, ut novum fieri non permittitur feriis, ita vetus purgari permittitur. Alii hoc secundum augurale * cuius (Burm. *aug. ius*) dictum tradunt, quod etiam in bello observetur, ne novum negotium incipiatur. Ergo rivos deducere, non est novum negotium, et potest hoc illuc referri (113.): *Quique paludis collectum humorem, bibula deducit arena.* Sane quae feriae, a quo genere hominum, vel quibus diebus observentur, vel quae festis diebus fieri permissa sint, si quis scire desiderat, libros pontificales legat. *Balantumque gregem*; i. e. ovium. *Mersare*; frequenter mergere, propter scabiem. *Fluvio salubri*; non est epitheton amnis, sed ad factum refertur. — 273. *Saepe oleo*; et hic *aut* coniunctio esse debuit, ut est (A. 5, 512.): *Illa Notos atque atra volans in nubila fugit*, pro et in Notos, ut esset, Saepe aut oleo aut vilibus onerat pomis, et bene rusticorum laudat industriam.] *Costas aselli*; aut re vera costas, aut clitellas. [Ut] Horatius (Serm. 1, 5, 47.): *Hinc muli Capuae clitellas tempore ponunt Agitator*; verberator. Ab agendo dictus, [ac per hoc asinarius dicitur.] — 274. *Vilibus pomis*; abundantibus, [quia vulgo nascuntur:] ut (227.): *Vilemque faselum. Lapidemque revertens Incusum*; molam manualem cudendo asperatam, [et bene verbum vulgare vitavit.] — 275. *Massam picis urbe reportat*; aut qui oleum vel poma portaverat [ad urbem;] aut certe ideo ait *Reportat*, quia pix in agris nascitur, et in urbe distracta, in agrum a plerisque reportatur: [Varro dicit antiquos nundinas feriatis diebus agere instituisse, quo facilius commercii causa ad urbem rustici commearent, et bene per haec omnia quae superius dixit, ostendit ferias non pollui.] — 276. *Ipsa dies alios alio dedit ordine luna*; plenissime de lunae diebus omnibus expressit Hesiodus (Op. et D. 765.): [*Ἤματα δ' ἐκδιόθεν πεφυλαγμένος εὖ κατὰ μοῖραν Πεφραδέμεν δμώεσσι τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην ἔργα τ' ἐποπτεύειν ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέασθαι.*] Quam rem breviter iste praelibat. [Sed est ita, quoque luna omnes dies felices dedit, sed

271) G. *Insid. av.* non de aucupatione loquitur, sed aves iubet a satis prohiberi, referens ad illud: *nihil improbus anser. Vepres* spinosum virgulti genus masculini generis ut (A. 8, 645.): *Sparsi rorabant sanguine vepres.*

275) G. pro vv. *in urbe distr.* dat: in urbem retracta a pler. rep. Nansius volebat: *in urbe non distr. Burm.*

alios aliis rebus aptos. Inde ait felices, et hoc est ad opera sumenda, aptos felicibus operis. Alii felices pro fecundis accipiunt, ut (2, 188.): *Felicemque trahit limum. Alio ordine;* hoc est, non omnes dies facit aequales: sed diversi ordinis et modi, cum ipsa sit una et eadem.] — 277. *Felices operum;* [quibus feliciter possunt opera exerceri, vel] ad opera sumenda: [vel certe *Felices*], aptos felicibus operibus. *Quintam fuge;* [ut quinta luna nullius operis initium sumas.] Dicitur enim hic numerus Minervae esse consecratus, quam sterilem esse constat. Unde etiam omnia sterilia quinta luna nata esse dicuntur: ut, Orcus, Furiae, (et) Gigantes. *Pallidus orcus;* quia pallidos facit. [Nam ipse niger est. Probus, orchus legit. Cornutus vetat aspirationem addendam. Hesiod. orcum quinta luna dicit natum. Celsus, ut Iurisiurandi deum pallidum dictum, quia iurantes trepidatione pallescunt. Nam apud Orcum defunctae animae iurare dicuntur, ne quid suos, quos in vita reliquerunt contra fata adiuvent. *Orcus;* Pluton, deus inferni.] — 278. *Eumenides satae;* [i. e. natae. Et,] ut saepe diximus, κατ' εὐφημισμὸν Eumenides vocantur. [Quod non habent bonam voluntatem, i. e. mentem, sicut Parcae. Quia nulli parcant.] *Nefando;* sacrilego. — 279. [*Coeum;* nomina sunt Gigantum.] Per *Coeum* autem [et] Typhoea, et Iapetum, omnes gigantes intelligimus: [quos quinta luna dicit esse natos.] — 280. *Et coniuratos coelum rescindere fratres;* Othum et Ephialtem dicit, [qui fuerunt filii Neptuni, et novem digitis singulis crescebant mensibus: qua freti altitudine coelum voluerunt evertere: sed confixi sunt sagittis Apollinis et Dianae.] — 281. *Pelio ossam;* [monti Thessaliae.] *Pelio* o longa est: sed fit brevis, sequente *o* vocali: ut (A. 5, 261.): *Sub Ilio alto. Ossam;* alium (Burm. coni. *alterum.* Al. *altum*) montem Thraciae. — 282. *Olympum;* tertium montem Macedoniae: et (bene) tertium quasi maiorem involvere ait. — 283. [*Pater;* Iuppiter. *Disiecit;* deiecit.] — 284. *Septima post decimam felix;* aut septimam decimam dicit, aut hoc dicit: Felix quidem est septima, sed felicior decima: ut primum locum decimae (de)relinquat, [quae sit valde felix, secundum septimae: quae post decimae felicitatem sit secunda: ut ea nulla sit felicior, excepta decima. Aut certe, sicut quidam volunt;] alii quartam decimam accipiunt ut sit felix; est septima duplicata: i. e., cuius numerus post decimam invenitur: quo die re vera vites melius ponimus. — 285. [*Domitare boves;* instruere, quomodo possint ferre laborem arandi: et sciant ad iugum pariter incedere.] — 286. *Nova fuge melior, contraria furtis;* non ut stultis videtur, Virgilius aut fugam servis suadet, aut eis indicat dies quibus se a rapinis abstineant. Nam et fugam de profectione et cursu legimus: ut (G. 3, 202.): *Simul arva fuga, simul aequora verrunt* (Al. *verrit, vertit, verrens*), unde etiam velocem equum fugacem dicimus: et fuga potest etiam honesta esse, ut si quis hostem, si quis imminentem tyrannum, si quis saevum iudicem fugiat. *Contraria* autem *Furtis* illuc spectat, ut domino sit spes inveniendi quod amiserit, et rapere aliquid servus formidet aufugiens. — 287. *Adeo;* i. e. valde. Terentius (Eun. 1, 2, 124.): *Adolescentem adeo nobilem. Melius se nocte dedere;* i. e. [per noctem] melius nostro obsequuntur labori.

Nocte [autem non est adverbium, sed] nomen (est) ablativique casus. Adeo ut ei Horatius iunxerit praepositionem: ut (Epist. 1, 2, 32.): *Ut iugulent homines surgunt* (V. Guelf. I. II. *vigilant*) *de nocte latrones.* Nam adverbium *Noctu* facit, sicut *Diu*, Sallustius (Iug. 38.): *Diu noctuque laborare, festinare.* — 288. [*Sole novo*; oriente die, et sole adhuc recenti, necdum ferventi. *Irrorat*; illustrat. Aut simpliciter *irrorat.* Matutino enim tempore ros cadit. Et dicit hoc loco, et die et noctu insistendum labori.] *Eous*; i. e. lucifer, de quo etiam Cinna in Smyrna sic ait: *Te matrimonium flentem conspexit Eous, Et flentem paulo vidit post Hesperus idem.* — 289. [*Arida prata*; iam matura. — 290. *Tondentur*; secantur. *Nocteis*; accusativus pluralis.] *Non deficit*; non deserit. Unde et qui deserunt exercitum ad hostes transeuntes, *defectores* (Guelf. I. II. R. Vos. *desert.*) vocantur. — 291. [*Seros ignes*; nocturnos.] — 292. *Faces inspicat*; incidit ad spici (Burm. *spicae*) et aristarum imaginem. — 294. [*Arguto*; sonoro, stridulo.] — 295. *Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem*; hypermetrus versus est: unde et sequens a vocali inchoat. Bene autem ait, *Decoquit humorem*, i. e. rem superfluam: sic[ut] supra posuit (112.): *Luxuriem segetum tenera depascit in herba.* [*Aheni*; vasis in quo coquitur vinum. Et *trepidum* dicitur: quia quod bullit, quasi tremere videtur. — 296. *Aheni*; ex aere facti. — 297. *Ceres*; frumentum. *Medio aestu*; i. e. per diem, quando aestus est.] — 299. *Nudus ara, sere nudus*; [sic Hesiodus (Op. et D. 391.): *Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, γυμνὸν δὲ ἀμᾶσθαι.* I. e.,] adeo sereno coelo ut vestimentis non egeas. Sane quidam post hoc hemistichium dicit subsecutus: Habebis frigore febres. [Nam non dicit nudum esse debere, quasi aliter non oporteat aut possit: sed sub tanta serenitate dicit haec agenda, ut et amictus possit contemni.] *Hiems ignava colono*; quia ignavum reddit colonum. — 300. [*Parto*; parato. *Agricolae plerumque fruuntur*; dicit agricolas per hiemem his frui quae aestate paraverint.] *Plerumque* [autem dicit,] quia dicturus est, esse aliqua, quae rusticus etiam hiemis tempore possit efficere. — 302. *Genialis hiems*; voluptuosa, convivalis. Nam quotiens voluptati operam damus, indulgere dicimur Genio. Unde e contrario habemus in Terentio (Phorm. 1, 1, 10.): *Suum defraudans Genium.* [Genium autem dicebant antiqui naturalem deum uniuscuiusque loci, vel rei, aut hominis. *Curasque resolvit*; quiescere facit a labore et curis.] — 303. *Pressae carinae*; onustae. [*Cum iam portum tetigere*; dat comparationem de navigantibus: quod sicut illi expleta

287) G. *adeo*; valde diligens divisio temporum: primo enim quatuor partes executus est, deinde dies lunares, modo horas, in quas dies et nox dividitur.

288) G. *Eous*, stella Veneris, alii Iunonis interpretantur: alii Cephei (Cephali) et Aurorae filium Hesperum tradunt, qui cum Venere de pulchritudine contendit sed magis Veneris est; *quem Venus ante alios astrorum diligit ignes* (A. 8, 590.). Item Eous Lucifer, alii Hesperum putant. — Pro *matrim.* al. *matutinus.*

299) Guelf. I. II. L. R. V. Vos. al.: adeo ser. coelo, ut amictum possis contemnere. Sane q. etc. — Ad v. 301. Burm. add.: *Convivia*, aut mittere sibi invicem; vicissim parare; quae omitt. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph. Dan. al.

iam navigatione, et positis in sicco navibus laetantur, et epulis vacant: sic etiam rustici finitis completisque aestivis laboribus hieme convivia celebrant, et a curis solvuntur.] — 304. *Imposuere coronas*; aut re vera coronas: aut spiras funium accipimus. — 305. *Sed tamen et quernas glandes*; sunt aliquae derivationes ex usu magis quam ex ratione venientes ut quernus, ficulnus, ilignus, colurnus, a corylo, ilice, fico, quercu. *Cruenta*; matura. — 306. [*Cruenta* autem ideo, quia] matura (enim) cruoris imitantur colorem. — 307. *Pedicas*; laqueos, quibus pedes illaqueantur. — 308. *Auritos lepores*; maiores habentes aures. Horatius aliter ait, *Doctum et auritas fidibus canoris Ducere quercus*. Sensum audiendi habentes. — 309. *Balearis fundae*; Hispanicae: ab insulis Balearibus [Hispaniae,] ubi inventa est funda. — 311. *Quid tempestates auctumni*; verno et auctumnali tempore fiunt tempestates, quando nec plena aestas est, nec plena hiems. Unde medium et confine utriusque temporis ex coniunctione rerum contrariarum efficit tempestates. Sane sciendum ultimas eum partes tam auctumni quam veris significare, quibus fiunt procellae (et) quod de auctumno, hic indicat versus, Atque ubi iam breviorque dies, et mollior aestas: de vere hic, Spicea iam campis cum messis inhorruit. Deinde ait *Ruit*; i. e. praecipitatur, in fine est. [Et in hoc talis est sensus, Quid dicam quantum oporteat sollicitum et studiosum esse agricolam tempore auctumni et veris?] — 313. *Vigilanda viris*; providenda vigilanter. — 314. *Spicea messis*; spicos de maturis frugibus abusive dicimus. Nam proprie spicus est, cum per culmi folliculum, i. e. extremum tumorem, aristae adhuc tenues in modum spiculi eminent. *Inhorruit*; intremiscit. — 315. *Frumenta lactentia*; adhuc tenuia, et lactis plena. Sane Varro in libris divinarum [rerum] dicit, deum esse Lactantem, qui se infundit segetibus, et eas facit lactescere. Et sciendum inter lactantem et lactentem hoc interesse: quod Lactans est quae lac praebet: Lactens cui [lac] praebetur. Stipula; stipulae nomine pro culmo abutitur. — 316. [*Flavis*; maturis.] *Arvis* pro segetibus. *Et fragili culmo*; i. e., quae (iam) in fragili culmo erant. *Stringeret*; secaret. Ut (Ecl. 9, 60.): *Hic ubi densas Agricolae stringunt frondes.* — 318. *Omnia ventorum concurrere*; inter se, ut (A. 5, 14.): *Mutati transversa fremunt.* — 320. *Sublime expulsam eruerent*; per sublime portarent erutam segetem. *Turbine nigro*; tempestate noxia. Horatius (Serm. 1, 4, 85.): *Hic niger est, hunc tu Romane caveto.* — 321. *Cul-*

304) G. accipimus. sive post evasum mare imponunt navibus insignia victoriae.

305) Idem: *Sed tamen* etc. Id est, quamvis tibi dixi, cura resolvitur hyeme, quaedam tamen opera hiemalia sunt, exercenda in agricultura, ut quaedam domi in noctibus ad hiberni luminis seros ignes. — Idem: quercu. hinc fructum quercus putamus esse quernam.

306) Idem: cruenta, vel de sanguine Adonis, vel quae succum cruoris similem habeant, vel quia belli tempore inde hastilia fiant.

308) In loco Horatii (Carm. 1, 12, 11.) Guelf. I. II. *doct.* *et aurifunda et auritas* etc. R. Vos. *aurifundi et.* V. *aurifundum et*; dein V. *dicere*.

311) G. post *efficit* add.: quod hic proponit, ut praecaveat unusquisque sidera frigora (frigida).

mumque levem; culmus est ipse calamus: stipulae vero sunt folia quae ambiunt culmum. — 322. *Agmen aquarum;* impetus: ut (A. 2, 782.): *Leni fluit agmine Tybris.* Est autem hoc loco Ecbasis poëtica ad describendam tempestatem. — 324. *Collectae ex alto nubes;* ab Aquilone, qui utique de alto flat, i. e. a septentrione: et tempestates gravissimas facit. Nam Auster est humilis. Ut (240.): *Mundus, ut ad Scythiam, Riphaeasque arduus arces Consurgit, premitur Libyae devexus in Austros. Ruit arduus aether;* tonitribus pertcrepat. Ut (A. 1, 129.): *Coelique ruina.* — 326. *Cava flumina;* [profunda et] alta. Lucanus (2, 423.): *Rutubamque cavum. Fretis spirantibus;* in motu positis. Alibi (A. 10, 191.): *Qua vada non spirant, nec fracta remurmurat unda.* — 328. *Corusca fulmina;* coruscantia, ut (A. 2, 211.): *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.* [*Molitur;* agitat, et iacit. — 330. *Terra tremit;* terrae motus efficitur. Vel tremit terra, Tremere videtur: et pavent hi qui terram colunt.] — 331. *Humilis pavor;* qui humiles reddit, ut (277.): *Pallidus Orcus* (al. *morbus*). — 332. *Ille flagranti aut Atho, aut Rhodopen;* per transitum secundum Epicureos loquitur, qui dicunt fulmina non iudicio deorum, sed ex nubibus fieri. Nam montes quid necesse fuerat fulminari? *Athon* autem mons est Graeciae, *Rhodope* mons Thraciae. *Aut alta Ceraunia;* montes [sunt] Epiri, a crebris dicta fulminibus; [κεραυνὸς enim fulmen est. Unum enim fulmen quod colorat, aliud quod transfigit, aliud quod afflat: ut est (A. 2, 648.): *Ex quo me divum pater, atque hominum rex fulminis afflavit ventis.* — 333. *Ingeminant Austri;* repetunt suos flatus venti. — 334. *Plangit;* (i. e. plangere vel) resonare facit. Alii *Plangunt* legunt: ut sit, nemora et litora plangunt, i. e. resonant. — 335. *Hoc metuens, coeli menses, et sidera serva;* i. e. duodecim signa quibus menses agnoscimus. Et *sidera serva* vel tempestates, vel planetarum motus. Sciendum autem, ut diximus, de planetis quinque, duos esse noxios, Martem et Saturnum: duos bonos, Iovem et Venerem: Mercurius vero talis est, qualis ille cui iungitur. Unde etiam fingitur minister [esse] deorum: quod [d]eorum obtemperat potestati. Hinc est quod dicit, *Quos ignis coeli Cyllenius erret in orbes.* I. e. utrum in Australem, an in septentrionalem partem inclinetur: aut cui planetarum cohaereat, ut qualitatem Mercurii ex illo possis agnoscere. *Cyllenius* autem *ignis* propter stellam Mercurialem dicitur (Guelf. I. II. *ignis est stella Mercurialis; nam in C.*), quia in Cyllene monte Arcadiae dicitur natus esse Mercurius. — 336. *Frigida Saturni sese quo stella receptet;* i. e. nocens. Ut (E. 8, 71.): *Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.* Ideo autem hoc dicit, quia Saturnus deus pluviarum est, Unde etiam (primus) senex fingitur: nam senes semper novimus esse gelidos. Hic autem in Capri-

332) G. Ordo est, crescente numero syllabarum per aucta montium nomina; quia (quod?) genus apud Homerum industria invenitur factum, cum idem versus ab una syllaba incipiens usque ad quinque syllabas decurrit.

336) G. I. e., satis cognitum est, Saturni stellam frigidam esse, et ideo apud Iudaeos Saturni die frigidos cibos esse. *Frigida* autem stella dicitur, quia sit glacialis grandinosa, noxia, permutabilis.

corno facit gravissimas pluvias, et praecipue in Italia. Unde et Horatius (Carm. 2, 17, 20.) ait: *Seu tyrannus Hesperiae Capricornus undae.* Ut in Scorpio grandines: item in alio fulmina: in alio ventos. Unde praecipit nos scire debere, in quod se signum recipiat sidus Saturni. Sane perire ait *Receptet:* ut ex frequentativo verbo nobis ostenderet, Saturnum bis ad unumquodque signum reverti: quod alii planetae minime faciunt. Solus enim est qui et longius a sole discedat, et bis ad unumquodque signum recurrat. — 337. *Quos ignis coeli, Cyllenius erret in orbes;* [ordo est, in quos orbes coeli erret Cyllenius ignis. Et] bene *Erret*, nam planetae vocantur ἀπὸ τῆς πλάνης, i. e. ab errore. Nam interdum in austrum, interdum in septentrionem, plerumque contra mundum, nonnumquam cum mundo feruntur. — 338. *In primis venerare deos;* post haec cognita da praecipue operam sacrificiis, quibus tempestates, et pluviae possint repelli. Et mire hoc statim subiunxit: quia occurrebat, quid prodest tempestates futuras videre? Et bene [ait] *In primis*; i. e. praecipue, [et] ante omnia. Nam alia neglecta possunt habere emendationem: tempestas (vero) adveniens, nisi ante praevideris (codd. *prov.*), universa subvertet. — 339. *Annua sacra refer Cereri;* anniversaria magna, sic[ut] in Aeneide (A. 8, 173.): *Annua quae differre nefas:* [Et Ambarvale sacrificium dicit.] *Laetis operatus in herbis*; aut dans operam conviviis: aut quum opera cuncta compleveris. — 340. [*Extremae sub casum hiemis;* circa finem hiemis, antequam ver incipiat. *Iam vere sereno;* ver, pluviale tempus est: sed circa finem incipit esse serenum. Dicit ergo *Vere sereno*, ut sit iam tunc et ver et serenum. — 341. *Tunc agni pingues*; subaudi sunt: qui aut epulis, aut sacrificiis sunt apti.] *Mollissima vina*; defoecata [et] asperitate carentia. — 342. [*Densae in montibus umbrae;* quia tunc incipiunt arbores frondescere.] — 343. *Tibi;* in honorem tuum, [et] in tuam gratiam. — 344. *Cui tu lacte favos, et miti dilue Baccho;* i. e., cui tu liba de lacte, melle, [et] vino (fac). Nam superfluum est quod quidam dicunt, contra religionem dixisse Virgilium, [licere] Cereri de vino sacrificari; Pontificales namque hoc non vetant libri. Quod autem ait Plautus (in Aulularia 2, 6, 5.), cuius illi utuntur exemplo, *Cererine nuptias facturi estis? qui? quia temeti nihil allatum intelligo.* Non est huic loco contrarium. Nam aliud est sacr[ifici]um, aliud nuptias Cereris celebrare: in quibus re vera vinum adhiberi nefas fuerat, quae Orci nuptiae dicebantur, quas praesentia sua pontifices ingenti sollemnitate celebrabant. Alii hunc locum aliter accipiunt, ut *Miti Baccho*, non sit septimus [casus], sed dativus: et duo numina intelligamus, Liberi et Cereris: nam supra quoque ait: In primis venerare deos. Ut sit sensus, cui Cereri, et miti Baccho (i. e. Libero patri) favos lacte dilue: i. e. eis sacrifica melle et lacte permixtis. — 345. *Felix hostia*; i. e.

340) G. I. Extr. sub casum, pro: *occasum* i. e. finem.

344) In loco Plauti L. *Cerere*, V. *Cereris hic*, R. Vos. *Cererina*, Guelf. I. II. *Cereri.* cf. Macrob. 3, 11. Mox *qui* omitt. R. Vos. al.; *qui sine temeto huc advenistis* Guelf. I. II. L. V. R. Vos. et Urs. cod. reliquis omissis (Guelf. I. II. *advenitis*). Postremo pro intelligo al. *video*.

fecunda. Dicit autem Ambarvale sacrificium: quod de porca et saepe fecunda et gravida fieri consueverat. [Vel felicem dicit, cuius sacrificio et immolatione fecunditas agrorum merebatur.] — 346. *Omnis quam chorus;* chorus proprie est coaevorum cantus atque saltatio. — 347. *Cererem clamore vocent;* invocent [dari] copiam frumentorum. — 349. *Torta redimitus tempora quercu;* i. e. habens in memoria victum priorem, a quo Cereris revocatus es benignitate. Nam olim homines glandibus vescebantur. — 350. *Det motus incompositos;* i. e. saltationem aptam religioni, nec ex ulla arte venientem. Sallustius (Catil. 25.): *Saltare elegantius, quam necesse est probae* (R. *probate*). *Carmina dicat;* hymnos. — 353. *Menstrua luna;* unde et μήνη dicitur. — 354. *Caderent Austri;* venti desinerent. Etiam hoc loco prognostica sunt translata de Arato, pauca de multis. — 355. [*Propius stabulis* etc.; scil. propter repentinos casus tempestatis aut grandinis vel terrae motus, aliorumve. Et dicit, quod videntes agricolae possint haec ventura praescire.] — 356. *Ventis surgentibus;* flare incipientibus. Unde est e contrario (A. 7, 27.): *Cum venti posuere*, i. e. flare desierunt. *Aut freta ponti;* litora pelagi, quae feriuntur fluctibus. Duo autem dicit naturalia. Futura enim tempestate, et ante ventum, fluctus movetur: et fragor auditur ex silvis, arcana quadam ratione naturae. — 357. *Aridus fragor;* sonitus, qualis solet fieri ex aridis, cum franguntur, arboribus. Ergo *Aridus* nimius. Omne enim quod aridum est, cum frangi coeperit, nimium efficit sonum. Fragor etiam a fractarum rerum nominatus est sonitu. — 358. *Aut resonantia longe Litora misceri;* δὶς τὸ αὐτὸ, i. e. idem bis dixit. — 359. *Misceri* autem, perturbari. Ut (A. 1, 191.): *Miscet agens telis.* — 360. *Iam sibi tum curvis male temperat unda carinis;* scias, inquit, iam in pelago esse gravissimam tempestatem cum ad litora mergi confugiunt. Poëtice autem ait, Iam sibi tum unda male temperat (a) curvis carinis, i. e. sibi non parcit, sed crescit in perniciem suam. Nam in carinam scindendam consurgit. — 362. *Clamoremque ferunt;* i. e., si cum clamore revertuntur. Nam plerumque plura dicit signa e quibus unum non sufficit, sed omnia sunt animadvertenda: ut (388.): *Tum cornix plena pluviam vocat improba voce, Et sola in sicca secum spatiatur arena.* — 363. *Marinae fulicae;* ad discretionem fluvialium. — 364. *Altam supra volat ardea nubem;* ardea dicta [est] quasi ardua: quae cum altius volaverit,

359) In fine Burm. add.: *Increb. murmur*, saepe et crebros fieri sonitus; quae omitt. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

360) Post v. *confug.* idem add.: mergi autem sunt, quos nonnulli corvos aquaticos vocant; haec omitt. iidem libb.; G. mergi corvi marini. — Post v. *consurgit* Burm. add.: et navigantum perniciem. *Temperat* autem absolute posuit; nam certe subauditur *male;* temperat se ipsam sibi; quae om. Guelf. I. II. L. V. Steph. Dan.

363) Burm. add.: *Fulicas* [illegible] c, anatibus paullo minores, sed corp[illegible] consi[illegible] I. II. L. R. V. Vos. Steph. Da[illegible]

364) [illegible] sarpam vocant, dicta ab [illegible] t, vel quod ardua crura

significat tempestatem. Lucanus (5, 553.): *Aut siccum quod Mergus amat: quodque ausa volare Ardea sublimis pennae confisa natanti.* — 366. *Praecipites coelo labi*; sequitur vulgi opinionem. Non enim omnia prudenter a poëta dicenda sunt. Quod autem videmus e coelo stellas quasi labi, ἀπόῤῥοιαι sunt, ignes aetherii, qui fiunt [ex igne aethereo] cum vehementior ventus altiora conscenderit: et trahere exinde aliquas particulas coeperit, quae simulant casum stellarum. Nam stellae cadere non possunt: quarum natura est ut stent semper. Unde et stellae vocantur. Sane sciendum est, ut ait Aratus, ab illa parte ventum flaturum, in quam ille ignis ceciderit. — 369. [Nantes, natantes.] *Colludere plumas*; moveri. Terentius (Adelph. 3, 4, 13.): *Congrum istum maximum in aqua sinito ludere.* I. e., moveri. Virgilius (8, 632.); *Ludere pendentes pueros.* — 370. *At Boreae de parte trucis cum fulminat*; hoc vult dicere: Ubique ingentes efficit pluvias ab istis ventis mota tempestas. — 373. *Nunquam imprudentibus imber obfuit*; alii *in* vacare volunt, alii augentis habere significationem: ut sit, Nunquam imber obfuit valde prudentibus. Quae res non valde sunt idoneae. Unde melius est ita intelligere: Nunquam imber obfuit [non] ante provisus; tam sui clara dat signa: ut *Imprudentibus*, ignaris accipiamus. Nam hoc dicit, Nunquam nescienti nocet imber, quia se designat ante venturum. Et scimus leviora esse mala, quae ex opinione contingunt. — 375. *Aëriae fugere grues*; (aut) aërii coloris, aut altum volantes. Dicit autem grues de vallibus fugere, non pluviam de vallibus surgere. *Aut bucula coelum suspiciens patulis*; hic locus omnis de Varrone est. Ille enim sic:

Tum liceat pelagi volucres, tardaeque paludis
Cernere inexpleto studio certare lavandi:
Et velut insolitum pennis infundere rorem:
Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo,
Et bos suspiciens coelum (miserabile visu)
Naribus aërium patulis decerpsit odorem,
Nec tenuis formica cavis non evehit ova:

[Eodem modo Aratus (209. 222.): *Πολλάκι λιμναῖαι ἢ εἰνάλιαι ὄρνιθες, Ἄπληστον κλύζονται ἐνιέμεναι ὑδάτεσσιν, Ἢ λίμνην περὶ*

habeat, i. e. alta. — In versu Lucani vv. *aut - amat* et *subl. - nat.* omitt. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. et hab.: *quodque signum ausa v. Ardea.* — Ad v. 368. Burm.: *Saepe levem*; dat aliud signum, quod fit, quando futuro ventorum motu sponte sua levis palea volat. *Et frondes*; arborum minores et leviores.

369) G. *Plumas*, i. e. pennae avium volantium in litore volitant in undis. vel plumas quascunque, nisi forte papos, i. e. cardui florem. — Ad v. 372. Burm.: *Omnia plenis* etc. Operiuntur terrae aquis, et fossae, ubicumque fuerint, implentur. Et est hic μεταφορά; dicit enim natare rura, cum terra immobilis sit. 373) *Legit*, i. e. colligit. Haec omitt. Guelf. I. II. L. V. Steph. Dan.

373) G. *imprudentibus*, i. e. valde prudentibus, aut pro nescientibus posuit, i. e. nunquam scientibus obfuit imber, tot signis praecedentibus.

375) In loco Varronis (quem omitt. Guelf. II.) Guelf. I. exhibet: *pelago vol.*, tardaeque paludes cern. inexpletas st. cert. ludendi et velut insolitum etc. dein *mirabile* pro *miser*, ut edidit etiam Burm.

δηθὰ χελεδόνες ἀΐσσονται. Καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος ἐνδίοιο Οὐρανὸν εἰσανιδόντες ἀπ᾽ αἰθέρος ὠσφρήσαντο, Καὶ κοίλης μύρμηκες ὀχῆς ἐξ ὤεα πάντα Θᾶσσον ἀνηνέγκαντο. Nam et Varro et Virgilius Aratum secuti sunt.] — 378. *Et veterem in limo ranae cecinere querelam*; fabula duplex est. Nam ut Ovidius dicit, Ceres cum Proserpinam quaereret, ad relevandam sitim accessit ad quendam fontem. Tunc eam Lycii rustici a potu prohibere coeperunt: et conturbantes pedibus fontem, cum contra eam emitterent turpem naribus sonum, illa irata eos convertit in ranas: quae nunc quoque ad illius soni imitationem coaxant. Sed hoc non est valde aptum. Nam illa (Burm. *illud*) magis insultatio fuerat, quam querela: et poenam sacrilegii iuste pertulerant. Unde magis Aesopus est sequendus, qui hoc dicit: Cum Iuppiter reges omnibus animalibus daret: et ranis, [ni fallor,] dedisset colendum brevissimum lignum, illae questae et aspernatae sunt [(Guelf. I. eius regnum et ni fallor baculum, tunc etc.) eum, et tunc] eis hydrum iratus (Iuppiter) dedit, qui vescitur ranis. — 380. *Bibit ingens arcus*; sequitur iterum vulgi opinionem. — 382. *Corvorum exercitus*; multitudo. [*Increpuit*; insonuit.] — 383. [*Iam varias pelagi volucres, et quae Asia circum, Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri*; haec est vera lectio: et sensus talis est, Iam varias pelagi volucres, et eas quae circum Asia prata rimantur in dulcibus stagnis Caystri, videas certatim largos humeris infundere rores etc. Nam si *Iam variae* legeris, sensus nulla ratione procedit: Caystrus autem, [Asiae] fluvius est. Asia vero, palus: Unde fecit prata Asia. Et de palude Asia, *A* longa est. Nam de provincia corripit[ur]. Ut (A. 1, 385.): *Europa atque Asia pulsus*, et est Homericus versus (Il. *β*, 461.): *Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.* — 384. *Rimantur prata*; pascuntur in pratis, cibum per terrae rimas requirentes. Nam *rimari* hinc tractum est a porcis, qui glandes rimantur de rimis terrarum. — 387. *Et studio gestire lavandi*; gestire [est] laetitiam suam corporis habitu significare, nam ut

378) G. Multi ambigunt, quae sit Ranarum vetus querela. Modestus ait, Latonam, cum ageretur a Iunone, in Liciam venisse, et sitientem accessisse ad fontem pastoribus prohibitam. Memorem autem iniuriae suae post editum partum rediisse in Liciam, et pastores in ranas convertisse, ut perpetuam huius fontis haberent custodiam, cuius potum Latonae denegassent. Ovidius dicit etc. — Deinde idem: quae nunc ad ill. s. imit. conclamant. Alii dicunt, ranas per abundantiam aquae extra paludes pelli et serpentibus cibos esse, aut alioqui interire; inde igitur tempestatis adventus eas querelas excipere. querela est vox mutua, ut ipse ait (8, 215.): omne querelis implevere nemus. — Tum alii: lignum: inde *exquetae* appellatae sunt ranae. Iuppiter etc. — Ad v. 379. G. *Extulit ova*, de foraminibus portans ad domum suam, ne pluvia prehendat eum. — Ad v. 381. Burm. *A pastu* etc., dicit etiam corvos propter futuram inundationem a pastu fugere. Haec omitt. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

383) Post v. *fecit* Burm. add.: per derivationem possessivum; quod possessivum, quantum ad literam, simile est primitivo suo; nam de provincia prata Asiatica diceret, non Asia prata etc. Haec om. Guelf. I. II. B. L. R. Vos. Steph. Dan. — Ad vv. 385. 86. Burm. add.: Humeris etc., perfundere humeros largis aquis, et quasi se irrigare. *Nunc caput* etc., mergere sub aquis caput. *Currere in u.*, se in aquam mittere et natare. Haec omitt. Guelf. I. II. R. Vos. Steph. Dan.

homines verbis laetitiam suam exprimunt, ita aves corporis gesticulatione. *Incassum* autem ideo ait, quia plumarum compositio aquam minime admittit ad corpus. — 388. *Rauca pluviam vocat improba voce*; rauca contra naturam suam. *Et vocat*; poëtice ait: non enim vocat, sed denuntiat pluviam. Et notandum cornicem, et rauca voce, et solam, pluviam praedicere: Corvos vero [serenum], et plures et voce tenui ac purissima contra naturam suam: ut (v. 410.): *Tum liquidas corvi presso ter gutture voces.* — 391. *Testa cum ardente viderent*; propter vilitatem lucernam noluit dicere, nec iterum lychnum; sicut in heroico carmine. Ut (A. 1, 726.): *Dependent lychni.* Medius enim in his libris est stylus, sicut diximus supra. — 392. *Putres concrescere fungos*; nam ut dicit Plinius (18, cap. ult.), cum aër humidus (G. *aëris frigus*) esse coeperit, favilla quae cum fumo solet egredi, prohibita aëris crassitate in lucernis (G. *lucerna*) residet, et quasdam velut fungorum (G. *frigoris*) imitatur imagines. — 393. *Nec minus ex imbri soles*; i. e. serenitates. Et versa vice dat prognostica, quibus agnoscamus ex tempestuoso caelo serenitatem futuram. Et *aperta serena*; aër enim densatur nubilo, et rarescit sereno. Ut (419.): *Denset, erant quae rara modo: et quae densa, relaxat.* — 396. *Nec fratris radiis obnoxia surgere Luna*; obtusa subaudis a superioribus: nam hoc dicit, Nec tamen luna videtur obtusa, quae est radiis Solis obnoxia. Nam ut dicunt Physici ab eo accipit lumen. — 397. *Tenuia*; proceleusmaticus est pro dactylo, quam rem quotiescunque facit Virgilius, servat locum Synizesi: ut tenuia. Item [et,] (A. 5, 432.): *Genua labant:* nubes tenues pro velleribus accipiendae. — 399. *Dilectae Tethidi Halcyones*; Ceyx filius Luciferi habuit uxorem Halcyonem: a qua cum prohibitus esset

387) In fine G. Sive incassum i. e. frustra: humor enim pennarum densa levitate suspenditur.

388) In fine Burm.: Altius autem cornices aliis avibus sonant; sed cum pluviam denuntiant, tenues formant voces. 389) *Spatiatur*, discurrit. 390) *Nec noct. quid.*, Dicit nec puellas quidem, carpentes lanam nocte, ignorare venturam tempestatem; si sciant hoc, quod nunc dicit. *Pensa*, lana quae ad pensum datur puellis intra constitutos dies paranda. Haec omitt. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

393) In fine G. *Aperta serena*; serena in eo, quod *serat* (*reserat*) coelum, i. e. aperuit; eleganter epitheton nominis et etymologiam ostendit. *serenum* enim est dictum, a *serendo* (*reserando*) i. e. aperiendo; sic alibi Virgilius (A. 1, 146.): et vastas aperit Syrtes, i. e. *reserat*.

396) Idem in fine: *Obnoxiam lunam* dicit pro eo, quod obstet et noceat; non absurde hic videtur tempora dixisse nocturnum et diurnum. sic *nam neque* etc. tum hoc versu: *nec fratris* etc. ut sit sensus: nec sic sol subito deficit, ut videtur radiis eius obnoxia fuisse Luna eclipsi demoratus dicit.

397) Idem: *Tenuia* nebulae dicuntur, quae imminente tempestate ob nimiam levitatem in aëre vento iactantur; item *vellera* nubes dixit tenuia arenarum, quae imminente tempestate per aëra raptantur. Varro in Epimenide; *nubes vellera lanae stabunt.* Sic et Aratus.

399) Idem post vocantur: Item, Ceyx, rex Thracum, Iovem se vocari, et Alcionem uxorem suam Iunonem coli iussit, peregre profectus est, naufragio interiit. Coniux impatienter ferens luctum in avem sui nominis mutata, cui hoc honoris datum est, ut VII. diebus, quibus foetus in mari facit, nulla aura nullusque ventus exsurgat.

et isset ad consulendum Apollinem de statu regni sui, naufragio periit. Cuius corpus cum ad uxorem [Halcyonem] delatum fuisset, illa se praecipitavit in pelagus. Postea miseratione Thetidis et Luciferi conversi sunt ambo in aves marinas, quae *halcyones* vocantur. Sane sciendum est, quod, cum de muliere dicimus, *haec Halcyone* facit: Cum de avibus, *hic et haec halcyon*, *hi et hae halcyones*. Istae autem aves nidos faciunt in mari media hieme. Quibus diebus tanta est tranquillitas, ut penitus nihil in mari possit moveri. Inde etiam dies ipsi *Halcyonia* nominantur. *Non ore solutos;* scilicet manipulos. Alii *soluto ore* accipiunt, i. e. nimium patenti. — 400. *Immundi* autem, luto gaudentes. Horatius (Epist. 1, 2, 26.): *Et amica luto sus.* — 401. *Magis ima petunt*; deprimuntur ad valles. — 403. *Nequicquam seros exercet noctua cantus*; i. e. non. Persius (2, 51): *Nequicquam fundo suspiret nummus in imo.* Item Virgilius (A. 2, 546.): *Et summo clypei nequicquam umbone pependit.*] *Noctua* autem avis est lucifuga: quae significat pluviam si cecinerit post solis occasum. De hac autem talis est fabula. Nyctimene (codd. *Nyctimone*) postquam cum patre concubuit, et agnovit facinus esse: in silvis se abdidit: et lucem refugit: ubi deorum voluntate conversa est in avem: quae pro tanto facinore omnibus avibus est admirationi (Dorvill. *abominat.*). — 404. *Sublimis in aëre Nisus*; Nisus rex Megarensium, pater Scyllae [in avem mutatus,] de quo plenius in Bucolicis (6, 74.) diximus. — 405. [*Po nas dat*; adversante sibi patre. Scylla eiusdem Nisi filia, quae patri suo abscissam comam purpuream Minoi obtulit contra patrem pugnanti, et inde in avem conversa est: quas aves dicit nunc discordes nimis esse inter se. — 406. *Fugiens*; patrem scilicet. *Aethera*; aërem. — 407. *Atrox*; crudelis et immitis. *Stridore*; sonitu alarum.] — 410. *Tum liquidas corvi presso ter gutture voces, Aut quater ingeminant*; de corvis Plinius in naturali historia hoc dicit, eos esse obliviosos, et plerumque minime ad nidos suos reverti. Sed quadam ratione naturae haec ad suos congerunt nidos, quae vermes possint creare: ex quibus relicti eorum pulli aluntur interdum. Horum oblivionem probat etiam ex rebus, quas cum absconderint, derelinquunt: quod etiam

401) G. solis occasum. Probus ait, si in tectis vel arboribus altis canat, serenitatem significat, si in foraminibus vel ramusculis ...... (*tempestatem significat*) de hac etc.

403) In fine G.: Nyctimon Eputi filia a Cornubo hospite compressa iram patris metuens in silvam profugit, quae misericordia Minervae in noctuam mutata est.

404) Idem: Nisus, pater Scyllae. Duae Scyllae fuerunt, una Forci et Crétidae (*Crethaeidae*) Nymphae filia fuit, altera Nisi regis filia, contra quem quum devictis Atheniensibus pugnaret Minos propter filii Androgei interitum, quem Athenienses et Megarenses circumventum dolo necaverunt, amatus a Scylla, Nisi filia, quae ut hosti placeret comam patris purpuream abscissam ei abstulit (*obtulit*): quam Nisus ita habuerat consecratam, ut tamdiu regnaret, quamdiu illam habuisset intactam; postea illa a Minoë condemnatur (*contempta*), dolore in avem conversa est, et Nisus exstinctus, (*deorum*) miseratione in avis permutatus (*avis Piscaries mutatus*) est formam, quae aves inter se flagrant hodie magna discordia. *Apparet neq.;* quia haec avis Scylla significat tempestatem, ut noctua. sive illo sensu *apparet* intelligitur, avis significans tempestatem, quia pluat de coelo, et non adiungitur *nequicquam*.

mustelae dicuntur efficere [et mures.] — 411. [*Voces ingem.*; repetunt voces praeter consuetudinem, laeti ex ventura propinquitate serenitatis. — 413. *Iuvat*; delectat. — 415. *Haud equidem credo*; proponit sibi quaestionem acerrimam, et de intima philosophia: quam tamen tota[m] facilitate dissolvit. Nam quaerit, cur homines, quos constat esse prudentiores animalibus, per se non sentiant qualitatem aëris futuri, sed eam magis ex aliis animalibus colligant. Et hoc dicit, homines prudentiam habere naturalem, et suo iudicio posse vel laetos esse, vel tristes. Quae res in haec animalia cadere minime possunt, quae nihil suum habentia (codd. *habentes*, an *habent et?*), naturam aëris sequuntur: et pro eius qualitate aut laeta videntur aut tristia: nec praedicere aëris naturam videntur, sed eam vel prosperam vel adversam venientem sequuntur. Nos vero et laeti esse inter nubila possumus, et in serenitate solliciti. — 416. *Aut rerum fato prudentia maior*; i. e. non est illis divinitus concessum ingenium, nec prudentia, quae est maior rerum fato. Alibi (G. 2, 494.): *Metus omnes, et inexorabile fatum Subiecit pedibus strepitumque acherontis avari.* — 418. *Iuppiter*; aër: ut [Horatius] (Carm. 1, 1.): *Manet sub Iove frigido Venator.* — 422. *Avium concentus*; [com]mixtus cantus, i. e. symphonia. — 423. *Laetae pecudes*; aëris serenitate gaudentes. — 424. *Solem ad rapidum*; velocem. Et notandum, haec signa magis fida esse et subtiliora, quae ex luna vel sole colligimus. — 425. *Lunasque sequentes Ordine respicies*; non ordinem respicies, sed *Ordine*, i. e. rationabiliter solem sequentes. Luna enim solis circulum sequitur, licet ipsa inferior sit. Donatus dicit: *Lunas*, noctes accipiendas: sed male. Non enim signa quae dicturus est, ex nocte, sed ex luna colligimus. — 426. *Numquam te crastina fallet hora*; hyperbole est: ne hora quidem te decipiet. *Capiere*; pro decipiere. Nam Aphaeresis est, et plerumque scimus nos decipi serenitate. — 427. *Revertentes cum primum colligit ignes*; cum incipit renasci. — 428. *Obscuro cornu*; non clare lucenti. — 429. *Maximus agricolis pelagoque parabitur imber*; i. e. si non habuerit pura cornua, et intra eam nigrum aërem videris, erit ubique pluvia: sic[ut] supra (372.): *Omnia plenis Rura natant fossis, atque omnis navita ponto.* — 430. *Si virgineum suffu-*

415) G. colligant. Quare, cum in sexto (728.): Inde hominum pecudumque genus, vitaeque volantum, hic aliter dicit? Ideo, quia ibi Anchises apud inferos loquitur, hic vero Poëta vivus hoc dixit. maior prudentia Iovis, aut rerum fato maior prudentia i. e. divinitus illis concessum ingenium etc. (416.) —

418) Burm.: *Mutavere vias*; dicit, quia animalia et aves animos cum coeli et aëris qualitate commutant, ut quae serenitate gaudeant, tempestate turbentur. Haec om. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph. Dan. — Iidem omitt. quae hab. Burm. ad vv. 420. 21.: *Vertuntur spec. anim.*; Species animorum mutantur, aut laetitia in tristitiam, aut tristitia in laetitiam. 21. *Nunc*, i. e. in serenitate. *Dum* etc. dum essent imbres et pluviae.

425) In fine Burm. Ergo lunas poëtice dixit pluraliter, pro varietate eius luminis, et augmenti et temporum. Haec desunt in iisdem.

426) Burm. pro vv. *et plerumque – serenit.* hab.: Etiamsi sit serena nox et futura immineat tempestas, non tamen te poterit noctis serenitas decipere, quia possis praevidere futuros imbres ex Lunae qualitate revertentes. Omitt. Guelf. I. II. B. L. R. Vos. Steph. Dan.

derit ore ruborem; [si] forinsecus habuerit [ruborem.] Nam de interiori parte, *Infuderit* diceret. — 431. *Aurea;* i. e., pulchra, ut (10, 16.): *At non Venus aurea contra. Phoebe* autem venit ab eo quod est Phoebus. Et sciendum [quaedam] propria nomina femininum ex se tantum, non etiam neutrum facere: ut Phoebus, Phoebe: Iulius, Iulia: Tullius, Tullia. Non ut appellativum, doctus, docta, doctum. — 432. *Sin ortu quarto;* Aratus tertiam dicit animadvertendam [esse] lunam: hic quartam, non illud improbans, sed hoc magis probans. Nam ad hoc pertinet: *Namque is certissimus auctor.* — 435. *Exactum ad mensem;* usque ad mensis ultimam partem. Unde et exacti menses dicuntur, qui circa partum sunt. Ipse in seqq. (3, 139.): *Exactis gravidae cum mensibus errant.* — 437. *Glauco;* hic piscator fuit de Anthedone civitate: qui cum captos pisces super herbam posuisset in litore: et illi recepto spiritu maria rursus petissent, sensit qua[ru]ndam herbarum potentiam, quibus esis conversus est in numen marinum. Panopaea autem nympha est marina. *Inoo* [autem] patronymicum est a matre Ino (codd. *Inus, Inos*). Melicerta proprium numinis. Sane Ino et Melicerta [filius], postquam sunt in numina commutati, Graece Palaemon et Leucothoe (codd. *Leucothea, Leucotea*) sunt appellati: Latine Portunus, et Mater matuta. [His ergo numinibus dicit mox sacrificaturos nautas in litore his diebus quibus praedicta serenitas affuerit: eo quod sint in mari servati. — 438. *Sol quoque et exoriens, et cum se condet in undas;* dicitur enim occidens sol se in mare tingere. — 439. *Signa dabit;* pluviarum, vel serenitatis. *Certissima signa;* de quibus nemini sit necesse dubitare. — 440. *Et quae mane refert;* ortu diei. *Surgentibus astris;* superveniente nocte. — 441. *Maculis variaverit ortum;* non clara et pura luce resplendens in ortu suo.] — 442. *Conditus in nubem;* i. e., si orbis eius quasi concavus fuerit, quod ipse exprimit dicens: *Medioque refugerit orbe;* [i. e. non fuerit plenus in sui medio.] — 443. [*Urget,* imminet, et insistit. *Satis;* segetibus.

432) G. Aratus ait, si cornu aquilonium sit erectius, Aquilonem imminere, et per eum serenum fieri. Nigidius de Ventis IV. si summum corniculum maculas nigras habuerit, in primis partibus imbres ait fore; si in imo cornu, serenitatem. rubens luna ventum denuntiat. fit enim ventus ex aëris densitate; densitas aëris inducto splendore Lunae erubescit. — Ad v. 433. Burm. *Obtusis cornibus;* verba Arati sunt (785.): παχίων δὲ καὶ ἀμβλείῃσι κεραίαις. Omitt. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

437) G. Glaucus Antiodonis filius. Hic etc. Idem mox: sensit quandam herbam potentiam habere. Glaucus dolens amisisse praedam, i. e. pisces, praecipitavit se in mare, et deus maris est factus. Item Glaucus, Poliphei, vel Polimbae et Terrae filius, herba quadam gustata, immortalitatem adeptus est, quam piscibus marcescentibus imposuerat, et revixerunt. haec autem herba dicitur in fortunatis Insulis nasci. — Panopea, ut Hesiodus dicit, Nerei filia, coniux Glauci, et nympha marina. Melicertes vero Inoos filius et Athamantis, quem Palaemonem Corinthii in Isthmo colunt. nostri Portunum dicunt, quia portubus praesit. unam clavem tenens pingi solet. Item Melicertes patronymicum est a matre Melicerte. Sane Ino etc.

442) G. Soloecismus est, nam dicere debuerat, *conditus in nube;* sed non hic vitium, quoniam in et per praepositiones multa significat *de, pro.* exemplo: *pro turribus altis stant moesti,* hoc est, ante turres. Et hic *in;* non in nubem conditus, ut sit vitium, sed *in* pro *infra* significat i. e. infra nubem conditus.

Notus; ventus.] *Sinister*; noxius. — 445. [*Sub lucem*; oriente die. *Densa inter nubila*; operto sole nubibus. — 446. *Diversi erumpent radii*; abscondito sole, et operto diversi radii per nubem erumpent. — 447. *Tithoni croceum linquens aurora cubile*; Tithonus frater Laomedontis regis, adamatus est ab Aurora. Cumque optasset prolixiorem vitam, conversus est in cicadam.] — 448. *Male defendet*; i. e., non defendet. Nam decussis pampinis etiam uva vim grandinis patitur. — 449. [*Tam multa* etc.; dicit, quod, si oriente sole pallida aurora fuerit, sicut saepe videmus diluculo sub eius ortu pallidam lucem fieri, signum hoc fit tempestatis indubitanter. — 450. *Emenso Olympo*; percurso et perlustrato coelo, cum iam descendet ad occasum.] — 451. *Profuerit meminisse magis*; ideo *Magis*, quia a sole venientia vespertina signa, meliora sunt. — 453. *Caeruleus pluviam denunciat*; breviter collecta conclusio. — 455. [*Omnia tum pariter vento*; i. e., ubique et pluviae et venti erunt. *Fervere*; aestuare et impleri. Cuncta haec erunt in occasu consideranda.] *Me nocte*; gratiosiorem sensum fecit, interposita suae personae commemoratione. Nam hoc dicit, nulli se suadere illa nocte navigare. — 458. *At si, cum referetque diem, condetque relatum*; hoc ad futurae serenitatis pertinet signum: nam si de ipso die dicas, [de quo praemisit,] stultissimum est. — 460. *Claro Aquilone*; serenifico: quia est et nubilus, sicut fere omnes venti. Horatius (Carm. 1, 7, 15.): *Albus ut obscuro deterget* (L. *detergit*) *nubila coelo, Saepe Notus, neque parturit imbres perpetuos*. — 461. *Denique quid vesper serus vehat*; conclusio est quae hoc continet; Signa quae possumus ex stellis vel ex ventis colligere, melius ex Sole colligimus. *Quid cogitet humidus Auster*; i. e. in quam se partem inflectat, utrum ad serenitatem, an ad pluvias, ut diximus supra. — 463. *Falsum*; i. e. fallacem. Sallustius (Catil. 9.): *Ambitio multos mortales falsos fieri coëgit*. *Caecos tumultus*; coniurationes. [et] latentes insidias. — 466. *Ille etiam extincto miseratus Caesare Romam*; bonum epilogi repperit locum: ut in Augusti gratiam defleat Caesaris mortem. Constat autem occiso Caesare in senatu, pridie Iduum Martiarum Solis fuisse defectum, ab hora sexta usque ad noctem. Quod quia multis [pro]tractum horis est, dicit [in sequentibus]: Aeternam timuerunt secula noctem. *Ferrugine texit*; alibi (9, 582.): *Et ferrugine clarus Hibera*. Ferrugo autem est purpura nigrior, Hispana. — 468. *Impia secula*; quibus fuerat Caesar occisus. [*Aeternam timuerunt secula noctem*; propter diutinum, et prolixum Solis defectum. I. e., timuerunt, ne semper ille defectus maneret. — 469. *Tempore quamquam illo tellus*; ac si diceret, quamquam illo tempore non solum sol defecerit, sed etiam diversae res, et elementa quasi fleverint Caesaris mortem, et inaudita portenta fuerint: ut ex reliquorum comparatione, non minus mirum videatur solem defecisse.] *Aequora ponti*; non sine causa addidit *Ponti*, quia sunt et campi aequora. Ut (50.): *Ac prius ignotum ferro quam scindimus aequor*. — 470. *Im-*

461) G. Vesper, stella Martis. Conclusio etc. Mox: Item, Vesperum pro nocte posuit; tropus Synecdoche, a parte totum.

rtunaeque volucres; in alienum tempus ruentes: ut stryges, t bubones nocte gaudentes per diem possent videri. — 472. *dimus undantem ruptis fornacibus Aetnam*; malum enim ıen est, quando [Aetna, mons Siciliae,] non fumum sed flamırum egerit globos. Et ut dicit Livius, *Tanta flamma ante ırtem Caesaris ex Aetna monte defluxit, ut non tantum vicie urbes, sed etiam Rhegi[n]a civitas*, [quae multo spatio ab distat] *afflaretur. Undantem* autem, undae modo flammas vomentem. — 473. *Liquefacta saxa*; igne soluta. *Sonitum o Germania coelo Audiit*; bene *Germania*, quam vicerat ıesar, ut, eo occiso, in rebellionem videretur exurgere. — 5. *Insolitis tremuerunt motibus Alpes*; aut novis, i. e. nun:am antea in Alpibus factis, aut magnis et maioribus solito. — 8. *Sub obscurum noctis*; circa noctis obscurum. *Pecudesque :utae Infandum*; aut infanda verba protulerunt, aut hoc ipsum andum fuit, quod sunt contra naturam locutae. — 480. *Illamat templis ebur*; scilicet simulacrorum. *Aeraque sudant*; na sunt laboris futuri. — 481. *Insano*; magno. Ut (2, 776.): *id tantum insano iuvat indulgere labori* (B. *dolori*)? Et ndum flumina, cum supra modum crescunt, non tantum ad esens inferre damna, sed etiam alia futura significare. — . *Fluviorum rex Eridanus*; Padum dicit. *Fluviorum* autem (est), per Italiam. Aut certe per totum orbem, secundum d dicit Lucanus, qui ait cum de isto flumine loqueretur, *ı minor hic Nilo, si non per plana iacentis Aegypti Liby- Nilus stagnaret harenas. Non minor hic Istro, nisi quod ı permeat orbem Ister, casuros in quaelibet aequora fontes ipit, et Scythicas exit non solus in undas.* [Dicit ergo tanı tunc Excrevisse Eridanum, ut etiam silvas moveret, et ruearbores. — 483. *Cum stabulis* etc.; et ipsa stabula subversa ım trahit et armenta simul. — 484. *Tristibus extis*; visceripecorum tristia portendentibus. *Fibrae minaces*; fibras dicit as aliquas, quae si forte apparerent in visceribus, malum en erat, quae nunc apparuere. — 485. *Aut puteis manare or*; nec cessaverunt eodem tempore aut fibrae minaces apere, aut puteis manare cruor. *Altae urbes*; magnae.] — . *Non alias coelo ceciderunt plura sereno*; omen est in eo, a et coelo sereno missa sunt fulgura, et [quod] plura sunt ısa. — 488. *Diri cometae*; criniti, [et] pessimi: quia sunt et

70) G. Obscaeni, qui canunt obscaenum, quod obsit augurio, *Importunae*, quae ad domum accidunt, et significant malum in alienum etc.

82) G. Ubi sit Eridanus multi errant; ipsum esse Rhodanum putant propter multitudinem. Thesias (Ctesias) hunc in Media esse, Chaerilus in Germania, in quo flumine Edion exstinctus est. Ion in Achaia; sed Virgilium credibile est Padum significare, cuius exundantia semper prodigiosa est existimata, quem *Fluviorum Regem* dixit, sive quod multa in se flumina currentia ex Alpibus recipit, sive quia ipsius simulacrum in coelum sit receptum inter astra. — In versu Lucani (2, 416.) Guelf. I. B. L. R. V. Vos. pro *si non* hab. *nisi quod*. Guelf. II. *non minor hic nisi Nilo quod*. Dein Guelf. I. *iacentes*. Dein Dan. *solum*.

84) G. Fibrae minaces videbantur currere in fluvios pro signo effusionis sanguinis.

87) Codd. plurimi: *crinitae, pessimae* — *bonae, factae*.

boni, ut docuimus in Aeneide (10, 272.), facti ex Iove, vel Venere, quam rem plenissime Avienus exequitur. — 489. *Paribus concurrere telis*; [quia in civili bello Romani contra Romanos eisdem et similibus telis armisque pugnaverunt.] Lucanus (1, 7.): *Pares aquilas, et pila minantia pilis.* — 490. *Iterum videre Philippi*; civitas [est] Thessaliae: in qua primo Caesar et Pompeius, postea Augustus et Brutus cum Cassio dimicaverunt. — 491. *Nec fuit indignum superis*; quasi exclamatio est ad deos. — 492. *Emathiam*; Thessaliam, dictam ab Emathio rege. Aemus autem mons est Thessaliae. *Pinguescere* vero aut foecundos fieri ex humano cruore. Aut *Pinguescere* dixit poëtice: quasi humana corpora terra devorans pinguis effici potuerit, sicut ex carnium commixtione frequenter humana caro pinguescit.] — 494. *Incurvo*; una pars orationis est. *Scabra rubigine*; aspera. Unde et scabies dicitur a corporis asperitate. — 496. *Galeas inanes*; concavas: ut (A. 5, 673.): *Galeam ante pedes proiecit inanem.* *Grandia ossa*; aut multa, aut ingentia: quasi (al. *qualia*) antiquorum heroum. — 498. *Dii Patrii Indigetes, et Romule, Vestaque mater*; patrii dii sunt qui praesunt singulis civitatibus: ut Minerva Athenis, Iuno Carthagini. *Indigetes* [autem,] proprie sunt dii ex hominibus facti, quasi in diis agentes. Abusive [autem] omnes [dii] generaliter possunt dici (Guelf. I. *dicimus*) [Indigetes,] quasi nullius rei egentes. [Romulum autem ideo invocat, quia ipse iam inter deos colebatur. Et recte eum ad Augusti salutem invocat, quasi ex eo descendentis, et qui illius sit urbis imperator, quam Romulus condiderat.] *Vestaque mater quae Thuscum Tiberim, et Romana palatia servas*; poëtice. Nam verum nomen eius numinis, quod urbi Romae praeesset, sciri, sacrorum lege prohibetur. Quod ausus quidam tribunus plebis enuntiare, in crucem levatus est. — 502. *Laomedonteae luimus periuria Troiae*; excusat Augusti tempora, et

490) G. In Macedonia Romani victi sunt a Philippo rege, ubi Caesar et Antonius adversus Brutum et Cassium dimicaverunt. Aemathia autem pars Macedoniae, dicta ab Aemathone, Iovis et Electrae filio. Bis autem inundatos Romano sanguine Aemathiae campos dixit, quia Caesar et Pompeius ad se bellarunt, Brutus et Cassius contra Caesarem Augustum, et Antonius contra Brutum et Cassium: semel Pompeius et Caesar, iterum Brutus et Cassius contra Augustum hiemi in Macedonia.

498) Idem: egentes. Alii *indigetes* proprie interpretantur, quorum proprium nomen ut indigetes, ut Dii Penates, item Lares, qui Dii contra sonantes, quorum singula nomina nesciuntur. — Idem in fine: Item haec (ex) quaestionibus Virgilianis est, cur dicit a Vesta Palatium et Tiberim servata, cum urbs Roma, sicut multis videtur, in tutela sit Martis. seu idcirco dicitur subtractum esse proprium nomen a Virgilio, ne scirent hostes, cui deo contra Romanos vota susciperent: quanquam erudite Virgilius nimium praesidem Tiberis Vestam dixit: hanc physici putant Terram. —

Ad v. 500. Burm. add.: *Hunc saltem* etc. Orat, ut possit sedare tanta proelia et bella civilia: et malis finem imponere, et pene iam ruenti mundo subvenire. *Saltem*; ut Augustum dii conservent: cuius temporibus pax universo orbe erat. Haec omitt. Guelf. I. II. L. R. Vos. Steph. Dan. — G. *Iuvenem*; bene iuvenem, ut ostendat clarum, qui hac aetate tamen (tantum) possit, ut occurrat seclo. — Ad v. 501. Burm.: *Ne prohibete*, i. e. ne prohibeatis. *Iam pridem*; olim. *nostro*; Romanorum. Omitt. iidem libb.

502) G. Tam longe bellorum causas, semel adversus Herculem gesta, semel adver-

ım dicit suis viribus [non] compensare tanta damna reipublicae ıae ex maiorum vitiis descendisse confirmat Horatius (Carm. 1, 3, 30.): *Neglegis immeritis nocituram postmodo natis, Te audem committere.* — 504. *Atque hominum queritur;* cum ıelestes possis mereri. — 505. *Ubi fas versum, atque nefas;* ıud homines scilicet, qui spernunt licita, appetentes illicita. — 17. *Squalent abductis arva colonis*; ad bella scilicet. Ut (A. 8,): *Et latos vastant cultoribus agros.* — 509. *Hinc movet Euırates illinc Germania bellum;* undique bellum movetur. *uphrates* namque orientis est fluvius: Germania [autem] Occientis provincia. — 510. *Vicinae ruptis inter se legibus urbes rma ferunt;* et externa et civilia bella desaeviunt. — 512. *Ut ım carceribus*; hoc vult dicere, Res publica quidem habet ɔtimum imperatorem: sed tanta sunt vitia temporum praeterirum, quae in dies singulos aucta sunt, quemadmodum in prossu equorum cursus augetur, ut ea, licet optimus rector, reıenare non possit: sicut et auriga a ferventi cursu equos non test plerumque revocare. — 513. *Addunt in spatia;* i. e. curndo plus eorum cursus augetur. — 514. *Neque audit currus ıbenas*; currus, i. e. equi. Sane sciendum translationem hanc se, non comparationem: quae si ponatur in fine, vitiosum est.

ıus Apollinem et Neptunum docet, ut Callimachus propter pollicitam Hesionem, Apollini et Neptuno propter muros constructos. — In v. Horat. Guelf. I. II. B. L. *nec legis* (Guelf. I. *legem*). Dein Guelf. II. B. L. R. *postmodo te natis fr.* (B. *fraude*) *comm.* Guelf. I. *postmodo tenaci fraude comm.* — Ad v. 508. Burm.: Rigidum etc. Ita orbem bella turbant, ut hi, qui prius agriculturae insistebant, cogantur, deficientibus iam armis, instrumenta colendorum agrorum, et metendarum segetum in arma convertere. Omitt. Guelf. I. II. L. V. Steph. Dan.

MAURI SERVII HONORATI

GRAMMATICI

IN VIRGILII GEORGICON

LIBR. II.

1. *Hactenus etc.*; mire iteravit illum versum: *Quid faciat laetas segetes, quo sidere terram.* In hoc autem libro exsequitur culturam agri consiti, qui omnium arborum continet genera. Et sciendum est Virgilium vites quoque arbores dicere. Ut (277.): *Nec secius omnis in unguem arboribus positis secto via limite quadret.* Et *Hactenus*, ut multi volunt, una pars orationis est, et est adverbium significans hucusque. Alii duas partes volunt, pronomen et adverbium: ut sit tenus hac: sicut, Et Crurum tenus a mento palearia pendent. Sed melius est unam partem accipere orationis *Hactenus: Sidera coeli*; pleonasmos est; nec enim alibi, nisi in coelo sunt sidera. — 2. *Bacche*; inventorem pro vitibus posuit, de quibus κατ' ἐξοχὴν in hoc libro loquitur, nam vites praecipuae sunt, licet et aliarum arborum faciat commemorationem. *Nec non silvestria tecum Virgulta*; i. e. infoecundas arbores, quibus praecipue in Italia vites cohaerent. — 3. *Tarde crescentis olivae*; res enim diu duratura tardius crescit. — 4. *Huc pater o Lenaee*; pater, licet generale sit omnium deorum, tamen proprie Libero semper cohaeret: nam Liber pater vocatur. *Lenaeus* autem ἀπὸ τοῦ (codd. *TEC.* τῆς) ληνοῦ dicitur i. e. a lacu. Nam quod Donatus dicit ab eo, quod mentem deleniat, non procedit: nec enim potest Graecum nomen

1) Post *quadret* G. Quidam quaestionem opponunt, quare, cum de vitibus primum debuit dicere, ab arboribus coepit, quia in Italis in arboribus pendent vineae, et non possunt esse vites, nisi prius arbores fuerint. —

Latinam etymologiam recipere. [*Tuis hic omnia plena Muneribus*; tuis muneribus hic sunt omnia plena: et ea ubique requiruntur. — 5. *Pampineo auctumno*; cuius tempore vites foliis et fructibus plenae sunt: et sub quo maturae fiunt. Et] *Pampineo* pro pampinoso [dixit,] ut (A. 1, 191.): *Nemus frondeum* pro *frondosum*. *Tibi floret ager*; in honorem tuum exultat et laetus est. Nam auctumnali tempore re vera florere non potest ager. — 6. *Vindemia*; cum vindemiam numero singulari dicimus, unius anni significamus: cum plurali, multorum: ut messem et messes: hiemem et hiemes. Haec enim semel tantum annis quibusque contingunt. Multi tamen volunt *Vindemiam* esse totius orbis generaliter, *Vindemias* singularum partium: ut plus significet singularis numerus quam pluralis. Sicut plus est cum dicimus, *per terram pluit*, quam *per terras pluit*. Tunc enim omne elementum [per singularem numerum,] non terras aliquas significamus. — 7. *Musto*; *mustum* numero tantum singulari dicimus, sicut [et] vinum: licet Ovidius (Amor. 1, 16, 11.) abusive dixerit *Musta*. Sed hoc ille plus fecit, quod et *Mustis* dixit: cum, ut diximus (G. 1, 210.), de his nominibus tres casus tantum usurpari consueverint. — 9. *Principia arboribus*; creandarum arborum naturaliter tria sunt genera. Aut enim sua sponte nascuntur: aut ex seminibus fortuito iacentibus surgunt: aut ex radicibus pullulant. Nam cetera usus invenit favente natura. — 11. *Sponte sua*; *sponte* modo nomen est: quia iunctum est ei genus, quo caret semper adverbium. *Veniunt* (autem) crescunt: ut [alibi] (G. 1, 54.): *Illic veniunt felicius uvae*. *Camposque et flumina late Curva tenent*; per transitum ostendit in quibus locis arbores sponte nascantur, scilicet in humidis. Nam terra mater est rerum omnium, et seminum cunctorum creatrix. — 12. *Ut molle siler*; arboris genus est [*Siler*]. Et notandum genus neutrum de arbore: quod est admodum rarum. — 13. *Glauca canentia fonde salicta*; locum salicum pro ipsis arboribus posuit. Bene autem ait et *Glauca* et *Canentia*: nam salix ab una parte alba est, ab altera viridis. Sane Caeephaton est, *Glauca canentia*. — 14. *Posito* etc.; quacunque ratione proiecto, vel ab avibus, vel ab hominibus: ne incipiat esse industriae. [Dicit quippe plerasque arbores ex semine nasci non studio hominum iacto, sed quocunque modo et eventu: *Pars surgunt*; pro surgit.] — 15. *Nemorumque Iovi, quae maxima frondet Aesculus*; ordo est, Nemorumque maxima aesculus, quae Iovi frondet, i. e., quae crescit in Dodonaeo nemore, quod erat Iovi consecratum. — 16. *Atque habitae Graiis oracula quercus*; nam in Dodonaeo nemore arbores dantes responsa fuisse dicuntur. *Habitae* autem *Graiis*: vel quasi non credens dixit, vel

Ad v. 8. Burm: *Tingue* etc. Pulchre invocat Liberum patrem adesse sibi canenti de ratione vinearum, et venire in auxilium: et poëtice dicit: hoc Liberum Patrem secum agere, quod ipse ab agricolis debere fieri carmine demonstraturus est, cum dicit: Tingue mecum. *Direptis cothurnis*, i. e. ablatis (Burm. coni. *altis*, ut ad *coth.* pertineat) quod est genus calceamenti poëtici: nam hoc vindemiae tempore fieri debere, ipse demonstraturus est. Haec omitt. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

16) G. dicuntur. Columbae enim semper super quercum fata cecinerunt.

quasi Italus, qui loca illa nesciret. Vel re vera quondam *Habitae*, quia illo iam tempore silebant. — 17. *Pullulat ab radice*; mira in singulis proprietas. Nam ait: sponte sua veniunt, surgunt de semine, pullulant ab radicibus. — 18. *Ut cerasis, ulmisque*; *haec cerasus his cerasis* facit. Sane *Cerasus* civitas est Ponti, quam cum delesset Lucullus, genus hoc pomi inde advexit, et a civitate *Cerasum* (codd. ter *cerasium*) appellavit. Nam arbor *cerasus*: pomum *cerasum* dicitur. Hoc autem etiam ante Lucullum erat in Italia, sed durum: et *cornum* appellabatur; quod postea mixto nomine, *cornocerasum* dictum est. *Parnasia laurus*; a Parnaso monte Apollini consecrato. — 20. *Hos natura modos primum dedit*; bene primum. Nam ut etiam supra diximus, favor naturae fuit etiam ad alios inveniendos usus. Contra naturam enim nihil hominum inventum valeret. — 22. *Via sibi repperit usus*; ratione. Ut (A. 4, 478.): *Inveni, germana, viam.* — 23. *Hic plantas tenero*; inter plantas et plantaria, hoc interest, quod (codd. *nam*) plantae sunt raptae de arboribus, Plantaria vero, quae ex seminibus nata cum radicibus et terra propria transferuntur: ut, Et viva sua plantaria terra. — 24. *Sulcis*; fossis, ut (289.): *Ausim vel tenui vitem committere sulco. Hic stirpes obruit arvo*; altius deponit validiores cum radicibus plantas. — 25. *Quadrifidasque sudes*; ita robustas ut possint in quattuor partes dividi. *Et acuto robore*; pro acuti roboris accipimus. Et est bis idem dictum. Nam et valli, et sudes idem sunt. — 26. *Silvarumque aliae pressos propaginis arcus expectant*; propago praecipue vitibus congruit. Unde apparet, *Silvas* eum etiam de vitibus dicere. — 27. *Et viva sua plantaria terra*; et aliae silvarum expectant plantaria cum sua terra viva, i. e. naturali. Ut (A. 1, 167.): *Vivoque sedilia saxo*, [i. e. naturali.] Inde est (infr. 268.): *Mutata ignorent subito ne semina matrem.* — 30. *Quin et caudicibus sectis*; [caudicibus posuit] pro codicibus: sicut *caulem*, pro *cole*: *sauricem*, pro *sorice* dicimus. Fit autem hoc de oliva et myrto: quarum sicci stipites secantur usque ad medullam, et terrae infossi ex se arbores creant; quod sine dubio est mirandum. — 31. *Truditur*; urgente natura procreatur. *E sicco ligno*; ex arido. *Radix oleagina*; derivativum ab olea. — 32. *Impune videmus*; sine damno sui. Et loquitur de insitione. Sane *insitas* arbores dici-

17) Idem: *Radice*; eleganter per numeros adfectat varietas (*varietates* s. *affectata varietas*), ne enumeratione simili offenderet auditorem. —

Ad v. 19. Burm. *Parva sub ingenti*; i. e. radice maioris minor crescit et surgit, sicut videtur in lauris. Omitt. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

22) Post *viam* Burm. add.: *Repperit*; adinvenit: et dicit illa, quae prius dixerat, ex ipsa natura omnem originem ducere; haec autem, quae sequuntur, usu et studio adinventa sunt, non obsistente tamen in his etiam natura. Omitt. iidem.

23) G. interest, quod *plantae* sunt, quae de suis arboribus nascuntur, plant. vero, quae de suis sem. nata etc.

26) In fine Burm. add.: *Arcus* autem bene ait: nam ita reflectuntur propagines vitium, cum in terra ponuntur, ut in medio sui in terra iaceant, et utrimque capita terra excedant. Omitt. iidem, quos ad v. 19. nominavi.

31) G. Derivatum ab olea, ut *terrigena* a terra et generando.

mus: *insertas* vero causas aut fabulas. — 34. *Lapidosa corna;* dura. Alibi (A. 3, 649.): *Lapidosaque corna Dant rami.* — 35. *Proprios generatim;* i. e., per singula genera. *Generaliter* autem est simul omnia. *Γενικῶς καὶ κατὰ γένος.* — 37. *Segnes terrae;* pigrae, infoecundae. Et docet posse industria etiam loca asperrima ad fertilitatem perduci. *Ismara;* mons est Thraciae. — 38. [*Olea magnum vestire Taburnum;* per hos montes significat etiam montuosa et aspera loca tentanda esse.] *Taburnus* [autem] mons Campaniae. *Vestire* vero, implere significat. — 39. *Tuque ades Maecenas;* adesto, et incoeptum favorem omnibus libris impendito. Nam ubique eum invocat. — 40. *O decus, o famae merito pars maxima nostrae;* Horatius, *O et praesidium et dulce decus meum.* — 41. *Pelagoque volans da vela patenti;* simplici generi carminis praesta favorem: ut *Vela* favorem accipiamus. *Patens pelagus;* carminis facilitatem. Hoc autem carmen facile esse ipse significat dicens, et *In manibus terrae:* hoc est in facili et in promptu res posita est: — 42. Et *Non ego cuncta meis amplecti versibus opto;* i. e., Non sum universa dicturus: nec enim possum. Quare et suam verecunde extenuat possibilitatem, et Maecenatis auribus ex sui carminis brevitate blanditur. Alii aliter accipiunt. Constat Maecenatem fuisse literarum peritum, et plura composuisse carmina. Nam etiam Augusti Caesaris gesta descripsit, quod testatur Horatius dicens (Carm. 2, 12, 9.): *Tuque pedestribus Dicis historiis praelia Caesaris Maecenas melius, ductaque per vias Regum colla minacium.* Ut hoc nunc dicat, *Inceptumque una decurre laborem.* I. e., adesto, et simul scribamus. Licet enim, quae tu scribis, esse constet ingentia: meum autem carmen et breve sit, et totum id explicare non possim, debes tamen favere minoribus: ut, *Pelagoque volans da vela patenti*, sit ingentia scribe. — 44. *Et primi lege litoris oram;* fave minora scribenti. *Non ego cuncta meis;* Lucretii versus. Sed ille aenea vox ait, non ferrea. *Primi lege litoris oram; lege* nauticus sermo est, qui nunc et ad navigandum (codd. *navigium*), et ad lectionem potest referri. Nam hoc dicit, faveto principio, vel humilitati carminis mei. — 45. *In manibus terrae;* i. e. in facili [et] in promptu est terrarum descriptio. Quod Graeci *πρόχειρον* dicunt. *Non hic te carmine ficto, Atque per ambages, et longa*

34) G. Dura sunt a qualitatibus baccarum. *Corna* genus arboris, de qua hastilia fiunt et non *cornus* (*quae*) habet fructum. —

Ad v. 36. Burm. add.: *Feros*, qui non sunt apti humanis usibus: sive *feros*, sylvestres et incultos. *Mollite*, aptos facite. *Colendo*, vel cultu. Omitt. Guelf. I. II. B. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

37) Guelf. I. II. B. R. Vos. *perducere.* Fort. legend. *industriam.*

38) G. Campaniae, vel Sabinorum, vel Apuliae.

41) Idem: facilitatem. Ac si aperte dicat, mihi auxilium da in hoc labore, quia Poëta es tu, sive placeant, quomodo curae fuerint tibi quaecumque pono. —

Ad v. 43. idem: *Linguae centum*, Homericus sensus Graeci poëtae.

44) In fine G. Transit festinationem, ut vada dura lego (A 3, 706.).

45) G. dicunt. ut in manibus terram habeam non proelia; deinde: Ambages, circuitus ab ambiendo dicti.

exorsa tenebo; i. e. simpliciter universa describam: nec ut in Aeneide, aliquibus figmentis, aut ullis utar ambagibus. — 46. *Longa* autem *exorsa*, dicit prooemia longe repetita: quae constat esse vitiosa. — 47. *Sponte sua* etc., ad illud quod omiserat redit, et exsequitur qualitatem trium generum, quae supra memoraverat: arborum scilicet sponte natarum, procreatarum ex semine, et earum quae de radicibus pullulant. — 48. *Infoecunda quidem;* fructu carentia. Et per transitum rem physicam tetigit. Nam semen salicis esum, dicitur infoecunditatem mulieribus gignere. Et supra (13.) ait, *Et Glauca canentia fronde salicta. Laeta et fortia;* quasi hoc in ipsis [arboribus] genus est foecunditatis. — 49. *Quippe solo natura subest;* quia ut supra diximus, naturaliter rerum omnium mater est terra, et universa intra se continet semina. Hinc est, Quippe solo natura subest. Nam natura dicta est ab eo quod nasci aliquid faciat. Mire autem ait *Subest;* i. e, inest latenter: nam non apparet. Unde Epicurei dicunt nihil esse, quod non habeat originem sui. Nam hoc est, *Gigni de nihilo nihilum, in nihilum nil posse reverti.* — 50. *Scrobibus mandet mutata subactis;* nos *scrobes* genere dicimus masculino, licet Lucanus (8, 756.) dixerit contra artem: *Exigua posuit scorbe.* — 51. *Exuerint silvestrem animum;* naturalem asperitatem et infoecunditatem. — 52. *Artes;* foecunditates ex arte venientes. — 54. *Hoc faciet;* i. e., erit foecunda, si fuerit inde translata (in alium locum). — 56. *Ferentem;* quae ferre potest: si ei umbra non noceat. — 59. *Pomaque degenerant;* modo *degenerant*, vertuntur in peius. Alias in melius. Poma autem arborum ex semine procreatarum dicit: quas constat, nisi translatae aut insitae fuerint, non respondere qualitati seminis sui. *Fert uva racemos;* uvam pro vite posuit, i. e. fructum pro arbore. Sane racemus est botryonis pars, et botryo Graecum est, et sic hic uvam pro vite posuit. Sicut Horatius pro vino: nam sic ait (Carm. 1, 20, 9.): *Caecubum et praelo domitam Caleno, Tu bibes uvam.* — 62. *Cogendae in sulcum;* in ordinem componendae: aut certe arandae. *Multa*

46) G. Exorsa, prooemia longe petita, vel locutiones. hoc dicit, ipsam rem tibi indicabo.

49) In fine Burm. add. *Haec quoque;* scil. infoecunda sed fortia. Omitt. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

50) Burm. *inserat;* si quis eis fructiferarum arborum surculos inserat. Et in fine: Duas autem hic res dicit, videlicet, ut aut inserantur infoecundae arbores foecundis et fructiferis, aut certe mutentur de suis locis, et fossis immittantur; utrumque enim eis infoecunditatem aufert. Omitt. iidem.

54) In fine Fabr. et al. add.: *Digesta* posita et plantata, i. e. si liberum spatium habeat. Ad v. 55. iidem: *Frondes*, hoc est, frondes et rami arborum, ex quibus oriantur, nocent his, et suis umbris foecunditatem avertunt, et prohibent. —

Ad v. 57 et 58. Burm.: *Quae semin.*, i. e. quae ex semine quocumque modo iacto orta est. *Iam* particula hic pro praeterea ponitur et tempus quidem significat, ut (A. 5, 638.): Iam tempus agi res. *Nepotibus*, arbusculis, quae ex ea oriuntur. *Umbram*, sui magnitudine et opacitate. Haec omitt. iidem, quos ad v. 49. nominavi.

59) G. *Turpes racemos* labruscas dicit. In versu Horatii L. V. *Ex praelo;* L. R. Vos. *Calano.* Guelf. II. *dominante Caeleno.* L. R. V. Vos. *bibis.*

mercede; multo labore. A sequenti, quod praecedit intellige. — 63. *Sed truncis oleae melius;* quia supra ait: Truditur e sicco radix oleagina ligno; [Et] iam redit ad eos modos quos invenit industria. Dicendo autem *Melius*, ostendit, etiam, alias arbores ex truncis posse procreari. Sane *olea* est arbor ipsa: unde derivatio est *oleum*. *Oliva* vero fructus ipse unde *olivum* dicitur. Legimus tamen *olivam* et de arbore. Ut (E. 8, 16.): *Incumbens tereti Damon sic coepit olivae.* — 64. *Solido Paphiae de robore myrtus;* sicut et olea. *Paphiae* autem Veneriae, a Papho insula, in qua Venus colitur. Huic autem myrtus consecrata est, vel quod haec arbor gaudet litoribus, et Venus de mari dicitur procreata: vel quod, ut medicorum indicant libri, haec arbor apta est mulierum necessitatibus plurimis. — 65. *Plantis et durae coryli nascuntur; duras* dixit, non ad lignum, sed ad fructum (codd. *fetum*) ipsarum referens. Alii *Edurae* legunt, quasi *non durae*. Ut paulo post: Enodes trunci: i. e. sine nodis. Ut *E* modo minuentis non augentis habeat significationem. Sane *coryli* proprie dicuntur. Nam *avellanae* ab Avellano (codd. *Avellino*, s. *Vellino*) Campaniae oppido, ubi abundant, nominatae sunt. — 66. *Herculeaeque arbos umbrosa coronae;* ipse alibi (A. 8, 276.): *Herculea bicolor cum populus umbra.* — 67. *Chaoniique patris;* Iovis Epirotici. *Ardua palma;* aut alta, aut ad quam difficile pervenitur. — 68. *Casus abies visura marinos;* est enim abietis species apta navibus, quam Sappinum (Burm. *Sapin.*) vulgo vocant. — 69. *Foetu nucis arbutus horrida;* versus dactylicus. Nam male quidam *horrens* legunt. *Horrida* autem hispida. Et iam transit ad insitionem, quae duplex est. Nam aut *insitio* dicitur, cum, fisso trunco, surculus foecundae arboris sterili inseritur: aut *oculorum impositio*, cum, inciso cortice, libro colligatur alieno, et arboris germen inserimus. — 70. *Et steriles plantani malos;* dicit quid in quam arborem debeamus inserere. In arbuto nucem, in platano malum, in fago castaneam, in orno pyrum. Sed castaneae fagos eget expositione: non enim in castanea fertili infoecunda fagus inseritur. Unde aut hypallage est, ut Castaneae fagos, sit pro fagi castaneas [gessere.] Aut est mutanda distinctio, ut sit: Et steriles platani malos gessere valentes Castaneae. Hoc est infoecundae arbores platani fortes ramos castaneae portaverunt. *Fagos ornusque incanuit albo flore pyri;* secundum quam distinctionem fagos, licet brevis sit *Gos*, finalitatis tamen ratione producitur. *Fagos* enim incipit Graecus esse nominativus [casus] singularis, non pluralis, noster Accusativus. Alii neutrum probant: et ita accipiunt, Castaneae flore fagos

66) G. Populum significat arborem, quia de populo fuit corona, quam portavit Hercules circa suum caput in infernum. Ipse alibi: *Herculea bicolor.* Arnepolis civitas a Babyloniis Herculem pro tempore colere dicitur. Idcirco hanc arborem ei dedicatam populum dicunt. Huius folia noctis et lucis imaginem declarant, nec alia causa clavam ei adsignant, quanquam (quam quod) sit inaequalibus vulneribus, per quam dierum inaequalitas intelligitur.

68) G. Duo genera abietis sunt, aliud pro fabricis datur, ad faciendas naves, *sapinum* vulgo dicunt, vel *pinum* vulgo vocant.

69) G. in fine: germen imponimus. Est etiam arbor, cuius pomum unedon dicitur quod si [in] unum edatur, tam iucundum est, ut et aliud exposcas.

incanuit: Pyri flore ornus incanuit: ut similiter fagos nominativus sit Graecus. — 73. *Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex;* aut, non est simplex et fortuita ratio, sed ea quae ingenti labore colligitur. Aut hoc dicit, Non est idem *inserere*, quod et *oculos imponere:* quarum rerum discretionem hoc loco commemorat, sicut nos diximus supra. — 74. *Trudunt;* propellunt, eiiciunt. *Tunicas;* i. e. interiores arborum libros (dicit fieri debere). — 76. *Huc includunt;* quia ait aliena ex arbore: et est mutatio. Ideo non ait *hic includunt*, [sed *Huc*.] Sic (et) Cicero (Verr. V. 45.): *Includuntur in carcerem condemnati.* Utique qui illuc fuerant aliunde deducti. — 77. *Inolescere;* concrescere, *συμφύειν*. — 82. *Mirata estque novas frondes, et non sua poma;* ingens phantasia. Et sane *Mirata estque* legendum est, ut stet versus. — 83. *Praeterea genus haud unum;* docet nunc etiam in singulis arborum speciebus esse aliquam varietatem. — 84. *Lotoque;* Lotos Nympha quaedam fuit, quam cum amatam Priapus persequeretur, illa deorum miseratione in arborem [con]versa est, quae vulgo faba syriaca (G. *serica*) dicitur. — 85. *Unam in faciem;* in eandem similitudinem. — 86. *Orchites;* [genus olivae] a Graeca etymologia, sed obscoena, i. e. a testiculis [qui ὄρχεις dicuntur.] *Radii;* olivae, [ita] a longinquitate nominatae. *Amara pausia baccha;* oliva a paviendo dicta, i. e. tundendo. Aliter enim ex se oleum non facit. *Amara* autem *Bacca* viridi, ut [alibi] (E. 6, 68.): *Floribus atque apio crines ornatus amaro.* [I. e. viridi.] Nam de pausia viride oleum fit. Unde contra dulce dicitur non viride. — 87. *Pomaque;* subaudis a superioribus non unam nascun-

Ad v. 72. Burm. *Glandemque* etc., i. e. ulmi insertis sibi surculis quercuum glandes tulerunt. Omitt. Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

73) In fine G. *Inserere* dixit pro *inserendo*. *Oculi* sunt nodi arborum, e quibus frondes exeunt, vel gemmae.

74) Idem: libros. Graece cortices arborum *κίτανας* (*χιτῶνας*) dicunt. *librum* dicunt inferiorem corticem. *plantae* a pangendo, quasi *pangae* dicuntur.

76) Burm. add.: *Libro;* Liber dicitur pars corticis interior. Omitt. iidem, qui ad v. 72. nominati sunt; item, quae habet Burman. ad vv. 78–82.: *Enodes*, sine nodis; *resecantur*, abscinduntur; *alte*, profunde. *In solidum*, ut solida sit ipsa fissio, et non habeat rimas, aut aliquas fissuras; *feraces*, fertiles et fructiferae. *Plantae*, scil. immittuntur surculi. Nam abutitur plantis pro surculis arborum fertilium; *nec longum tempus*, nec multa mora. *Exiit* etc., nam hoc genere insitae arbores citissime crescunt; *felicibus*, fructiferis et fertilibus.

77) Guelf. I. *Inolescere*, inhaerere, increscere, *συμφ*.

82) Guelf. I. II. B. L. V. *miratusque* pro *mirata estque*. Fort. *mirata 'stque* dare voluerunt.

84) G. in fine: *Idaeis*, ab Ida monte Cretae. *Cyparissi* sunt arbores, quae nascuntur in Creta.

86) Idem: *Orcades* (B. etiam et Guelf. I. *Orcades*, V. et Guelf. II. *Orchades*) insulae iuxta Graecam etymologiam, sed obscenam, dictae in modum testiculorum: nam Graece *OPKONIC*, i. e. testiculi dicuntur. -- Idem mox: *Pausia* genus olivarum viride: ideo amaris adscripsit baccis. item *radii*, qui sunt longiores olivae. *Pausiae* autem a pendendo dictae, i. e. undendo, vel patiendo, (tundendo vel paviendo) quia plus humoris habet bacca. vel *bacca* nomen aromatis est agrestis.

tur in faciem. *Alcinoi silvae;* i. e. pomiferae arbores. Nam Alcinous, rex Phaeacum fuit diligens cultor hortorum. Unde per eius silvas, arbores pomiferas intelligimus: de quo Homerus ait, quod haberet *καὶ ὄγχνη ἐπ' ὄγχνη γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ, αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.* — 88. *Crustumiis;* Crustumia sunt pyra ex parte rubentia ab oppido Crustumio nominata. *Syriisque* (Guelf. I. *pro syriatices.*) *pyris, gravibusque volemis;* i. e. magnis. Nam et volema ab eo quod volam impleant dicta sunt. Unde et involare dicimus. — 89. *Non eadem arboribus pendet vindemia nostris;* i. e. vites quoque diversae sunt: *Nostris* autem, Italis. Et bene *Pendet* dixit, Nulla enim vitis in Italia est (in arboribus posita), quae non pendeat. — 90. *Quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos;* Lesbos insula est [in Aegaeo mari], cuius civitas (est) Methymna, habens pretiosissimum vinum. — 91. *Thasiae vites;* a Thaso insula nominatae. *Mareotides albae;* Aegyptiae: Mareotis enim pars est Aegypti. Et dicendo *Albae* ostendit esse etiam (nigras et) purpureas, vel alterius coloris. — 92. *Pinguibus hae terris habiles, levioribus illae;* pinguibus Thasiae, Levioribus Mareotides. Nam ordinem positum sequimur, cum aperte aliquid non commemoratur. — 93. *Passo Psithia utilior;* bene *Utilior*, ut ostendat etiam de alia uva posse passum fieri, sed melius de Psithia. *Passum* autem dicitur a patiendo. Nam decoquitur mustum, et inde fit passum. Hinc *Defrutum* dictum est, quod defraudatur, et quasi fraudem patitur. *Tenuisque Lageos;* [Lageos est] quae Latine leporaria dicitur [nam λαγὼς Graece lepus dicitur.] Tenuis autem, penetrabilis. Quae cito descendit ad venas. — 94. *Tentatura pedes;* Terentius (Eun. 4, 5, 3.): *Neque pes neque mens suum satis officium facit. Olim* autem adverbium est cuiuslibet temporis. — 95. *Purpureae;* purpurei coloris. *Preciaeque;* hae cito maturescunt. Unde et praeciae dictae sunt. Quasi praecoquae: quod ante alias coquantur. *Quo te carmine dicam Rhetica;* hanc uvam Cato praecipue laudat in libris, quos scripsit ad filium: contra Catullus eam vituperat, et dicit nulli rei esse aptam, miraturque cur eam laudaverit Cato. Sciens ergo utrumque Virgilius, medium tenuit, dicens, Quo te carmine dicam Rhetica. — 96. *Nec cellis ideo contende Falernis;* licet sis a Catone laudata, tamen vino te Campano praeferre non debes. *Cellis* autem Apothecis dicit. Nam cellas vi-

87) Guelf. I. in fine: Et aliter, Alcinous rex feacum fuit, cuius hortos omerus carminibus suis nobilitavit.

88) G. *stiris*, i. e. nigris. vel genus arboris. item *Piris*, pomiferae arbores. Idem mox: eo quod manum implent, vel implicant quia anterior pars palmae *vola* appellatur, nam *volema* etc. Burm.: dicta sunt. [Vola autem est medietas palmae vel pedis,] unde et involare dicimus. [*Volema* autem, Gallica lingua, bona et grandia dicuntur: sed magis dicta sunt ab eo, quod volam impleant.] Verba uncis seiuncta omitt. Guelf. I. II. B. L. R. V. Vos. Steph. Dan. Verba tamen *Volema aut. - - dic.* habet Guelf. I.

93) G. Psithia in Creta insula. *utilior*, ad maturitatem cito currit, et gracile vinum facit.

94) In versu Terentii al. *pedes* pro *pes;* dein Guelf. II. *satis suum of. f.* L. R. V. Vos. omitt. *satis*.

narias dicimus. Et *Falernus* mons Campaniae est, in quo optima vina nascuntur. — 97. *Sunt et Amineae vites firmissima vina;* *Amineum* vinum dictum est, quasi sine minio, i. e. rubore, nam album est. Sane *Amineum* dici versus probat, qui stare non potest, si *aminnaeum* dixerimus. — 98. *Tmolus et assurgit quibus et rex ipse Phanaeus;* assurgit, Duplex est hoc loco expositio. Nam alii volunt sine vitio (al. *dubio*) in, subauditione esse posita, quae aperte dicere non possumus, ut sit, quibus vinis assurgit, i. e. cedit vinus Tmolius et Phanaeus. Quod si aperte dicatur, est utrumque vitiosum, tamen *Vinus* de Graeco traxit: nam οἶνος dicunt. Pleraque autem subaudiri quae aperte non possumus dicere, et ipse alibi docet dicens, de Alecto (7, 498.); *Nec dextrae erranti deus abfuit* [quod penitus dicere non possumus, cum Alecto femininum sit.] Et Sallustius qui ait, *Quis a Sertorio triplices insidiae, per idoneos saltus positae erant* (al. *errant*) *prima*, et subaudiendum reliquit, *insidia:* quod penitus dicere non possumus. Alii (autem) ad superiora referunt, ut *Quibus*, non ad vina referamus, sed ad vites, ut sit, quibus vitibus cedit Tmolius et Phanaeus, montes vitibus consiti. Et est figura: qualis illa in Aeneide (4, 354.): *Me puer Ascanius capitisque iniuria cari: Quem regno Hesperiae fraudo:* scilicet Ascanium, non quem caput. Et Tmolius mons est Ciliciae: Phanaeus mons [est] in promontorio Chii: dictus a Phanaeo rege. Ut autem *Assurgit*, cedit sit, tractum est a sedentibus, qui in honorem alicuius, [as]surgere consueverunt. *Rex ipse Phanaeus;* de Lucilio hoc tractum est, qui ait χῖός τε δυνάστης, i. e. οἶνος. — 99. *Argitisque minor;* quantum ad solam pertinet speciem. — 101. *Mensis et diis accepta secundis;* grata [et] sacrificiis et mensis secundis. Pomorum scilicet. [Rhodos insula est, cuius nunc vinum laudat.] — 102. *Bumaste;* uva in mammae bovis similitudinem. [*Tumidis;* turgentibus.] — 103. *Sed neque quam multae species, nec nomina quae sint Est numerus;* scit apud diversos lecta esse innumerabilia vitium genera, quibus offensus ait, Colligere tanta vitium genera nec utile est nec possibile. Qui enim conatur universa cognoscere, debet etiam impossibilia scire, ut est arenarum vel fluctuum numerus. — 105. [*Libyci;* i. e. Africani. Ipse alibi (Aen. 4, 257.): *Litus Arenosum Libyae.*] — 109. *Nec vero terrae ferre omnes omnia possunt*; aut generale est, sicut ait in primo, Et quid quaeque ferat regio: aut ad superiora pertinet, ut talis sit sensus, Non prodest nosse cuncta vitium genera: nec omnia procreantur in omnibus (locis vel) terris. — 110. *Crassis paludibus;* lutosis

97) G. in fine: Item *Amineae* ab agro Amineo, unde vitem hanc translatam dicunt.

98) Sub finem G.: Phanaeus promontorium Siciliae, ubi Apollinis templum est. Tmoleum et Paneum dicunt. Item Tmoleus a monte Libyae (Lydiae) Tmolo, Tmolium vinum. Phanaeus promontorium Chii, unde et Chium vinum. Tmoleum et Panaeum dicendo Tmolium et Chium vinum ostendit.

99) Burm. add.: *cui non* etc., i. e. nulla se ei in his, quae sequuntur, comparare contendat. 100) *Fluere*, i. e. tam abundans esse. Haec omitt. libb. quos supra ad v. 88. nominavi.

naturaliter. — 112. *Litora myrtetis laetissima*; locum posuit pro ipsis arboribus, sicut salictum pro salicibus (posuit). Nam myrtetum est locus: arbor [vero] ipsa myrtus vocatur. *Denique apertos Bacchus amat colles;* hinc est quod vites amant montium laxiora. — 114. *Aspice et extremis;* intuere etiam extremum orbem cum suis cultoribus domitum: nam subaudimus *cum*. Et per transitum maiestatem Romani laudat imperii. — 115. *Eoasque domos Arabum;* Arabia, Panchaia, et Sabaeorum gens eadem est, apud quam tus nascitur. Ut: *Solis est turea virga Sabaeis*. Item (138.): *Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis*. Plautus (Mil. 5, 2.): *Arabico ture*. *Pictosque Gelonos;* stigmata habentes: populi Scythiae. Ut (A. 4, 14.): *Pictique Agathyrsi*. — 116. *Divisae arboribus patriae*; regiones, ut (A. 1, 380.): *Italiam quaero patriam*. *Sola India nigrum Fert hebenum;* atqui et in Aegypto nascitur, sed Indiam, omnem plagam Aethiopiae accipiamus. Sane et *haec hebenus*, et *hoc hebenum* dicitur: hic neutro usus est, Lucanus vero ait (10, 117.): *Hebenus Mareotica vastos Non operit postes;* hebenus autem arbor est, quae caesa durescit in lapidem. — 119. *Balsamaque;* (modo) que vacat. Ut est (A. 5, 468.): *Dixitque, et praelia voce diremit*. Sane *Balsamum* est arbor ipsa: Opobalsamum, succus collectus ex arbore: nam ὀπὸς dicitur succus, [τὸ]ξύλον lignum [; unde Xylobalsamum lignum ipsius arboris.] Probatio autem opobalsami, ut dicit Plinius, haec est, *Si contra solem feratur et corruptum non sit, manum ferentis exurit*. *Semper frondentis acanthi*; acanthus arbor [est] in Aegypto semper frondens, ut oliva, laurus. Acanthos dicta, quia spinis [est] plena. Abundat hac etiam Circina insula. — 121. *Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres;* apud Aethiopiam, Indos, et Seres sunt quidam in

Ad v. 111. Burm.: *Steriles* etc. Non solum in omnibus terris minime nascuntur, sed etiam ea, quae propria sunt singulis regionibus, non ubique in eis proveniunt; sed distinctis propriisque locis nascuntur: ut quaedam iuxta flumina, quaedam in montibus, nonnulla in locis palustribus oriantur. Si ergo una regio arbores sibi naturaliter insitas non in quibuscumque locis, sed distinctis et certis profert, multo magis una provincia vel regio non potest universas arbores diversi generis continere. Haec omitt. iidem.

112) Guelf. I. *amant montium scapulas;* cod. Urs. scopulas. Burm. addidit: mont. laxiora, [vel scopulos: nam dicit, Bacchum colles amare, ut significet vineas in montibus pleramque fertiliores existere, licet etiam planities plurimae vino sint fertiles. 113. *Taxi;* Taxus est arbor veneuata; et *Taxi* hic pluralis est numerus. Et hoc dicit: Bacchus amat colles, i. e. vites uberiores sunt in montibus. Taxi amant Aquilonem, qui est ventus frigidus.] Haec omitt. Guelf. I. II. B. L. R. Vos. Steph. Dan.

114) G. In isto loco omnes regiones laudat, sed opposito crimine, ut ad panegyricum Italiae maior iam esse videatur.

115) G. Geloni Thraces sunt a Gelone Herculis et Chaniae nymphae filio dicti. et ideo quia stigmata compunctionem habent. Hi in Africa sunt, non longe a pennis (Poenis), qui aquose (aeque se) dicunt *pictos*.

Ad v. 117. 118. Burm. *Solis est* etc. Apud Sabaeos tus nascitur, qui ut supra dictum est, iidem sunt et Arabici et Panchaici. *sudantia* i. e. quorum ligna odoriferum succum referunt. Omitt. Guelf. I. II. B. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

119) G. In India quaedam arbores sunt, e quibus lacrymae emanant, quod balsamum vocant. Dein: Item *Acanthi;* de quo Gaifo scripsit, quod in eius flore [tincta] vestis *Acanthia* dicitur.

arboribus vermes, et bombyces appellantur, qui in aranearum morem tenuissima fila deducunt. Unde est sericum: nam lanam arboream non possumus accipere, quae ubique procreatur. — 122. *Oceano propior gerit India lucos*; haec enim habet arbores magnas, quae est iuxta Oceanum. Hinc est, Extremi sinus orbis. *Depectant*; decerpant. Sed alii *Depectat* legunt. Quod si est: *Seres* posuit pro *Ser*: sicut *trabes* pro *trabs*. Sic Lucanus (1, 19.): *Sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes.* — 125. *Non tarda*; i. e. strenuissima. Nam Litotes figura est. — 126. *Media fert tristes succos*; *di*, sine sibilo proferenda est: Graecum enim nomen est, et Media provincia est, (et) *Tristes* succos, amaros. Ut (G. 1, 75.): *Tristesque lupini. Tardumque saporem Felicis mali*; apud Medos nascitur quaedam arbor ferens mala, quae *medica* vocantur: quam per Periphrasin ostendit, eius supprimens nomen. Hanc plerique citrum volunt, quod negat Apuleius in libris quos de arboribus scripsit: et docet longe aliud esse genus arboris. *Tardum* autem *saporem* dicit, vix intelligibilem quod illi ad carnem mediam citri referunt. Nam prima et interior facile suum ostendit saporem. — 127. *Felicis mali*; secundum eos qui dicunt citrum foecundum: nam haec arbor, i. e. citri, omni paene tempore plena est pomis, quae in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore sunt posita. Aut certe *Felicis*, salubris. Nulla enim efficacior res est ad venena pellenda. — 128. *Saevae novercae*; aut hae quae saevae sunt: aut epitheton est omnium novercarum. — 129. *Non innoxia verba*; litotes [figura est]. I. e. nocentissima. Et est augmentum quasi parum putent venena miscere, nisi etiam magicos cantus addiderint. — 130. *Membris agit atra venena*; radices, nuces, lupini, citrum, apium prosunt contra futurum, non contra iam acceptum venenum. Unde etiam [antiquitus] ante ullas alias epulas, haec solebant mensis apponere. Apparet ergo non eum de citro loqui [in praesenti,] cum dicit *Membris agit atra venena*. Iam data. — 131. *Faciemque simillima lauro*; figura Ciceronis, qui ait in Caesarianis, *Sed simillimum deo iudico.* Sane etiam haec probant citrum non esse: nam citri arbor et multum non potest crescere, et multo habet folia maiora quam laurus. — 132. *Alium lacte iactaret odorem*; et infinitum emittit suum odorem, et [longe] alium [quam laurus.] — 134. *Flos apprima tenax*; apprima, i. e. maxime. Et est nomen pro adverbio. Sicut (G. 3, 499.): *Et pede terram Crebra ferit*, pro crebro. *Animas*; δυσπνοιαν, i. e. plumonis vitiosum anhelitum, quod exprimit subdens, Senibus medicantur anhelis. *Olentia ora*; putentia, i. e. δυσωδίαν oris: Notandum sane [huic] uni tantum arbori incubuisse Virgilium et expressisse ubi [sit], qualis sit, cuius potestatis sit, sicut in quarto de herba amello, quod qui de arboribus aut herbis dicunt, in omnibus exsequuntur. — 136. *Sed neque Medorum silvae*; iam incipit laus Italiae, quam exsequitur secundum praecepta Rhetorica. Nam dicit eam et habere bona omnia, et carere malis universis. — 137. *Ganges*;

126) G. in fine: ut facilis suum ost. sap.; vel *tardum*, diu inhaerentem ori.

137) G. Ganges Indiae fluvius mergens (*emerg.*) de latere Caucasi ad meridiem, et

Indiae fluvius, per quem provincia significatur. *Hermus*; Lydiae fluvius, arenas aureas trahens. — 138. *Laudibus Italiae certent*; figurate. Nam *certo tecum* dicimus. *Bactra*; regio iuxta Assyrios: unde et populi Bactriani [dicuntur]. — 139. *Panchaia*; Arabia, ut diximus supra (115.). — 140. *Non tauri spirantes naribus ignem*; quales fuerunt in Colchide, civitate Scythiae. Nam hoc habet fabula: Iason Colchos profectus ad tollendum vellus aureum, quod dicaverat Marti Phryxus, [fretus] Medeae auxilio, et pervigilem draconem occidit, et eius dentes sevit iunctis tauris ignem efflantibus, unde nati armati sunt, qui primum fecerunt impetum in Iasonem frustra: postea mutuis se vulneribus conciderunt. Has autem ei conditiones Aeetes rex proposuerat, cui Apollo responderat: tamdiu eum fuisse regnaturum, quamdiu illud vellus fuisset in templo. — 142. *Seges horruit*; non placuit. Seges autem (dixit), quia de semine. — 143. *Gravidae fruges*; largae, abundantes. *Massicus humor*; vinum Campanum a Massico monte Campaniae. — 145. [*Arduus*; celsus et eminens.] — 146. *Hinc albi Clitumne greges*; vocativus est Clitumne, Clitumnus autem fluvius est in Mevania, quae pars est Umbriae partis Tusciae, de quo fluvio, ut dicit Plinius in historia naturali, animalia quae potaverint, albos [foetus] creant.

ad orientis frontem inclinatus dividit Indiam. eo quod inter flumina indicatur India, et in qua aurum et gemmae nascuntur. — *Turbidum* dicit, quod copia auri viriditatem aquae perdat.

138) Idem: Bactra, regio iuxta Syriam, vel civitas in Oriente, quam Alexander cepit. urbs Persarum est.

139) Burm. add.: Arabia autem est regio, ubi et templum Triphyllii Iovis habent: ut scribit Euemerus. Ipse alibi (G. 4, 379.): Panchaeis adolescent ignibus arae. Haec omitt. Guelf. I. II. B. L. R. V. Vos. Dan. cf. Philarg. — G. Arabia, ubi thus nascitur. Panchaiam dixit haec loca Italiae, scilic. propter suavitatem.

140) G. Iason Colchos profectus petit pellem auream arietis. Eta pater Medeae, Rex Colchae, hanc oblationem dedit, quod non posset eam accipere, nisi prius tauros, quos ei Vulcanus dono dederat, ignem naribus spirantes, iungeret, et dentes draconis, quem occiderat Cadmus. Quae difficultas per Medeae amorem et Aetae filiae artem effecta est. Nam cum Iasonem adamasset Medea, carminibus suis obtinuit, ac venenis et medicaminibus permiscuit omnia, ut quamvis tauri ignem spirarent, nocere non possent, et feritas eorum compesceretur, et serpentium [*dentibus*] iactis per sulcum cum armati homines exstitissent, depugnantes interierunt. Quibus rebus Iason victor effectus pellem, quam petierat, sustulit, et Medeam secum avexit. Item, Iason, Thessalus vir, qui Colchos propter pellem auream navigabat, quae in tutela Liberi patris erat, et ad conditionem a Medea advitus (*adiutus*), cui iniunctum fuerat, ut tauros ignem flantes domaret, quos delenitos ita veneficiis subegit, ut ararent: pro seminibus autem Draconis dentes accepit, quibus natus est exercitus armatus. adeo poëta laudat Italiam istis malis viduatam.

Ad v. 141. Burm. *Satis*, seminatis. *Hydri*, serpentes. Hic est anguis, quem Cadmus in Boeotia occidisse fertur, cuius dentes ipse partim ibidem sevit, partim Aeetas in Colchide: ex quibus utrimque (utrisque) seges armatorum hominum enata est. Tauri autem hi sunt, quos ignem flantes Aeetae imperio Iason iunxit, unguento usus, quod ei Medea dederat. Omitt. libb. quos ad v. 139. laudavi.

145) G. *Bellator*, bellicosi equi in Italia nasci adsueverunt.

146) G. Tusciae, ubi optimi (opimi) boves nascuntur. Idem in fine: Item Clitumnus in Umbria Deus, quo nomine ibi est fluvius in Tiberim fluens, ad quem nunc loquitur.

Maxima taurus Victima; quia triumphantes de albis tauris sacrificabant. — 147. *Perfusi flumine sacro;* fluento. Perfusi autem tauri qui ante triumphantes usque ad templa ducebantur. Aut certe *Perfusi greges* intelligamus: quod ad equos triumphales potest referri. — 148. *Duxere triumphos;* si equi, duxerunt: si boves, deduxerunt. — 149. *Hic ver assiduum;* verna temperies: nam ver [proprie] assiduum esse non potest seu longum. Horatius (Carm. 2, 6, 17.): *Ver ubi longum tepidasque praebet Iuppiter umbras.* [*Alienis* etc.; i. e. quando alibi hiems, in Italia paene aestas videtur.] — 150. *Bis gravidae pecudes;* verum est. Inde enim in Bucolicis (2, 22.): *Lac mihi non aestate novum, non frigore defit. Bis pomis utilis arbos;* biferae sunt arbores. — 151. *At rabidae tigres;* malum Armeniae. *Et saeva leonum Semina;* malum Libyae. — 152. *Semina* (autem), genera. Et est Lucretii sermo. Nam quod ait *Saeva,* aut cruenta accipimus, aut re vera saeva semina. Ut enim dicit Plinius: *Animalia haec quae sunt cum acutis unguibus, frequenter parere non possunt: vitiantur enim intrinsecus se moventibus pullis. Nec miseros fallunt aconita legentes;* mira arte usus est, ut excusaret rem, quam negare non poterat. Nam *aconita* nascuntur in Italia: sed non ea obesse dicit, quia sunt omnibus nota [, unde dicit: *nec fall. leg;* vel quia ea scientes renuunt et reiiciunt, quod omnes scire significat.] Haec autem herba nata dicitur de spumis Cerberi, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. Quae quia in saxis et cotibus nascitur, *aconitum* dicitur, ἀπὸ τῆς ἀκόνης i. e. a cote: et dicimus τὸ ἀκόνιτον καὶ τὰ ἀκόνιτα. — 153. *Neque tanto squameus;* sunt quidem serpentes in Italia, sed non tales, quales in Aegypto, aut in Africa. *In spiram* autem, in collectionem volubilitatis: quod est a funibus tractum. — 155. *Adde tot egregias urbes;* laudat Italiam a civitatibus, quas et plures habet et maximas, et opportunissime collocatas. — 157. *Fluminaque antiquos subter labentia muros;* quod laudat etiam Cicero in libris de republica. — 158. *An mare quod supra;* i. e. Adriaticum. *Quodque alluit infra;* i. e. Tyrrhenum. — 159. *Te Lari maxime;* Larius lacus

148) Post v. *duxerunt* Guelf. I. add.: i. e. minavere ante se. quod admodum enim militum victoria equis reputatur. Ergo dum milites ducebant captivos et triumphos, ita et equi eorum. Si boves etc.

151) G. Bestiae Armeniae tigres, quae vitro raptis falluntur catulis.

152) Idem: *Aconitum* letalis herba est, quae crescit in petris. dicendo *aconita* autem herbae quaedam in Ponto sed (sine) terra in saxis nata. sive aconita gemmae in capitibus Draconum nascentes, similes pretiosis lapidibus, non nocent in Italia. dicendo *aconita* ad innocentiam Italorum respicit, execrans venena peregrina. *Aconita* enim herbae quaedam Sidone (sine) terra in saxis natae.

153) G. *In spiram,* quando se glomerat in modum (nodum) *tractu se colligit anguis.*

155) Burm. add.: *Operumque laborem,* quae sunt in muris et moenibus urbium, aliisque aedificiis et templis. 156) *Congesta manu,* aedificata et constructa. Et hic ipsas urbes non solum ex sua magnitudine, sed etiam ex opere nobili laudat. *Praeruptis,* excelsis et magnis. Et subaudi *adde;* scil. ad laudem Italiae. Omitt. libb. quos laudavi ad v. 139. Post v. 157. Guelf. I. add. Et aliter. *Subter* pro *sub; sub* autem *apud* significat.

159) G. in fine: Item, Larius fluvius Italiae est sub urbe Como

t (G. add. *in Galliâ*) vicinus Alpibus, qui iuxta Catonem in
iginibus, per sexaginta (Cod. Urs. et Guelf. I. *quadrag.*) [ex]
iditur milia. Et *Larius Lari* [vocativum] facit, sicut *Iulius*
li, *Mercurius Mercuri.* — 160. *Fluctibus et fremitu assur-*
ns Benace marino; Benacus lacus est Italiae, qui magnitudine
i tempestates imitatur marinas. *Assurgens* autem vocativus est
mus, [ut sit,] Memorem et te, o Benace assurgeus, i. e. tume-
ns fremitu marino. Aut certe Antiptosis est, [i. e. casus pro
su,] pro *assurgentem.* — 161. *An memorem portus, Lucri-*
que addita claustra; in Baiano sinu Campaniae contra Puteo-
iam civitatem lacus sunt duo, Avernus et Lucrinus: qui olim
opter copiam piscium vectigalia magna praestabant. Sed cum
aris impetus plerumque irrumpens exinde pisces excluderet, et
demptores gravia damna paterentur, supplicaverunt senatui
uelf. I. *senatum*): et profectus C. Iulius Caesar, ductis brachiis
clusit partem maris: quae antea infesta esse consueverat, reli-
itque breve spatium per Avernum, qua et piscium copia posset
rare, et fluctus non essent molesti, quod opus, *Iulium* dictum
. Sed hic ambitiose *undam Iuliam* appellavit frementem
itra moles a Iulio oppositas. — 162. *Indignatum magnis*
idoribus aequor; a solita exclusum licentia, et indignationem
m stridoribus prodens. — 166. *Auro plurima fluxit;* copio-
r fuit, in rem pretiosiorem. — 168. *Assuetumque malo*
gurem; i. e. labori. Inculta Alpium postrema possident. *As-*
tum igitur, nunc contentum: sic alibi (A. 9, 607.): *Parvoque*
ueta iuventus. *Volscosque verutos*; Italiae populi sunt. —
). *Extulit;* creavit. Decii autem duo fuerunt, quorum unus bello

60) Idem: Benacus inter Biriem (Brixiam) et Veronam, quae sunt civitates Venetica (Veneticae).

61) G. Lacus proximus Baiis. in Baiano enim sinu etc. Idem post: Item *lucrino*, cui Campano lacui Caesar unum brachium muro adiecit, ut ibi tutior esset navibus statio.

.62) Burm. add.: Indignatum ideo dixit, quia, quo tempore in Lucrinum lacum mare immissum est, inde terra effossa, contigit inter ipsum Lucrinum et Avernum, ut duo lacus miscerentur; et tanta tempestas orta est, ut prodigii loco habita sit; ac nuntiatum, simulacrum Averni sudasse, propter quod Pontifices ibi piacularia sacra fecerunt. *Iulia* autem *unda* Puteolanum portum significat. 164) *Aestus* quidem dixit Averni, quoniam per Lucrinum lacum mare Tyrrhenum influit in Avernum. Haec omitt. libb. quos ad 139. nominavi. G. *Tyrrhenusque*, i. e. de Tyrseo Latrone occiso in eo, vel de populo Tyrreo. Quidam vero, quasi Tyrannicum, i. e. fluctuosum esse putant. nonnulli quod omnes terras medasque interluit. *Avernis*, per lacum Avernum Augustus ratem, qua fuerat adversus Pompeium ausus (usus) Lucrino immisit lacui. Sed idcirco hanc rationem (*stat.*) laudat poëta, quod nondum erat portus Augusti. 165) *Aerisque metalla*, Senatusconsultum esse dicitur, quo prohibetur in Italia metalla exercere, ut si quid domesticis opus fuerit, integra sufficiant.

68) G. *mdlo*, inopiae victus, vel malum pro labore. Vv. *inculta* - - *iuvent.* omitt. Guelf. II. B. L. R. V. Vos. Steph. Dan.; sed. hab. cod Ursin. et Guelf. I. hic quidem pro *postr. p.*: *extrema possederit*; et mox: *non contempta* pro *nunc c.* — In fine post v. *sunt* Burm. add.: iaculo utentes in modum veru, vel quia verutis pugnant. Omitt. iidem libb. cum Guelf. I. — G. Ligures sunt latrones confines, ut Varro ait, Ligures montani piratae, qui Alpium asperrima colunt. *Volscosque*, qui in Alpibus sunt.

39) Gaius Marius Arpis natus, qui de Iugurtha Numidarum rege triumphavit, et

Italico (Burm. *Latino*), alter Gallico se devovere pro republica. *Marios;* Marii multi fuerunt: quorum unus fuit septies consul. *Camillos;* abusive [pluralem numerum pro singulari.] Nam unus fuit qui a Gallis sublata signa revocavit. — 170. *Scipiadas;* pro Scipionibus dixit: ut (A. 1, 490.): *Ducit Amazonidum* pro *Amazonum*. Scipiones autem duo fuerunt, avus et nepos: quorum unus leges victae Carthagini imposuit, alter eandem diruit. Haec autem omnia plenius in sexto (844.) memoravimus. — 172. *Imbellem avertis;* i. e. avertendo reddis imbellem. *Romanis* autem *Arcibus*, a Romanis urbibus, a Romano imperio. — 174. *Magna virum;* virorum fortium. Et iam concludit, laudans [eam] a viris, a fertilitate rerum, a Saturni imperio. *Tibi;* in tuam utilitatem scribo carmen Georgicum. *Antiquae* autem *laudis*, vel magnae, vel quod apud maiores in ingenti honore fuerat agricultura. — 176. *Ascraeum carmen;* Hesiodicum. Nam Hesiodus de civitate Ascra fuit. — 177. *Nunc locus arvorum ingeniis;* naturis. [Nunc] tempus est inquit naturam agrorum describere. Et multi hoc loco culpant Virgilium, quod in unum coegit quattuor librorum propositionem. Nam et de aruo, et de consito, et de pascuo, et de floreo (florido) isto in loco commemorat. Quod ideo non est reprehendendum: quod non ea late exsequitur; sed carptim (codd. *capitatim*) et breviter transit, quae latius explanat in singulis. *Quae robora cuique;* quae sit uniuscuiusque possibilitas. — 178. *Quis color;* quae species. Quomodo dicimus, quo colore ille recitavit [i. e. specie]: licet breviter dicturus sit etiam de colore terrarum. — 179. *Difficiles primum;* paene steriles, parum creantes. *Maligni;* infoecundi, quia malignum veteres infecundum (Guelf. I. *exiguum*) dicebant, ut ipse alibi (6, 270.): *Quale per incertam lunam, sub luce maligna, Est iter in silvis.* — 180. *Tenuis ubi argilla;* sine humore, quia est et pinguis. *Calculus;* lapis brevis terrae admixtus, dictus calculus, quod sine molestia sui brevitate calcetur. — 181. *Vivacis olivae;* diu viventis. Hinc supra: *Tarde*

de Centonibus (Teuton.) et Cymbris. Idem cum Cinna collega adversus Luc. Syllam bellum civile gessit, in (is) septimum consulatum cepit. multi tamen Marii fuerunt. *Camillos* abusive dixit, quod qui a Gallis sublata signa revocavit, [unus fuit]. item Camillus captam urbem a Gallis Senonibus mense Novembre revertens ab Ardea de exilio liberavit, aurumque, quod per pactionem a Romanis acceperant, sustulit, omnesque prorsus interemit.

172) G. *Imbellem*, inertem, qui resistere non potest, avertis cum ceteris gentibus Orientis. vel ideo *imbelles*, quia hos Caesar condemnando (contemnendo) imbelles vocavit.

Ad v. 173. Burm. *Salve;* posteaquam eam diutius laudavit, vertit se ad eam, et bene dicit, eam laudans: *Saturnia tellus*, nam in Italia Saturnus regnavit. Omitt. Guelf. I. II. B. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

174) G. *Antiquae*, est sensus, haec dico, quae iam olim dicere debueram.

176) Idem: *Ascr.*, Hesiodum dicit, de civitate Graeciae Ascraea, ubi natus est Hesiodus, ubi sunt natae musae, unde sumsit Hesiodus poëma, inde et ego sumsi; sed ille Graecis cecinit, ego Romanis.

177) G. *Ing.*, naturis, ut Sallustius *ingenium* pro natura posuit. Nunc etc.

180) *Dumosis*, spinosis et vepribus plenis. Fabr. al. G. in fine. item calculus, lapillus candidus.

crescentis olivae. Res enim diu duratura tarde crescat necesse est. — 182. *Tractu;* plaga, regione. [*Oleaster*, olea sylvestris.] — 184. *Dulcique uligine laeta*; uligo proprie est naturalis terrae humor, ex ea nunquam recedens. Bene autem *Dulci* addidit, ad discretionem amarae. Uliginosus ergo ager est, semper humidus; nam uvidus dicitur, qui aliquando siccatur. — 187. *Huc*; pro illuc. — 188. *Felicem limum;* terrarum scilicet, i. e. fertilem. Nam fluminum limus est noxius. — 189. *Et filicem curvis invisam*; radices enim eius sibi invicem sunt nexae, et avulsae renascuntur. — 190. *Olim*; quovis tempore. — 192. *Pateris et auro*; pro pateris aureis. Ἓν διὰ δυοῖν. Ut, Molemque et montes. — 193. *Pinguis Tyrrhenus*; victimarum scilicet carnibus *Ebur* autem tibiarum dicit quibus in aurem sacerdotis canere solebant. — 194. *Lancibus pandis;* aut patulis, aut extorum pondere incurvatis. *Fumantia reddimus exta*; sacerdotum usus est verbo. *Reddi* enim dicebantur *exta*, cum probata et elixa arae superponebantur. — 196. *Aut urenteis culta capellas*; omne enim quod momorderint, urunt [et exsiccant]. Unde est (G. 2, 379.): *Et admorso signata in stirpe cicatrix.* — 197. *Saturi Tarenti*; aut foecundi, aut quod est iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim et Saturum vicinae sunt sibi Calabriae civitates. Horatius (Serm. 1, 6, 59.): *Me Satureiano vectari* (Guelf. I. *vect. libet*) *rura caballo.* — 200. *Liquidi fontes*; puri, sine pestilentia. — 201. *Et quantum longis*; ut in Aeneide diximus, hoc dicit Varro [tantam ubertatem] fuisse in Rosulano

181) G. *Palladia*, quia Pallas, hoc est Minerva, inventrix oleae dicitur.

182) G. *Oleaster*, arbor, in qua peiores oleae crescunt. Post v. *regione* Guelf. I. add. *ubi fertile sit.* — Ad. v. 183. Burm. *Plurimus*, abundans. *Strati*, operti. *Baccis s.*, olivis ex oleastro natis. Omitt. libb. ad 172. laud.

190) G. *Praevalidas*, permansuras in laude; parvum dixerat, nisi dixisset *olim*, i. e. multo tempore. *olim* i. e. cuiuslibet temporis.

193) Post *carnibus* Burm. add.: Ut Plautus in Aulul. (2, 5, 6.): *Tibi dabitur pinguior fidicina*: quia propter assidua sacrificia pingues fiunt. Omitt. libb. laud. cf. Philarg. Dein G. *Ebur* ostendit elephantinum, de quo tibiae ornantur. *ebur* ergo pro tibia posuit.

194) G. *Lances* vasa lata, in quibus fercula efficiuntur.

197) Idem in fine: Item *Saturi* locus Tarenti * quem Caelius in V libro Historiarum dicit, nomen accepisse aratura (a Satura) puella, quam Neptunus compressit. Longa (longinqua), potiora, ut apud Sallustium in prima traditur, *fugam inociam* (in etiam) *longinqua agitasse.* Tarentus civitas in Italia, ubi foenum satis nascitur, et lana Tarentina; unde Hercules fuit.

Ad vv. 198. 199. Burm. *Et qualem* etc. Quando scil. Augustus agros Mantuanos cum agris Cremonensium militibus suis dedit. Dicit autem campum aptum ad pascenda animalia. *Niveos*, candidos. *Herboso*, pratis iuxta flumen positis. Haec omitt. libb. laud.

Ad vv. 203-206. Burm. *Nigra fere*, non per omnia nigra, sed paene. *Putre* solubile. *Imitamur arando*, haec arando inspicimus et videre solemus. (G. studemus hoc quidem modo, nullum imitemur.) *Optima*, subaudi, est huiusmodi terra. *Aequore*, i. e. agro vel campo. *Plura* comparativum est. Nam dicit, huiusmodi terram tantae fertilitatis esse, ut ex nullo agro amplius agricola aliquis frumentum colligat, quam ex ea, quae huiusmodi est. *Domum deced.*, i. e. ad domum redire. *Tardis* autem, gravatis pondere ex copia frumenti. Omitt. iidem.

agro, postquam Velinus siccatus est lacus: ubi [ut ibi] longam perticam magnitudo superabat [*superaret*] herbarum. — 207. *Aut unde iratus*; infoecunditati diuturnae. — 209. *Antiquasque domos*; aut re vera antiquas, aut caras. Sallustius, *Tantum antiquitatis curaeque maioribus pro Italica gente fuit.* Est autem ecbasis in ista descriptione. — 212. *Ieiuna glarea*; sicca et sterilis terra. — 213. *Casia* autem et *Rosmarinus* apibus aptae sunt herbae. — 214. *Tophus scaber*; lapis asperrimus. Unde et scabies dicitur ab asperitate. *Nigris*; nocentibus (noxiis). — 215. *Negant*; [scil.] Solinus et Nicander, qui de his rebus scripserunt. — 217. *Quae tenuem exhalat nebulam*; [nunc] dicit agrum omnium rerum feracem. Quattuor enim genera agrorum imitatur, qui solus potest quod illi quattuor: sicut sequentia indicant. *Fumosque volucres*; quasi fumos: scilicet ex humore. — 219. *Suo gramine*; naturali scilicet, non coacto. — 220. *Nec scabie et salsa laedit rubigine ferrum*; proprie. Nam *rubigo* quasi scabies ferri est. — 224. *Dives Capua*; ideo dives, quia talem arat. *Vesevo*; Vesevus mons est Liguriae, sub Alpibus positus. Nam Campaniae [mons quidem] *Vesuvius* dicitur: pro quo multi *Vesevum* [esse] positum volunt. — 225. *Et vacuis Clanius non aequus Acerris*; *Acerrae* civitas est Campaniae, haud longe a Neapoli: quam Clanius praeterfluit fluvius: cuius frequens inundatio eam exhaurit. Unde ait *vacuis*, i. e., infrequentibus. — 227. *Supra morem*; abundanter, plus aequo. Illi autem versus incomparabiles sunt: tantam habent sine aliqua perissologia repetitionem. — 229. *Densa magis Cereri*; bene addidit magis: nam hoc vult ostendere, quid ubi melius nascatur. Potest enim et frumentum in rara, et vinum in densa, sed non feliciter nasci. — 230. *Capies*; eliges. Ut (A. 1, 396.): *Aut capere, aut captas iam despectare videntur.* — 231. *In solido*; ne ager sit concavus. — 234. *Aptius uber erit*; aptior ubertas et fertilitas. — 236. *Glebas cunctantes*; validas, magnas, graves: ut (6, 210.): *Avidusque refringit Cunctantem.* — 237. *Es-*

207) G. infoecunditate, quia nullos ex his fructus habet. Guelf. I. post dist. add.: et aliter, quod tamdiu locus cessavit. Quae Philargyrii esse videntur; sed nihil huiusce modi exstat inter Philargyriana.

Ad vv. 210. 211. Burm. *Enituit*, fertilitate iucundus exstitit. *Impulso*, immisso aratro, scil. ab agricolis. Omitt. libb. laud.

217) G. Nebulam aliquando pro nube. Sed est ros turbidissimus in aestate, et pruina in hyeme. *fumosque* quasi fumus.

219) Burm. add. Nam cum ager alia, quam ei natura dederit, aut amplius profert, per studium culturae cogi videtur. Hic autem de eo dicit, qui herbis naturaliter abundat. *Viridi* etc. i. e. herbis semper est plena, non per semina acceptis, sed naturaliter prolatis. Omitt. libb. laud.

225) G. in fine: desertis. Pauci enim Acerram incolunt, quia in paludes magna ex parte versa est. Idem ad v. 232. *Humum*, *humus* est interior pars terrae, *terra* superior. — Guelf. I. in fine addit: et aliter. acerre est civitas campanie ex parte a campanis ex parte a Psidicinis condicta. *clanius* autem *amnis*. his cum increvit, agros paludes facit. Interdum ingressus oppidum, recedere municipes cogit. et ideo *vacue acerre*. Alibi sic. constat acerranos ab annibale secundo bello punico captos et necatos, unde ait *vacuas acerras*. Haec ad Philargyriana pertinere videntur.

236) G. *cunctantes*, i. e. dubitantes, utrum Baccho an Cereri conveniat.

st (G. add. *in Gallià*) vicinus Alpibus, qui iuxta Catonem in)riginibus, per sexaginta (Cod. Urs. et Guelf. I. *quadrag.*) [ex] nditur milia. Et *Larius Lari* [vocativum] facit, sicut *Iulius li*, *Mercurius Mercuri*. — 160. *Fluctibus et fremitu assur- ns Benace marino;* Benacus lacus est Italiae, qui magnitudine tempestates imitatur marinas. *Assurgens* autem vocativus est us, [ut sit,] Memorem et te, o Benace assurgeus, i. e. tume- s fremitu marino. Aut certe Antiptosis est, [i. e. casus pro ,] pro *assurgentem*. — 161. *An memorem portus, Lucri- ue addita claustra*; in Baiano sinu Campaniae contra Puteo- m civitatem lacus sunt duo, Avernus et Lucrinus: qui olim pter copiam piscium vectigalia magna praestabant. Sed cum is impetus plerumque irrumpens exinde pisces excluderet, et emptores gravia damna paterentur, supplicaverunt senatui elt. I. *senatum*): et profectus C. Iulius Caesar, ductis brachiis usit partem maris: quae antea infesta esse consueverat, reli- tque breve spatium per Avernum, qua et piscium copia posset rare, et fluctus non essent molesti, quod opus, *Iulium* dictum . Sed hic ambitiose *undam Iuliam* appellavit frementem ntra moles a Iulio oppositas. — 162. *Indignatum magnis ridoribus aequor*; a solita exclusum licentia, et indignationem nam stridoribus prodens. — 166. *Auro plurima fluxit;* copio- ior fuit, in rem pretiosiorem. — 168. *Assuetumque malo Ligurem*; i. e. labori. Inculta Alpium postrema possident. *As- suetum* igitur, nunc contentum: sic alibi (A. 9, 607.): *Parvoque assueta iuventus. Volscosque verutos*; Italiae populi sunt. — 169. *Extulit;* creavit. Decii autem duo fuerunt, quorum unus bello

160) Idem: Benacus inter Biriem (Brixiam) et Veronam, quae sunt civitates Venaticae (Veneticae).

161) G. Lacus proximus Baiis. in Baiano enim sinu etc. Idem post: Item *lucrino*, cui Campano lacui Caesar unum brachium muro adiecit, ut ibi tutior esset navibus statio.

162) Burm. add.: Indignatum ideo dixit, quia, quo tempore in Lucrinum lacum mare immissum est, inde terra effossa, contigit inter ipsum Lucrinum et Avernum, ut duo lacus miscerentur; et tanta tempestas orta est, ut prodigii loco habita sit; ac nuntiatum, simulacrum Averni sudasse, propter quod Pontifices ibi piacularia sacra fecerunt. *Iulia* autem *unda* Puteolanum portum significat. 164) *Aestus* quidem dixit Averni, quoniam per Lucrinum lacum mare Tyrrhenum influit in Avernum. Haec omitt. libb. quos ad 139. nominavi. G. *Tyrrhenusque*, i. e. de Tyrseo Latrone occiso in eo, vel de populo Tyrreo. Quidam vero, quasi Tyrannicum, i. e. fluctuosum esse putant. nonnulli quod omnes terras medasque interluit. *Avernis*, per lacum Avernum Augustus ratem, qua fuerat adversus Pompeium ausus (usus) Lucrino immisit lacui. Sed idcirco hanc rationem (*stat.*) laudat poëta, quod nondum erat portus Augusti. 165) *Aerisque metalla*, Senatusconsultum esse dicitur, quo prohibetur in Italia metalla exercere, ut si quid domesticis opus fuerit, integra sufficiant.

168) G. *malo*, inopiae victus, vel malum pro labore. Vv. *inculta* — *iuvent.* omitt. Guelf. II. B. L. R. V. Vos. Steph. Dan.; sed. hab. cod Ursini et Guelf. I. hic quidem pro *postr. p.: extrema possederit;* et mox: *non contempta* pro *nunc c.* — In fine post v. *sunt* Burm. add.: iaculo utentes in modum veru, vel quia verutis pugnant. Omitt. iidem libb. cum Guelf. I. — G. Ligures sunt latrones confines, ut Varro ait, Ligures montani piratae, qui Alpium asperrima colunt. *Volscosque*, qui in Alpibus sunt.

169) Gaius Marius Arpis natus, qui de Iugurtha Numidarum rege triumphavit, et

frigore, et labore rustici possit terra putrefieri. — 262. *Infodias*; obruas. — 264. *Et labefacta movens*; hypallage movens et labefaciens. *Ante locum similem exquirunt*; dicit, in translatione arborum similem terram esse requirendam. — 267. *Arboribus seges*; quia de seminario loquitur arborum, bene *segetem* appellavit. *Digesta*; i. e., ordinata. Ut (A. 3, 446.): *Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.* — 268. *Matrem*; terram. Ut (A 3, 96.): *Antiquam exquirite matrem.* — 269. *In cortice*; plantae scil. — 270. *Qua terga obverterit axi*; Septemtrioni. Nam Graece ἄμαξα dicitur. — 272. *Collibus, an plano melius sit ponere vitem, Quaere*; atqui supra (113) ait: *Denique apertos Bacchus amat colles*: sed etiam in vallibus poni posse vites superius indicavit. Ut (190.): *Hic tibi praevalidas olim multoque fluentes Sufficiet Baccho vites.* Unde modo utrumque complectitur, et dicit: quemadmodum in plano, quemadmodum (et) in collibus vites ponere debemus. — 274. *Metabere*; eliges. Et longe alia significatio est *Metor metaris*; unde Lucanus (1, 382.): *Hesperios audax veniam metator in agros*: et alia *Metor meteris*. Illud enim *metatus sum*: hoc *messus sum* facit, ut (11, 68.): *Messum de pollice florem.* — 275. *Densa*; pro dense. Ut (G. 3, 500.): *Et pede terram Crebra ferit*, [pro crebro.] — 277. *Indulge ordinibus*; da operam: ut (A. 11, 165.): *Indulgent vino*: et eos (Burm. ordines) effice largiores. Nam de plano ait: *Densa fere*. *In unguem*; ad perfectionem. Et est translatio a marmorariis, qui iuncturas unguibus probant. Horatius (Serm. 1, 5, 32.): *Ad unguem Factus homo.* — 278. *Arboribus positis*; vitibus ordinatis. *Secto limite*; ducto. Unde et *sectae philosophorum* dicuntur, i. e. ductus. *Quadret*; (dixit) consentiat, congruat. Translatio a quadris lapidibus, qui sibi invicem [bene] conveniunt. — 281. *Fluctuat*; splendet. *Numeris*; ordinationibus. — 285. *Pascat prospectus*; delectet: ut (A. 1, 464.): *Atque animum pictura pascit inani.* — 288. *Forsitan et scrobibus*; ut etiam supra (50.) diximus, scrobes masculini sunt generis. Nam Cicero in Oeconomicis sic dicit: et Plautus ait *Sexagenos (in dies) scrobes* Minor (Guelf. I. *non*

262) Burm. add. *Vitis genus*, i. e. ita fac scrobes, ut eodem anno,' quo factae fuerint, hieme contegantur, et anno sequenti vites ponas. *Optima putri*, i. e. optima, si solum putrescit; et quia rem difficilem videbatur praecepisse, addit: Id venti curant etc., per quod docuit nos, oportere, ut solibus et pruinis coquatur. Item alibi (204.): Ut cui putre solum. Omitt. libb. laud.

267) Burm. *Ut prima* etc., i. e. ubi arbores antehac fructuosae, vel etiam agrestes, degeneres effectae, fructuosae et saporis congrui existere possint. Et bene quia etc. Omitt. libb. laud. — G. *seges a secando* appellatur.

271) G. *Axi* cum sine additamento imponit, septemtrionem vult tibi ostendere.

Ad v. 272. G. *Restituant*, ut in eadem translatione partem observent, quam antea arbor translata tenebat.

Ad v. 276. Guelf. I.: *collesque sup.*, et hic subaudiendum *metaberis*.

277) G. post *aere*: in denso. vel fac ordines, vel indulge, i. e. da inter vites intervallum, cuius humus cumuli prosit in tenui colle.

Ad v. 286. 287. Burm. *vires aequas*, i. e. fertilitatem, aequalem omnibus viribus. *In vacuum*, in apertum et patulum. *Extendere*, excrescere. Omitt. lib. laud.

n.) autem est [Lucani, et] Gracchi auctoritas. Nam Lucanus 756.): ait: *Exigua posuit scrobe.* Gracchus, *Abunde fossa obis est*, quod exemplum in Terentiano est. *Quae sint fasti- ι quaeras;* fastigium et summae et imae partis possumus di- ·e: sicut (et) *altum* et mare et caelum dicimus. Hinc est 4, 51.): *Caelumque profundum.* Cum et puteus sit profun- s. — 289. *Ausim;* ausus sim, audebo. *Sulco;* [i. e.] fossae ıdd. *fossa*). — 291. *Aesculus in primis;* arbor est glandifera, ae licet ab esu dicta sit, tamen per *ae* (Guelf. I. *tamen aes* r *diphthongon*) scribitur (G. *tamen aspera est*), sicut et caela- m, licet a celo, [celas] habeat derivationem. — 293. *Non* ıbra; hoc nomen tantum pluralem recipit numerum. Ab eo ro, quod est *flamina*, *flamen* possumus dicere: licet sit vitan- m propter aliam significationem. Nam dicitur *flamen Dialis*, *men Martialis.* — 299. *Neve inter vites corylum sere;* radi- s enim eius nocent vitibus. *Neve flagella; flagella* dicuntur nmae arborum partes, ab eo quod crebros ventorum susti- nt flatus. — 301. *Tantus amor terrae;* sic diligenter a rustico er colendus est. *Ferro laede retuso;* retuso, obtuso, quo vites assantur potius quam putantur. — 302. *Neve oleae silvestres sere truncos;* non quod non prosit, sed ut etiam ipse dicit, opter casum (futuri) incendii. — 303. *Incautis pastoribus;* gligentibus, circa alia occupatis. — 308. *Ruit;* egerit, emittit,] ruere facit. Nam modo [*ruit*] agentis est. — 310. *A vertice;* Aquilone. Ut (1, 242.): *Hic vertex nobis semper subli- is.* — 311. *Ferens;* flans; ut (A. 3, 473.): *Fieret vento mora qua ferenti.* — 312. *Hoc ubi;* subaudis, *contigerit.* — 314. [*In- ix;* infecundus et sterilis.] *Superat;* superest. Ut (A. 3, 339.):

288) G. quia supra diximus; ut modum habeant profunditates, necesse est. — Postea: partes *fastigia* nominantur et hic pro imis dicitur.

289) G. *Vel tenui*, i. e. facilitate agriculturae: blanditur agricolae, ut ostendat, diligentia magis vites, quam labore prosurgere.

291) Burm. in fine add.: tamen alterius est sensus, nam caelum dicimus, quod videmus, et omnibus videntibus patet; *celatum* autem dicitur, quod a visu absconditur. — Idem ad v. 292. Tantum etc., i. e. quantum altior summitate sui consurgit, tantum etiam radicibus ima terrae profundius penetrat. Omitt. libb. laud.

Ad v. 295. Guelf. I. *durando*, diu vivendo.

Ad v. 300. Burm. *Aut summa* etc., dicit, non esse summitatem vitium amputandam, ut tantum plantae fiant. Omitt. libb. laud. — G. non de summa arbore plantam ponito, neque de summo vitem ponito.

301) G. *tantus* etc., ut statim germinant semina plantas vitium, aliter, tantus amor terrae, si cum radice deponas. — Guelf. I. *Semina neve ol.*, etenim quae propinqua terrae sunt, praecipue comprehendit et vallida fiunt; et *semina* hic pro plantis posuit. Silvestres etc.

302) G. Non quo prosit, ut etiam ipse dicit, sed propter causam incendii, i. e. non inseras truncis silvestribus oleas. pro pastoribus incautis i. e. negligentibus occupati enim sunt cura pecorum suorum. Idem ad 305. *Robora*, sparsa radicibus tendens ad ramos: in omni arbore *robor* nominatur.

303) Guelf. I. in fine add.: *Ruit*, nubem fert. ipse alibi (A. 1, 85.): *totumque a sedibus imis una eurusque nothusque ruunt;* et novit (moverit) ad celum dixit.

312) G. *reverti*, non valuerit reverti, dum fixas in terra non habeat radices, quasi et incensa habeant radices arborum, non revocatur a virgultis suis. —

agro, postquam Velinus siccatus est lacus: ubi [ut ibi] longam perticam magnitudo superabat [*superaret*] herbarum. — 207. *Aut unde iratus*; infoecunditati diuturnae. — 209. *Antiquasque domos*; aut re vera antiquas, aut caras. Sallustius, *Tantum antiquitatis curaeque maioribus pro Italica gente fuit.* Est autem ecbasis in ista descriptione. — 212. *Ieiuna glarea*; sicca et sterilis terra. — 213. *Casia* autem et *Rosmarinus* apibus aptae sunt herbae. — 214. *Tophus scaber*; lapis asperrimus. Unde et scabies dicitur ab asperitate. *Nigris*; nocentibus (noxiis). — 215. *Negant*; [scil.] Solinus et Nicander, qui de his rebus scripserunt. — 217. *Quae tenuem exhalat nebulam*; [nunc] dicit agrum omnium rerum feracem. Quattuor enim genera agrorum imitatur, qui solus potest quod illi quattuor: sicut sequentia indicant. *Fumosque volucres*; quasi fumos: scilicet ex humore. — 219. *Suo gramine*; naturali scilicet, non coacto. — 220. *Nec scabie et salsa laedit rubigine ferrum*; proprie. Nam *rubigo* quasi scabies ferri est. — 224. *Dives Capua*; ideo dives, quia talem arat. *Vesevo*; Vesevus mons est Liguriae, sub Alpibus positus. Nam Campaniae [mons quidem] *Vesuvius* dicitur: pro quo multi *Vesevum* [esse] positum volunt. — 225. *Et vacuis Clanius non aequus Acerris*; *Acerrae* civitas est Campaniae, haud longe a Neapoli: quam Clanius praeterfluit fluvius: cuius frequens inundatio eam exhaurit. Unde ait *vacuis*, i. e. infrequentibus. — 227. *Supra morem*; abundanter, plus aequo. Illi autem versus incomparabiles sunt: tantam habent sine aliqua perissologia repetitionem. — 229. *Densa magis Cereri*; bene addidit magis: nam hoc vult ostendere, quid ubi melius nascatur. Potest enim et frumentum in rara, et vinum in densa, sed non feliciter nasci. — 230. *Capies*; eliges. Ut (A. 1, 396.): *Aut capere, aut captas iam despectare videntur.* — 231. *In solido*; ne ager sit concavus. — 234. *Aptius uber erit*; aptior ubertas et fertilitas. — 236. *Glebas cunctantes*; validas, magnas, graves: ut (6, 210.): *Avidusque refringit Cunctantem.* — 237. Es-

207) G. infoecunditate, quia nullos ex his fructus habet. Guelf. I. post dict. add.: et aliter, quod tamdiu locus cessavit. Quae Philargyrii esse videntur; sed nihil huiuscemodi exstat inter Philargyriana.

Ad vv. 210. 211. Burm. *Enituit*, fertilitate iucundus exstitit. *Impulso*, immisso aratro, scil. ab agricolis. Omitt. libb. laud.

217) G. Nebulam aliquando pro nube. Sed est ros turbidissimus in aestate, et pruina in hyeme. *fumosque* quasi fumus.

219) Burm. add. Nam cum ager alia, quam ei natura dederit, aut amplius profert, per studium culturae cogi videtur. Hic autem de eo dicit, qui herbis naturaliter abundat. *Viridi* etc. i. e. herbis semper est plena, non per semina acceptis, sed naturaliter prolatis. Omitt. libb. laud.

225) G. in fine: desertis. Pauci enim Acerram incolunt, quia in paludes magna ex parte versa est. Idem ad v. 232. *Humum*, *humus* est interior pars terrae, *terra* superior. — Guelf. I. in fine addit: et aliter. acerre est civitas campaniae ex parte a campanis ex parte a Psidicinis condicta. *clanius* autem *amnis*. his cum increvit, agros paludes facit. Interdum ingressus oppidum, recedere municipes cogit. et ideo *vacue acerre*. Alibi sic. constat acerranos ab annibale secundo bello punico captos et necatos, unde ait *vacuas acerras*. Haec ad Philargyriana pertinere videntur.

236) G. *cunctantes*, i. e. dubitantes, utrum Baccho an Cereri conveniat.

pecta; proba. Ut (A. 8, 151.): *Et rebus spectata* (codd. exsp.) *iuventus.* — 239. *Nec mansuescit arando*; dum aratur. Alibi de arboribus ita (51.): *Exuerint silvestrem animum.* — 240. *Sua nomina*; propriam generositatem. Ut (A. 2, 89.): *Et nos aliquod nomenque decusque Gessimus.* — 241. *Specimen*; dignam probationem. *Spisso vimine*; spissi viminis. — 242. *Qualos colaque praelorum*; qualos, per quos vinum defluit: qui et ipsi a colando dicti sunt. Praela autem sunt trabes, quibus uva calcata iam premitur. — 244. *Eluctabitur*; cum mora egredietur. — 247. *Amaror*; amaritudo. Et est sermo Lucretii: et vera lectio ipsa est. Nam multi *amaro* legunt: ut sit, Sensu amaro. — 250. *Habendo*; dum habetur. *Lentescit*, i. e. cohaeret. — 251. [*Humida*; quae humore abundat et aqua.] *Iusto laetior*; ultra modum, plus quam oportet. — 252. *Ah nimium ne sit mihi fertilis illa*; scil. ne herbae plus aequo crescentes spem adimant frumentorum. Unde ait in primo (112.): *Luxuriem segetum tenera depascit in herba.* — 253. *Primis aristis*; herbis surgentibus, quarum luxuries futuris frugibus nocet: quas culmi tenues ferre non possunt. — 256. *Et quisquis color*; vera lectio haec est. Nam male quidam: *Et quis cuique* legunt, excludentes *At*: ut sit, Et quis cuique color, sceleratum exquirere frigus, Difficile est. Alii *colos* legunt, ut excluso s fiat Synaloepha: et scandamus [ita]: Et quis cuique col', at sceleratum: ut sic sit, quemadmodum (A. 12, 709.): *Inter se coiisse viros et decernere ferro.* Quod non procedit. Tunc enim *r* in *s* mutatur, cum longa opus est syllaba, ut *color*, *colos*, *labor*, *labos*, [honor et honos.] Hic autem non solum longam non facit syllabam, sed etiam excluditur *s* cum superiore vocali. Unde (ut diximus) legendum est *quisquis color*, quod nec obscuritatem affert, nec fidem derogat lectioni. *Sceleratum*; nocens, omnia exurens. [*Frigus*; i. e. terram, cui frigus dominatur, exquirere difficile est.] — 258. *Hederae pandunt vestigia nigrae*; hederae indicant frigus. Nam *vestigia* appellavit indicia. *Nigrae* autem ad albarum discretionem, ut (Ecl. 7, 38.): *Hedera formosior alba.* — 259. *His animadversis*; i. e., agri qualitate deprehensa. *Terram multo ante memento Excoquere*; et hoc dicit, non esse eo anno ponendas vites, quo fodiuntur scrobes: sed post annum, ut calore,

240) G. *sua nomina*, id (i. e.) suas naturas et nomina amittunt.

242) G. *Cola* instrumentum, quo vinum premitur, *praela* quibus exprimuntur et torquentur uvae. docet Virgilius, agricolam ad vitem praela congregare, ut colis dulce vinum exprimeret. Idem ad v. 243. *dulcesque*, dulces fiunt fontes, terra tamen salsa fit.

244) G. *Ad plenum*, i. e. desuper humantur fontes, ut lympha eorum expurget terrae amaritudinem tacitam.

247) G. in fine: bene in superioribus divisit terrarum speciem, separatim salsam, separatim amaram. alia enim salsa, alia amara, nec unum saporem utraque retinet. et hic de sola loquitur amara.

Ad v. 254. Burm. *Prodit*, i. e. si manu teneatur eius aliqua pars, statim sciri potest ex pondere, gravem et validam esse terram. Omitt. libb. laud. —

Ad v. 257. G. *Piceae*, ligna, in quibus nascitur pix. *Taxi*, arbores, quae in frigido loco melius crescunt. Idem ad 260. *Excoquere*, Ad illud refer (G. 1, 88.): *Sive quod illis omne per ignem excoquitur vitium.*

frigore, et labore rustici possit terra putrefieri. — 262. *Infodias*; obruas. — 264. *Et labefacta movens*; hypallage movens et labefaciens. *Ante locum similem exquirunt*; dicit, in translatione arborum similem terram esse requirendam. — 267. *Arboribus seges*; quia de seminario loquitur arborum, bene *segetem* appellavit. *Digesta*; i. e., ordinata. Ut (A. 3, 446.): *Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.* — 268. *Matrem*; terram. Ut (A. 3, 96.): *Antiquam exquirite matrem.* — 269. *In cortice*; plantae scil. — 270. *Qua terga obverterit axi*; Septemtrioni. Nam Graece ἅμαξα dicitur. — 272. *Collibus, an plano melius sit ponere vitem, Quaere;* atqui supra (113) ait: *Denique apertos Bacchus amat colles:* sed etiam in vallibus poni posse vites superius indicavit. Ut (190.): *Hic tibi praevalidas olim multoque fluentes Sufficiet Baccho vites.* Unde modo utrumque complectitur, et dicit: quemadmodum in plano, quemadmodum (et) in collibus vites ponere debemus. — 274. *Metabere;* eliges. Et longe alia significatio est *Metor metaris;* unde Lucanus (1, 382.): *Hesperios audax veniam metator in agros:* et alia *Metor meteris.* Illud enim *metatus sum:* hoc *messus sum* facit, ut (11, 68.): *Messum de pollice florem.* — 275. *Densa;* pro dense. Ut (G. 3, 500.): *Et pede terram Crebra ferit*, [pro crebro.] — 277. *Indulge ordinibus;* da operam: ut (A. 11, 165.): *Indulgent vino:* et eos (Burm. ordines) effice largiores. Nam de plano ait: *Densa fere. In unguem*; ad perfectionem. Et est translatio a marmorariis, qui iuncturas unguibus probant. Horatius (Serm. 1, 5, 32.): *Ad unguem Factus homo.* — 278. *Arboribus positis*; vitibus ordinatis. *Secto limite;* ducto. Unde et *sectae philosophorum* dicuntur, i. e. ductus. *Quadret*; (dixit) consentiat, congruat. Translatio a quadris lapidibus, qui sibi invicem [bene] conveniunt. — 281. *Fluctuat;* splendet. *Numeris;* ordinationibus. — 285. *Pascat prospectus;* delectet: ut (A. 1, 464.): *Atque animum pictura pascit inani.* — 288. *Forsitan et scrobibus;* ut etiam supra (50.) diximus, scrobes masculini sunt generis. Nam Cicero in Oeconomicis sic dicit: et Plautus ait *Sexagenos (in dies) scrobes* Minor (Guelf. I. *non*

262) Burm. add. *Vitis genus*, i. e. ita fac scrobes, ut eodem anno, quo factae fuerint, hieme contegantur, et anno sequenti vites ponas. *Optima putri*, i. e. optima, si solum putrescit; et quia rem difficilem videbatur praecepisse, addit: Id venti curant etc., per quod docuit nos, oportere, ut solibus et pruinis coquatur. Item alibi (204.): Ut cui putre solum. Omitt. libb. laud.

267) Burm. *Ut prima* etc., i. e. ubi arbores antehac fructuosae, vel etiam agrestes, degeneres effectae, fructuosae et saporis congrui existere possint. Et bene quia etc. Omitt. libb. laud. — G. *seges* a *secando* appellatur.

271) G. *Axi* cum sine additamento imponit, septemtrionem vult tibi ostendere.

Ad v. 272. G. *Restituant*, ut in eadem translatione partem observent, quam antea arbor translata tenebat.

Ad v. 276. Guelf. I.: *collesque sup.*, et hic subaudiendum *metaberis*.

277) G. post *aere:* in denso. vel fac ordines, vel indulge, i. e. da inter vites intervallum, cuius humus cumuli prosit in tenui colle.

Ad v. 286. 287. Burm. *vires aequas*, i. e. fertilitatem, aequalem omnibus viribus. *In vacuum*, in apertum et patulum. *Extendere*, excrescere. Omitt. lib. laud.

min.) autem est [Lucani, et] Gracchi auctoritas. Nam Lucanus (8, 756.): ait: *Exigua posuit scrobe.* Gracchus, *Abunde fossa scrobis est*, quod exemplum in Terentiano est. *Quae sint fastigia quaeras;* fastigium et summae et imae partis possumus dicere: sicut (et) *altum* et mare et caelum dicimus. Hinc est (E. 4, 51.): *Caelumque profundum.* Cum et puteus sit profundus. — 289. *Ausim;* ausus sim, audebo. *Sulco;* [i. e.] fossae (codd. *fossa*). — 291. *Aesculus in primis;* arbor est glandifera, quae licet ab esu dicta sit, tamen per *ae* (Guelf. I. *tamen aes per diphthongon*) scribitur (G. *tamen aspera est*), sicut et caelatum, licet a celo, [celas] habeat derivationem. — 293. *Non flabra;* hoc nomen tantum pluralem recipit numerum. Ab eo vero, quod est *flamina*, *flamen* possumus dicere: licet sit vitandum propter aliam significationem. Nam dicitur *flamen Dialis*, *flamen Martialis.* — 299. *Neve inter vites corylum sere;* radices enim eius nocent vitibus. *Neve flagella; flagella* dicuntur summae arborum partes, ab eo quod crebros ventorum sustinent flatus. — 301. *Tantus amor terrae;* sic diligenter a rustico ager colendus est. *Ferro laede retuso;* retuso, obtuso, quo vites quassantur potius quam putantur. — 302. *Neve oleae silvestres insere truncos;* non quod non prosit, sed ut etiam ipse dicit, propter casum (futuri) incendii. — 303. *Incautis pastoribus;* negligentibus, circa alia occupatis. — 308. *Ruit;* egerit, emittit, [et] ruere facit. Nam modo [*ruit*] agentis est. — 310. *A vertice;* ab Aquilone. Ut (1, 242.): *Hic vertex nobis semper sublimis.* — 311. *Ferens;* flans; ut (A. 3, 473.): *Fieret vento mora nequa ferenti.* — 312. *Hoc ubi;* subaudis, *contigerit.* — 314. [*Infelix;* infecundus et sterilis.] *Superat;* superest. Ut (A. 3, 339.):

288) G. quia supra diximus; ut modum habeant profunditates, necesse est. — Postea: partes *fastigia* nominantur et hic pro imis dicitur.

289) G. *Vel tenui*, i. e. facilitate agriculturae: blanditur agricolae, ut ostendat, diligentia magis vites, quam labore prosurgere.

291) Burm. in fine add.: tamen alterius est sensus, nam caelum dicimus, quod videmus, et omnibus videntibus patet; *celatum* autem dicitur, quod a visu absconditur. — Idem ad v. 292. Tantum etc., i. e. quantum altior summitate sui consurgit, tantum etiam radicibus ima terrae profundius penetrat. Omitt. libb. laud.

Ad v. 295. Guelf. I. *durando*, diu vivendo.

Ad v. 300. Burm. *Aut summa* etc., dicit, non esse summitatem vitium amputandam, ut tantum plantae fiant. Omitt. libb. laud. — G. non de summa arbore plantam ponito, neque de summo vitem ponito.

301) G. *tantus* etc., ut statim germinant semina plantas vitium. aliter, tantus amor terrae, si cum radice deponas. — Guelf. I. *Semina neve ol.*, etenim quae propinqua terrae sunt, praecipue comprehendit et vallida fiunt; et *semina* hic pro plantis posuit. Silvestres etc.

302) G. Non quo prosit, ut etiam ipse dicit, sed propter causam incendii, i. e. non inseras truncis silvestribus oleas. pro pastoribus incautis i. e. negligentibus occupati enim sunt cura pecorum suorum. Idem ad 305. *Robora*, sparsa radicibus tendens ad ramos: in omni arbore *robor* nominatur.

303) Guelf. I. in fine add.: *Ruit*, nubem fert. ipse alibi (A. 1, 85.): *totumque a sedibus imis una eurusque nothusque ruunt;* et nouit (moverit) ad celum dixit.

312) G. *reverti*, non valuerit reverti, dum fixas in terra non habeat radices, quasi et incensa habeant radices arborum, non revocatur a virgultis suis. —

Quid, puer Ascanius, superatne? — 315. *Nec tibi tam prudens quisquam*; dicit quo tempore ponendae sint vites: et probat tolerabilius auctumno, melius verno. Nam dicturus est: Ver adeo frondi nemorum, ver utile silvis (Guelf. I. add. *i. e. valde*). — 318. *Concretam radicem*; ante enim quasi gutta quaedam est, ex humore et terra procreata, quae postea tenditur in radicem. *Vere rubenti*; floribus splendido. — 320. *Candida venit avis*; Iuvenalis (14, 74.): *Serpente ciconia pullos Nutrit.* — 324. *Vere tument terrae*; Asper simpliciter accipit, ut *terrae* nominativus pluralis sit. Donatus vero *terrae* genitivum vult esse singularem: ut sit sensus mutata distinctione, Vere tument silvae, scilicet a superioribus; terrae et genitalia semina poscunt. I. e. tument silvae et genitalia semina terrarum requirunt. Sed melius Asprum sequimur: ut *Genitalia semina*, quae nos iacimus intelligamus, non quae ex terra silvae suscipiunt. Genitalia autem dicimus semina, quibus aliquid procreatur et gignitur. *Tument*; suspenduntur. — 325. *Pater omnipotens fecundis*; interdum pro aëre Iuno [et] pro aethere Iuppiter. ponitur. Aliquoties et pro aëre et pro aethere Iuppiter. Iuno vero pro terra et aqua: sicut hoc loco intelligimus. Nam aether non habet pluvias, unde aetherem pro Iove accipimus: cui tribuuntur aër et aether: quae duo mixta terrae et humori [pro quibus Iuno ponitur] universa procreant. Dicit autem verno tempore esse pluvias. quibus cuncta nascuntur. Unde fecundis imbribus dixit:. quibus terra fecundatur. — 327. *Magno commixtus corpore fetus*; pro *corpori.* Ut (A. 10, 361.): *Haeret pede pes.* Item alibi (A. 6, 727.): *Et magno se corpore miscet.* Licet possimus accipere: Commixtus terrae magno suo corpore, i. e. aetherio. — 329. *Certis diebus*; statutis, legitimis, a natura arcana quadam ratione dispositis: ut tractat Lucretius, qui dicit rationem hanc ex aetherio calore descendere. — 330. *Almus* ager: ab eo quod nos alat. *Zephyri*; Favonii: alibi (1, 44.): *Et Zephyro putris se gleba resol-*

320) Burm. *avis*, i. e. ciconia. *invisa*, i. e. odiosa eis. nam interficit illos et comedit. Iuvenalis etc. Illa omitt. libb. laud. — G. Candida, i. e. vineta, Iuvenalis dicit, sed candida a visco cuius * quam manducant serpentes, quaeque prope Cygni magnitudinem esse dicitur. *Autumni*, i. e. in fine, et principio hyemis. *Candida* i. e. Ciconia, i. e. Antigona, filia Laomedontis, regis Troiae, quae habuit comam magnam, ut diceret se similem Iunoni, cui displicuit similitudo eius, quam contra se, et mutavit comam Antigonae in serpentes nocentes ei, et postea miseratione deorum versa est in avem, quae veris tempore ab Africa venit. *invisa colubris*, quod eorum causa versa est in avem. *Rapidus sol*, ad vulgi opinionem tulit se.

325) G. ponitur. vel Iuppiter interdum superior aër, Iuno aër inferior accipitur, qui est humidus.

Ad v. 326. Burm. *Coniugis in gr.*, in terram, quae intelligitur per Iunonem, in gremium suum. *Alit*, nutrit, fovet. Omitt. libb. laud. — G. *Coniugis*, Iunonis, quae, ut diximus, aër humidus, i. e. inferior. Aliter (alii) terram arbitrantur. Iuppiter enim Aether esse dicitur, et eius coniux terra; cum cubuerint (concub.), tunc terra fructus mortalibus profert. Terra autem frigida, aether calidus. Caeli uxor est Terra.

Ad v. 328. Burm. *Avia*, in quibus non est via; vel deserta. *Tum*, vere scil. *Resonant*, rem dicit naturalem: quod veris tempore amplius solent aves cantus edere, tam ex serenitate temporis, quam ex herbarum frondiumque innovatione et naturalis voluptatis. Omitt. libb. laud.

vit. Horatius (Carm. 1, 4.): *Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni. Novos soles;* dies vernales. — 333. *Nec metuit surgentes pampinus austros;* varie. Nam supra ait, *Audent se gramina tuto* (Guelf. I. *campo*). — 335. *Trudit;* propellit, effundit in folia. — 336. *Non alios prima*; hoc secundum licentiam poëticam dixit. Nam falsum est. Constat enim post factum mundum ex qualitate cursus solis tempora esse divisa. — 337. *Tenorem;* ductum, hic continuationem. — 338. *Ver illud erat;* absoluta elocutio: quicquid illud fuerit, ver fuit. — 339. *Hibernis flatibus*; asperis, saevis. — 341. *Virumque Ferrea progenies;* procreata ex lapidibus ad laborem. Alibi (G. 1,63.): *Unde homines nati durum genus.* — 342. *Immissaeque* etc.; hunc ordinem propter Arcadas tenuit, qui se Proselenos esse asserunt, i. e. ante lunam natos: quod et Cicero in Fundaniana commemorat: et Statius (Theb. 4, 275.) qui ait, *Arcades astris, lunaque priores.* — 343. *Hunc laborem;* vel frigoris, vel caloris (crescendi scil.). — 344. *Quies;* tranquillitas. Et est veris definitio. — 346. *Quod superest*; non quod deest, sed quod sequitur. *Premes;* demerges, infodies. *Quaecunque virgulta;* sive de plantariis, sive de arboribus. — 348. *Lapidem bibulum;* qui arenarius vocatur. *Conchae* autem propter admittenda spiramina infodiuntur. *Lapis* vero arenarius, et propter spiramina, et propter hauriendum humorem, si forte nimius fuerit. *Squalentes;* sordidas. — 350. *Animos tollent;* sument ab his rebus magnanimitatem. *Iamque reperti*; scilicet diligentiores. — 352. *Effusos munimen ad imbres*; contra nimias pluvias. — 353. *Hiulca*; nimiis caloribus fissa. — 355. *Ad capita*; positarum scilicet vitium. *Iactare* autem *bidentes*; [hoc] ad comminuendas pertinet glebas. Dicit autem circumfodiendum esse: et ad ipsa capita plantarum terram adducendam, et saepius ideo; quia et

Ad v. 334. Burm. *Aut* etc., i. e. nullos calores aut etiam pluvias tunc vites timent: quippe temperie. Omitt. iidem.

337) G. eandem similitudinem.

338) Idem in fine add. versum Lucretii (5, 815.): At novitas mundi, nec frigora dura sciebat, Nec minus aestu, sed nec magnis viribus curas. — Burm. add. *Ver magnus* etc., i. e. magnus orbis tunc vernale tempus ducebat, in sui scil. primordio. Potest et magnum orbem zodiacum circulum dicere, qui temporum divisionem facit. Quod si est, *agebat* pro *circumagebat* accipiendum erit. Omitt. iidem libb.

344) Burm. add. *Frigusque* etc., dicit oriente vere ideirco temperamentum fuisse, ut res novae tunc orientes, et adhuc tenerae, nec hyemis frigora, nec aestatis calores fere sufficerent.

345) *Exciperet*, acciperet. *Caeli indulgentia*, i. e. serenitas et temperatio (G. aëris temperies). Omitt. iidem.

346) Guelf. I. *premes* pro presseris. et aliter demerges, infodies; quasi haec Philargyriana sint.

348) G. *Scalentes*, scatebrosas.

350) G. *Halitus*. adeo etiam animum, quibus etiam halitum dat, non aërem sumunt.

353) G. nimiis cal. scissa. nam *hiulcus* dicitur, qui *hiat*, *petulcus*, qui petit.

355) G. *Bidentes*, ferramenta bidentes habentia ad comm. gl. pertinent.

vento et imbribus a capite terra descendit. — 357. *Flectere luctantes;* cum quadam moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiantur. — 358. *Leves calamos;* nitidos. Dicit autem et cannas et virgas radendas, ne ex corticibus rubigo adversa vitibus possit creari. — 361. *Sequi tabulata;* tabulata sunt rami effusiores et in plana tendentes, non in altiora crescentes. — 362. *Adolescit*; crescit. Per *purum*; per aërem, quasi inanem. — 365. *Ipsa acie falcis nondum tentanda*; si *acies*, sensus hic est, Teneris adhuc vitibus, non est falcis acies necessaria. Si *acie*, subaudimus virgulta: ut sit, Ipsa virgulta nondum falcis acie tentanda sunt. — 367. *Stirpibus;* solidioribus palmitibus, i. e. truncis. — 371. *Texenda sepes etiam*; alii hic distinguunt: alii separant: *texendae sepes, et iam [et] pecus omne tenendum.* — 372. *Frons tenera*; *frondis* est vera lectio (et antiqua). Lucretius (1, 19.): *Frondiferasque domos avium.* [Apud antiquiores enim singularis nominativus erat frondis:] hodie vero et a fronte et a fronde unus est nominativus *frons*, sicut etiam *lens* a *lente*, et a *lende* capitis breviore pediculo. — 373. *Solemque potentem;* intolerabilem, gravem. *Indignas* autem *Hiemes*; saevas. — 374. *Silvestres uri;* i. e. boves *agrestes*, qui in Pirenaeo monte nascuntur, inter Gallias et Hispanias posito. Sunt autem exceptis elephantis, maiores animalibus ceteris. Dicti uri ἀπὸ τῶν ὀρέων. I. e. a montibus (*uri*, quos vulgo *bobulos* appellant. G.). *Capreaeque sequaces*; i. e. persecutrices, seu quod vites avidius persequantur, ut (A. 5, 193.): *Maleaeque sequacibus undis.* — 377. *Incumbens scopulis;* etiam saxa caloribus penetrans. — 379. *Admorso*; participium est, ac si diceret abroso. — 380. *Non aliam ob culpam*; victimae numinibus aut per similitudinem, aut per contrarietatem immolabantur. Per similitudinem, ut nigrum pecus Plutoni. Per contrarietatem, ut porca, quae obest frugibus, Cereri: et caper qui obest vitibus Libero. Item et Aesculapio capra qui est deus salutis, cum capra nunquam sine febre sit. *Aris* autem *omnibus* non sine causa dixit. Nam cum numinibus ceteris varie pro qualitate regionum sacrificetur, ut Veneri Paphiae tantum de ture (Guelf. l. *tantum insula detur*): unde est (A. 1, 335.): *Haud equidem tali me dignor honore.* Genitrici vero, i. e., Romanae, etiam de victimis: Libero ubique caper immolatur, quia vites, quae in honore ipsius fuerant, ab eo comestae sunt. Iratus Liber pater eum occidi fecit, et ei tolli utrem, in quo mitti vinum fecit pro eius

358) B. G. *calamos*, nodos et cannas virgas tondendas. *Rasae* pro planissimae virgae.

Ad v. 359. G. *Sudes*, quibus texuntur sepes. 360. *Eniti*, adminiculo vitium est.

361) G. *Tabulata;* spatium quod interest ramis arborum, *tabulatum* dicitur. item *tabul.*, rami, qui in plana crescentes, non altiora petentes. *Per ulmos*, inter ramos.

Ad 363. G. *Parcendum teneris*, ut radices robore accipiant, initia non inquietanda.

Ad 370. Burm. *Dura*, aut laboriosa; aut quasi durum sit ipsis vitibus, ferro amputari. Omitt. libb. laud.

371) G. *Tenendum*, arcendum, ne morsibus laedant.

379) G. *Cicatrix*, vulnus ignium arboris rapto cortice dixit.

vindicta. — 381. *Veteres ineunt proscenia ludi*; primi ludi theatrales ex liberalibus nati sunt: Ideo ait, *veteres ludi*. *Proscenia* autem sunt pulpita ante scenam, in quibus ludicra exercentur. — 382. *Pagos et compita circum*; i. e., per quadrivia, quae compita appellantur, ab eo quod multae viae in unum confluant, et villas, quae *pagi* ἀπὸ τῶν πηγῶν appellantur, i. e. a fontibus circa quos villae consueverant condi. Unde et *pagani* dicti sunt, quasi ex uno fonte potantes. *Compita* autem sunt unde ludi compitalitii [vocantur]. — 383. *Thesidae*; Athenienses, qui primi ludos instituere Liberalia. — 384. *Mollibus in pratis unctos saluere per utres*; perunctos vel oleo vel lixivia. *In pratis* autem ideo ne laederentur cadentes. *Utres* vero fiebant ad insultationem etiam mortuorum caprorum, ne quid ex his esset quod non sentiret iniuriam. *Saluere*; secundum artem locutus est. Nam [antiqui] *Salio salui* dicebant [nunc autem et salivi]: unde et Cicero ait, in Miloniana (10.): *Cum hic de rheda retecta penula desiluisset*. Sic etiam ab eo quod est *Cano*, non *cecini*, sed *canui* dicebant, unde Sallustius, *Cornua occanuerunt*. — 385. *Nec non Ausonii Troia gens*; hoc est etiam Romani haec sacra celebrant et canunt. Nam hoc est *Versibus incomptis ludunt*. I. e. carminibus Saturnio metro compositis. Quod ad rhythmum solum (Guelf. *ad rithmi usum*) vulgares componere consueverunt. Horatius (Epist. 2, 1, 147.): *Libertasque recurrentes accepta per annos Lusit amabiliter*. — 386. *Risuque soluto*; i. e. cachinno. — 387. *Oraque corticibus sumunt*; quia necesse erat pro ratione sacrorum aliqua ludicra et turpia fieri quibus posset populo risus moveri: qui (vero) ea exercebant, propter verecundiam remedium hoc adhibuerunt, ne agnoscerentur, ut personas factas de arborum corticibus sumerent. — 388. *Et te bacche vocant*; hymnos in tuum canunt honorem. — 389. *Tibique oscilla mollia*; pensilia. Ut (A. 8. 666.): *Pilentis matres* (codd. matris) *in mollibus*. *Oscillorum* autem variae sunt opiniones. Nam alii hanc asserunt fabulam: Icarus Atheniensis, pater Erigones, cum acceptum a Libero patre vinum

381) G. *Proscenium* dicitur locus, in quo concurrunt in scena ludentes. item inter *scenam* et *prosc.* hoc interest, quod *scena*, dispositio columnarum et erectio ipsius ornatus; ut in primo (428.): Columnas rupibus excidunt, scenis decora alba futuris. *Prosc.* i. e. ipsum spatium. — In vv. Philarg. ad v. 382. Guelf. I. pro *relatio* hab. *reglatio* (reprol.) quod fort. ad genuinam lectionem ducat. Dein exhibet: *ex se vias atque itinera*.

384) G. iniuriam. Romulus cum aedificaret Iovis, pelles iunctas (unctas) stravit, et sic ludos edidit, ut et caelestibus (caestib.) dimicarent, et cursu contenderent, quam rem Ennius in Annalibus testatur. — In loco Ciceronis V. L. Vos. desilisset. Guelf. I. *cum hic de redare lecta penula resaluisset*. Guelf. II. *reiecta pen.* In loco Sall. L. V. Vos. Guelf. I. *hoc canuerunt*.

389) In fine G. Item, Icarus cum a Libero patre pro munere accepisset vinum, quod domum secum ad civitatem adferret, a latronibus comprehensus est; et cum is ultro munere obtulisset poculum vini, atque illi ebrii venenum sibi datum putaverunt, atque eum interfecerunt. Et postmodum cum filia eius Erigone mortem (mortuum) quaereret, quae cum reperisset corpus eius, laqueo vitam finivit. Inde Athenienses filias suas laqueis integebant. post cuius interitum cum multi (multae) Atheniensium tali morte interirent, consuluerunt oraculum, qui (quod) respondit, Erigones mortem expediendam (expiandam) esse eandem placandam. Tunc instituerunt ludos et dies festos, et arboris (arbo

mortalibus indicaret, occisus est a rusticis: qui cum plus aequo potassent, inebriati (codd. *debriati*) se venenum accepisse crediderunt; huius canis est reversus ad Erigonem filiam (eius). Quae cum eius comitata vestigia pervenisset ad patris cadaver, laqueo vitam finivit. Haec deorum voluntate inter astra relata est, quam *virginem* vocant. Canis quoque ille est inter sidera collocatus. Sed post aliquantum tempus Atheniensibus morbus immissus est talis, ut eorum virgines furore quodam compellerentur ad laqueum, responditque oraculum, sedari posse illam pestilentiam, si Erigonis, et Icari cadavera requirerentur: quae cum diu quaesita nusquam invenirentur, ad ostendendam suam devotionem Athenienses, ut etiam in alieno ea quaerere viderentur elemento, suspenderunt de arboribus funem: ad quem se tenentes homines hac atque illac agitabantur, ut quasi etiam per aërem illorum cadavera quaerere viderentur. Sed cum inde plerique caderent, inventum est, ut formas ad oris sui similitudinem facerent, et eas pro se suspensas moverent. Unde et *oscilla* dicta sunt ab eo, quod in his (oribus) *cillerentur*, i. e. moverentur ora. Nam *cillere* est movere: unde et *furcillae* dictae sunt, quibus frumenta cillentur. Alii dicunt, *oscilla* esse membra virilia de floribus facta, quae suspendebantur, per intercolumnia: ita ut in ea homines acceptis clausis personis impingerent, et ea ore *cillerent*, i. e. moverent ad risum populo commovendum. Et hoc in Orpheo lectum est. Prudentioribus tamen aliud placet, qui dicunt sacra Liberi patris ad purgationem animae pertinere. Omnis autem purgatio aut per aquam fit, aut per ignem, aut per aërem: sicut et in sexto (741.) ait: *Aliae panduntur inanes Suspensae ad ventos, aliis sub gurgite vasto, Infestum* (codd. infectum) *eluitur scelus: aut exuritur igni.* Ut nunc per *oscilla* genus purgationis, [videlicet aëris] quod est maximum intelligamus: Nam primum est aquae, secundum [est] ignis, tertium aëris. — 390. *Hinc omnis largo pubescit vinea foetu;* post haec sacra celebrata. — 393. *Ergo rite suum Baccho dicemus honorem;* iuste igitur Liberi celebrabimus sacra. *Honestum;* pulchrum. — 394. *Carminibus patriis;* i. e. Romana lingua, pleraque enim sacra, pro gentium qualitate: pleraque secundum suum ritum coluntur. Nam hymni Libero apud Graecos Graeca, apud Latinos Latina voce dicuntur. Hymni vero matris deum ubique propriam, i. e. Graecam linguam requirunt. — 395. *Stabit sacer;* placebit. Tunc est enim aptum sacrificium, cum dedicatum animal victimae patiens invenitur; unde et alibi sic ait (9, 627.): *Et statuam ante aras aurata fronte iuvencum.*

bus) laqueos pensiles illigare, in quibus se huc illuc ferrent, quos laqueos *oscilla* vocaverunt. Alii dicunt, post mortem Latini regis, quaesiverunt eum in terra et in mari, et nunquam (nusq.) inventum est corpus eius; quaesiverunt eum in aëre, et suspendisse [se] laqueo inventum est. Hinc initiaverunt hoc genus mortis.

395) G. *Ductus*, iuxta aruspicinam dicit. Quoniam tum festa victima, quoties patientiam praebet, ut alio loco: *Est autem (et statuam) ante aras aurata fronte iuvencum.* Quotiescunque in sudibus devota victa (victima) reperitur et fugit, magnum exitium significat. — In versu Lucani V. pro *ara* hab. *aura;* L. Vos: *lara.*

I. e. placere faciam. Contra Lucanus (7, 165.): *Discussa fugit ab ara Taurus.* *Sacer* autem (est) execrabilis. Ut (A. 3, 57.): *Auri sacra fames.* — 396. *In verubus torrebimus exta oolurnis;* quia sicut etiam caper inimicus est vitibus, ita eis nocet et corylus. Unde et ait supra, Neve inter vites corylum sere. — 397. *Est etiam ille labor;* iam paulatim tendit ad vitium vituperationem, dicens et infinitum esse earum laborem, ut, Cui nunquam exhausti satis est. Et incertum fructum, ut (419.): *Et iam maturis metuendus Iuppiter uvis.* Et ipsum etiam fructum perniciosum: ut (455.): *Bacchus et ad culpam causas dedit.* — 398. *Exhausti satis est;* exhaustionis, finitionis. Quod quia asperum visum est, se ad figuram transtulit, et ait *Exhausti.* Ut (A. 2, 427.): *Servantissimus aequi:* pro aequitatis. *Omne solum;* continens, scilicet vites. — 400. *Aeternum;* semper, perpetuo. Et absolute locutus est. *Levandum fronde nemus;* relevandum, spoliandum. Omne autem nemus dicit et arborum et vitium. Unde paulo post dicturus est, Bis vitibus ingruit umbra. — 401. *Labor actus in orbem;* i. e. in anni circuitum labor se invicem consequitur rusticorum. — 403. *Olim;* quandoque. Significat autem finalé tempus auctumni. *Seras frondes;* sero cadentes. Tarde enim spoliantur frondibus vites. — 404. *Frigidus et silvis aquilo decussit honorem;* Varronis hic versus est. — 405. *Acer;* non quilibet; sed acer et diligens. *Curas venientem extendit in annum;* quasi in tempore alieno praemeditatur futurum laborem. — 406. *Et curvo Saturni dente;* i. e. falce, quae est in eius tutela. Nam Saturnus dicitur patri Coelo virilia falce amputasse, quae in mare cadentia Venerem creaverunt: quod ideo fingitur, quia nisi humor de coelo in terram descenderit, nihil creatur. Alii Saturnum deum esse temporum dicunt, quae, sicut falx, in se recurrunt. Alii vero dicunt Saturnum in progressu (Guelf. I. *Sat. recto incessu*) nihil nocere, cum retrogradus est, esse periculosum. Ideoque eum habere falcem in tutela, quod et ipsa protenta nihil valet: retro acta vero, quicquid ei occurrerit secat. *Relictam;* scilicet a se paulo ante desertam. — 407. *Fingitque putando;* componit. Ut (A. 6, 80.): *Fingitque premendo.* — 408. *Primus humum fodito;* hoc est ad laborem primum te esse convenit, ultimum ad fructus legendos. Vinum enim factum de uvis immaturis cito acescit: et hoc loco inest vitium vituperatio, quarum fructus aut immaturi collecti depereunt: aut si earum (codd. *eorum*) fuerit expectata maturitas, nihilominus pereunt. Nam dicturus est (419.): *Et iam maturis metuendus Iuppiter uvis.* — 409. *Et vallos primus sub tecta referto;* vitium sustentacula, quae [in] nonnullis locis, in tecta portantur, ne imbribus cito depereant. — 410. *Metito;* vindemiato. Et per hoc dicit maturam uvam debere

403) G. vel *seras*, pristinas, ut Sallustius.

410) G. *metito* a verbo *meto*, *postremo metito* i. e. legito; perseverat enim in translatione, ut quantum vindemiae segetem dixerat metendam, eandem vindemiam diceret, pro colligendam. postremo autem maturius iussit, quam quanto maturior fuerit lecta vindemia, tanto dulcius dabit vinum. sic hic *metere* dixit pro eligere, ut ibi ait (4, 231.): tempora messis, cum de melle colligendo loqueretur.

colligi. *Bis vitibus ingruit umbra;* vitis et arboris, [quae amputanda est,] ut dempta folia solem admittant, quo possint uvae maturescere. — 411. *Bis;* semel auctumnali, (et) semel verno tempore. — 412. *Uterque labor;* et evellendarum herbarum et frondium secandarum. *Laudato ingentia rura, Exiguum colito;* hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agricultara: quod ideo dictum est, vel quia maiores agros incultos *rura* dicebant, i. e. silvas, et pascua: *agrum* vero, qui colebatur: ut intellegamus: Laudato ingentes silvas, colito agrum minorem. Vel, quod melius est, quia ait in primo (71.): *Alternis idem tonsas cessare novales, Et segnem patiere situ durescere campum:* quod fieri non potest, nisi fuerint spatia maiora terrarum. Nam et Cato, ut diximus, et Cicero in Oeconomicis ob hoc laudant praedia latifundia, vel quod, ut dicit Donatus, etiam non culta praestant aliquid domino. — 413. *Rusci;* [ruscum] virgultum est, unde vites ligantur. Et commemorat labores qui licet circa alia, tamen pro vitibus exercentur. — 415. *Incultique exercet cura salicti;* quasi cum indignatione ait: Causa vitium, cura nos etiam sponte nascentium rerum fatigat. — 416. *Falcem arb. reponunt;* putatae sunt, nec falcem requirunt. — 417. *Iam canit* etc.; melius est *effetus* legere, quam *effetos:* ut quidam legunt. Et *antes* alii extremos vinearum ordines accipiunt: alii macerias quibus vineta clauduntur: quae maceriae fiunt de assis, i. e. siccis lapidibus. Unde (et) *assae tibiae* dicuntur, quibus canitur sine chori voce. Dicuntur autem *antes* a lapidibus eminentioribus, qui interponuntur ad maceriam sustentandam: nam proprie *antes* sunt eminentes lapides, vel columnae ultimae, quibus fabrica sustinetur. Et appellantur antes *ἀπὸ τοῦ ἀντεστηκέναι:* ad quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum possumus trahere qui ante stant. Hoc autem dicit: Iam cantat rusticus labore finito: tamen deesse non potest quod exercere circa culturam vitium debeat. — 418. *Pulvisque movendus;* genus ipsum culturae pulveratio vocatur. quo imminutae glebae vitibus applicantur. — 419. *Maturis metuendus Iuppiter uvis;* aër, more suo, cuius varietas plerumque laborem decipit rusticorum. Et tacite videtur admonere, quod [in primo] aperte dixit: Inprimis venerare deos: (et) sacrificiis tempestates esse pellendas. — 420. *Non ulla;* i. e. nulla, (non aliqua); alii *Nonnulla* legunt, hoc est aliqua: non ut in vitibus nimia. — 421. *Procurvam expectant falcem;* ut putentur: quod tamen ad curam refertur anniversariam. Nam necesse est, licet tarde, olivam putari. *Rastrosque tenaces;* ad fodiendum scilicet. Quia cum trahitur rastrum per agros, omnem spurcitiam secum colligere videtur. Negligentiam autem ferunt oleae, quum iam coeperint esse valentiores: nam

415) G. in fine: *cura,* hoc est pro vitium ligatura.

417) V. *effectos* leg. q. *effectus.* L. *effectus,* quae leg. *effectos.* Guelf. I. II. B. *effectus* quam *effectos.* — In fine Burm. add.: Et, quod dicit, *Iam canit extremos antes,* ita sentiendum, quasi dicat: Iam, quod ultimum et finitum esse videtur in vineis, cultor rusticus complevit: nam et ultimam partem vineae per columnas et macerias struxit: ultimum enim videtur esse: et inde, quasi iam securus sui laboris, canit et gaudet; tamen adhuc debet esse sollicitus, nec unquam in omnibus esse securus. Haec omitt. B. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

adhuc parvae nimiam curam requirunt. — 422. *Aurasque tulerunt*; *ferre auras* proprie est assuescere aëris varietati, quae obest rebus teneris nimium. — 423. *Ipsa satis tellus*; hoc dicit: Aratum olivetum et oleis prodest, et exinde frumento gignuntur. — 424. *Sufficit humorem*; scilicet subministrat arboribus. *Gravitas cum vomere fruges*; *cum* abundat: nam hoc dicit, Subministrat fruges vomere, i. e. per vomerem. Ennius, *Effudit* (Burm. *effundit*) *voces proprio cum pectore sancto*, i. e. proprio pectore. Nam *cum* vacat. Urbanus tamen sic accipit, *Gravidas cum vomere*, i. e. statim post arationem. — 425. *Hoc*; hac re. *Nutritor* autem pro *nutri*; nam pro activi imperativo praesenti, passivi futurum posuit. — 427. *Et vires habuere suas*; quia tenera virgulta solent religari fustibus validioribus, sicut supra (360.): ait de vitibus: *viribus eniti quarum et contemnere ventos.* — 429. *Fetu nemus omne gravescit*; *fetu*, i. e. utilitate: nam omnis utilitas fetus est. Illuc autem tendit laus ista silvarum, ut et probet non mirum esse si et poma et olivae sine ulla cultura praebeantur, et crescat vitium vituperatio circa quas tantus impenditur labor. — 430. *Aviaria*; secreta nemorum, quae aves frequentant. *Baccas* autem *sanguineas*, accipimus poma silvestria. — 431. *Tondentur cythisi*; virgulta a Cytho insula, ubi abundant, nominata. — 435. *Aut illae*; i. e. salices aut genistae. Multi autem *tiliae* legunt, ut tria dixerit, Salices, tilias, et genistas. — 437. *Cytorum*; montem Macedoniae, in quo abundat buxus: quae vento mota, aestus imitatur undarum. — 438. *Mariciaeque picis*; a loco in quo abundant piceae. — 439. *Non ulli obnoxia curae*; non debitricia, nihil labori nostro debentia. — 440. *Ipsae Caucaseo*; Caucasus mons Scythiae est, positus [hic] pro quibuslibet asperrimis montibus. Steriles autem ait silvas comparatione pomiferarum arborum. — 444. *Hinc*; de silvis scilicet: nam nullus de cupresso [aut de cedro unquam] efficit rotas aut radios. *Trivere*; tornavere, composuere de tor-

425) G. *Paci*; quia oleae rami pro pacis indicio ab hostibus offeruntur. — Idem ad 426. *Poma*, arbores, in quibus et fructus eiusdem nominis crescunt.

430) G. *inculta*, ab avibus pasta. *aviaria*, a via longe posita.

Ad vv. 433. 34. Burm. *Et dubitant* etc., i. e. non est necesse hominibus, his arboribus et silvis curam impendere; quippe sua sponte proveniunt. Et hoc dicit, ut ex obliquo vitium vituperatio subaudiatur. *Quid maiora sequor?* Quid de maioribus multum dicam arboribus? cum minora quaeque virgulta humanis usibus multam commoditatem praestent, sine ullo cultu provenientia. Omitt. libb. laud.

435) G. add.: Genistae, humiles, infructuosae: nam quemadmodum sunt humiles sic umbras pastoribus faciunt.

437) G. *Undantem*, abundantem. Ennius lib. IX. *praeda exercitus undat.* *Buxo*; buxum, lignum pulcherrimi coloris. *Cithorum*, mons Macedoniae, ubi abundant buxi, quae vento acta vel mutata imitatur undarum (fluctus undarum); sive mons Papiliconiae (Paphlagoniae) buxi ferax *Citoris* dicitur.

438) G. pices, vel *naritiae*, Brutiae, quae in similitudinem picis arborum corticibus fluunt. Item *naricíae* Brutiae, quae in silva fiunt (A. 3, 399.): *Hic et in naricis posuerunt moenia Lucris.*

444) G. *Tympana*, in quibus fiunt radii, subtecta vehiculorum. Item *tympana* ait rotas ingentes.

colligi. *Bis vitibus ingruit umbra*; vitis et arboris, [quae putanda est,] ut dempta folia solem admittant, quo possint maturescere. — 411. *Bis*; semel auctumnali, (et) semel tempore. — 412. *Uterque labor*; et evellendarum herbar frondium secandarum. *Laudato ingentia rura, Exiguum* hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agricultara: quo dictum est, vel quia maiores agros incultos *rura* dicebant silvas, et pascua: *agrum* vero, qui colebatur: ut intelleg Laudato ingentes silvas, colito agrum minorem. Vel, qu lius est, quia ait in primo (71.): *Alternis idem tonsas novales, Et segnem patiere situ durescere campum*: qu non potest, nisi fuerint spatia maiora terrarum. Nam et ut diximus, et Cicero in Oeconomicis ob hoc laudant pr latifundia, vel quod, ut dicit Donatus, etiam non culta pra aliquid domino. — 413. *Rusci*; [ruscum] virgultum est, vites ligantur. Et commemorat labores qui licet circa alia, men pro vitibus exerceantur. — 415. *Incultique exercet cura licti*; quasi cum indignatione ait: Causa vitium, cura nos etia sponte nascentium rerum fatigat. — 416. *Falcem arb. repo nunt*; putatae sunt, nec falcem requirunt. — 417. *Iam canit* etc.; melius est *effetus* legere, quam *effetos*: ut quidam legunt. Et *antes* alii extremos vinearum ordines accipiunt: alii macerias quibus vineta clauduntur: quae maceriae fiunt de assis, i. e. siccis lapidibus. Unde (et) *assae tibiae* dicuntur, quibus canitur sine chori voce. Dicuntur autem *antes* a lapidibus eminentioribus, qui interponuntur ad maceriam sustentandam: nam proprie *antes* sunt eminentes lapides, vel columnae ultimae, quibus fabrica sustinetur. Et appellantur antes ἀπὸ τοῦ ἀντεστηκεῖν: ad quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum possumus trahere qui ante stant. Hoc autem dicit: Iam cantat rusticus labore finito: tamen deesse non potest quod exercere circa culturam vitium debeat. — 418. *Pulvisque movendus*; genus ipsum culturae pulveratio vocatur. quo imminutae glebae vitibus applicantur. — 419. *Maturis metuendus Iuppiter uvis*; aër, more suo, cuius varietas plerumque laborem decipit rusticorum. Et tacite videtur admonere, quod [in primo] aperte dixit: Inprimis venerare deos: (et) sacrificiis tempestates esse pellendas. — 420. *Non ulla*; i. e. nulla, (non aliqua); alii *Nonnulla* legunt, hoc est aliqua: non ut in vitibus nimia. — 421. *Procurvam expectant falcem*; ut putentur: quod tamen ad curam refertur anniversariam. Nam necesse est, licet tarde, olivam putari. *Rastrosque tenaces*; ad fodiendum scilicet. Quia cum trahitur rastrum per agros, omnem spurcitiam secum colligere videtur. Negligentiam autem ferunt oleae, quum iam coeperint esse valentiores: nam

415) G. in fine: *cura*, hoc est pro vitium ligatura.

417) V. *effectos* leg. q. *effectus*. L. *effectus*, quae leg. *effectos*. Guelf. I. II. B. *effectus* quam *effectos*. — In fine Burm. add.: Et, quod dicit, *Iam canit extremos antes*, ita sentiendum, quasi dicat: Iam, quod ultimum et finitum esse videtur in vineis, cultor rusticus complevit: nam et ultimam partem vineae per columnas et macerias struxit: ultimum enim videtur esse: et inde, quasi iam securus sui laboris, canit et gaudet; tamen adhuc debet esse sollicitus, nec unquam in omnibus esse securus. Haec omitt. B. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

c parvae nimiam curam requirunt. — 422. *Aurasque tule*: *ferre auras* proprie est assuescere aëris varietati, quae rebus teneris nimium. — 423. *Ipsa satis tellus*; hoc diratum olivetum et oleis prodest, et exinde frumento gignun— 424. *Sufficit humorem*; scilicet subministrat arboribus. *tas cum vomere fruges*; *cum* abundat: nam hoc dicit, nistrat fruges vomere, i. e. per vomerem. Ennius, *Effudit* i. *effundit*) *voces proprio cum pectore sancto*, i. e. proprio e. Nam *cum* vacat. Urbanus tamen sic accipit, *Gravidas* 'omere, i. e. statim post arationem. — 425. *Hoc*; hac re. tor autem pro *nutri*; nam pro activi imperativo praesenti, i futurum posuit. — 427. *Et vires habuere suas*; quia virgulta solent religari fustibus validioribus, sicut supra ait de vitibus: *viribus eniti quarum et contemnere ven*— 429. *Fetu nemus omne gravescit*; *fetu*, i. e. utilitate: omnis utilitas fetus est. Illuc autem tendit laus ista silva, ut et probet non mirum esse si et poma et olivae sine cultura praebeantur, et crescat vitium vituperatio circa quas impenditur labor. — 430. *Aviaria*; secreta nemorum, e aves frequentant. *Baccas* autem *sanguineas*, accipimus ma silvestria. — 431. *Tondentur cythisi*; virgulta a Cytho ula, ubi abundant, nominata. — 435. *Aut illae*; i. e. salices et genistae. Multi autem *tiliae* legunt, ut tria dixerit, Salices, lias, et genistas. — 437. *Cytorum*; montem Macedoniae, in ao abundat buxus: quae vento mota, aestus imitatur undarum. 438. *Mariciaeque picis*; a loco in quo abundant piceae. — 39. *Non ulli obnoxia curae*; non debitricia, nihil labori nostro bentia. — 440. *Ipsae Caucaseo*; Caucasus mons Scythiae est, situs [hic] pro quibuslibet asperrimis montibus. Steriles autem t silvas comparatione pomiferarum arborum. — 444. *Hinc*; de vis scilicet: nam nullus de cupresso [aut de cedro unquam] cit rotas aut radios. *Trivere*; tornavere, composuere de tor-

26) G. *Paci*; quia oleae rami pro pacis indicio ab hostibus offeruntur. — Idem ad 426. *Poma*, arbores, in quibus et fructus eiusdem nominis crescunt.

30) G. *inculta*, ab avibus pasta. *aviaria*, a via longe posita.

Ad vv. 433. 34. Burm. *Et dubitant* etc., i. e. non est necesse hominibus, his arboribus et silvis curam impendere; quippe sua sponte proveniunt. Et hoc dicit, ut ex obliquo vitium vituperatio subaudiatur. *Quid maiora sequor?* Quid de maioribus multum dicam arboribus? cum minora quaeque virgulta humanis usibus multam commoditatem praestent, sine ullo cultu provenientia. Omitt. libb. laud.

36) G. add.: Genistae, humiles, infructuosae: nam quemadmodum sunt humiles sic umbras pastoribus faciunt.

37) G. *Undantem*, abundantem. Ennius lib. IX. *praeda exercitus undat*. *Buxo*; buxum, lignum pulcherrimi coloris. *Cithorum*, mons Macedoniae, ubi abundant buxi, quae vento acta vel mutata imitatur undarum (fluctus undarum); sive mons Papilioniae (Paphlagoniae) buxi ferax *Citoris* dicitur.

38) G. pices, vel *naritiae*, Brutiae, quae in similitudinem picis arborum corticibus fluunt. Item *naricias* Brutiae, quae in silva fiunt (A. 3, 399.): *Hic et in naricis posuerunt moenia Lucris*.

44) G. *Tympana*, in quibus fiunt radii, subtecta vehiculorum. Item *tympana* ait rotas ingentes.

pro quocunque ponit. Sic paulo post, Rura mihi placeant: pro cuilibet. Sic in primo (456.): *Non illa quisquam me nocte per altum Ire moneat.* In tertio (435.): *Ne mihi tunc molles sub divo carpere somnos.* Et hoc est quod dicit Horatius in arte poëtica (45.): *Hoc amet. hoc spernat promissi carminis auctor.* — 476. *Quarum sacra fero;* poëta enim quasi musarum sacerdos est. — 477. *Caelique vias;* aut artes: ut (A. 4, 478.): Inveni germana viam. Aut certe circulos quibus sidera continentur. — 478. *Defectus solis varios;* atqui uno modo tantum sol deficere nobis videtur, tunc scilicet cum luna plena e regione eius obstiterit radiis et eos nobis fecerit non videri. Unde varios accipimus defectus, non quia varia ratione contingunt; nam ratio una est, ut diximus; sed quia vel variis temporibus fiunt, vel varie: interdum enim duobus, interdum quattuor, interdum pluribus deficit digitis. *Lunaeque labores;* vel errores quia non recta incedit: vel defectus, qui contingunt Lunae, quotiens terrae altitudo interveniens radiis solis, eam illuminari non patitur, a quibus dicitur lumen accipere. — 479. *Unde tremor terris;* variae sunt opiniones. Alii dicunt ventum esse in concavis terrae, qui motus etiam terram movet. Sallustius: *Venti per cava terrae citati.* Lucanus (3, 460.): *Quaerentem erumpere ventum Credidit.* Alii aquam dicunt genitalem sub terris moveri, et eas simul concutere, sicut vas aquae: ut dicit Lucretius. Alii σφογγοειδῆ terram volunt, cuius plerumque Latentes ruinae, superposita cuncta concutiunt. — 480. *Qua vi maria alta tumescant Obicibus ruptis;* alii sic accipiunt, quod ruptis obicibus, i. e. Calpe (codd. Burm. *Calpa*) et Atlante montibus Hispaniae et Mauritaniae, Oceanus eruperit, et ista fecerit maria: quod non procedit. Si enim hoc esset, non diceret *tumescant*, sed *tumuerint*, quum eruperunt Oceani maria. Unde aestuaria Oceani accipimus, qui per Hispanias et Gallias in infinitum erumpit contempta lege riparum, ad quas rursus recurrit. Cuius rei opiniones Lucanus in primo (412.) commemorat dicens: *Ventus ab extremo pelagus sic axe volutet, Destituatque ferens an sidere mota secundo Tethyos, unda vagae lunaribus aestuat horis: Flammiger an Titan ut alentes hauriat undas: Erigat Oceanum, fluctusque ad sidera tollat.* — 481. *Quid* [, ob quam causam.] *tantum oceano* etc.; circulorum hoc efficit ratio, ut etiam in Aeneide (1, 745.) diximus. — 482. *Tardis mora noctibus;* tarde venientibus, i. e. aestivis; dixisse videtur, ne bis unum tempus significaret. — 483. *Naturae accedere partes;*

479) G. qui motus ventus per concava terrae concitantur (concitatus) terras movet. — Fragmentum Sallustii ex incerto est libro. cf. Isidor. Origg. 14, 1. et libro de rerum natura et fragm. Sall. Histor. lib. VI. Pro *citati* R. Vos. hab. *citatis*, Steph. Dan. *citari*. Guelf. I. om. v. *venti* et hab. *citatu*. Guelf. II. *venti per concava terrae citatu*. In versu Lucani G. *quaer. aërem perrump.*

480) In fine pro *tollat* L. R. V. Vos. *ducat*. V. et Vos. add.: Quaerite quos agitat mundi labor.

481) G. *Soles hiberni*, hiberni nobis cum sint soles, antipodis nostris aestivi: nam qui veram (Sphaeram) scripserant, diversa nos ab illis uno tempore pati dicunt. Cum enim sol sive eiusmodi, sive illius excedit regiones, mutantur diversitate cardinis.

etiam in laudem fecit Italiae, non solum vitam laudat rusti-m, sed etiam contrariam, i. e., urbanam, vituperat. Nam a, quae de urbibus dicit, opinabilia sunt bona: non vera, sicut stica. Multum enim interest inter verum et opinatum malum, t bonum. Unde Iuvenalis (10, 2.): *Pauci dignoscere* (codd. L.) *possunt Vera bona.* — 463. *Inhiant*; habere desiderant. dicimus *inhio illam rem.* *Pulchra testudine*; i. e. Indica: de postes ornabantur vel lectuli. Lucanus (10, 120.): *Foribus tudinis Indae Terga sedent fulvo maculas distincta smarag-o.* — 464. *Illusasque auro vestes*; in quibus artifex auro lu-us aliqua depinxerat. Male autem quidam *inclusas* legunt. *Ephyreiaque aera*; Corinthia, quae laudat etiam Cicero. Nam phyre est Corinthus. — 465. *Alba, nec Assyrio fucatur lana veneno*; Assyrii populi sunt adiacentes Syriae, apud quos primum us inventus est purpurae. *Veneno*; colore. — 466. *Nec casia*; sia est herba, de qua fit unguentum. Mire autem ait: *Usus vi corrumpitur.* Nam oleum generalem usum habet, quod m in unguentum fuerit corruptum, uni rei tantum aptum esse ipit. — 467. *Et nescia fallere vita*; aut quia innocentes sunt, t quoniam immobilis est status vitae eorum. Urbanorum enim tuna, aut insidiis, aut proscriptione variatur. — 468. *Latis fundis*; *fundus* dicitur ab eo quod sit rerum omnium fun-damentum. — 469. *Speluncae vivique lacus*; i. e. bona natu-ia, non sicut in urbibus labore quaesita. Unde Iuvenalis (3,): *Et speluncas* (Guelf. II. B. in sp.) *dissimiles veris.* *Frigida mpe.* *Tempe* proprie sunt loca amoena Thessaliae. Abusive uavis loci amoenitas. — 470. *Mollesque sub arbore somni*; ακοὶ δὲ ὑπὸ δένδρεσιν ὕπνοι. — 471. *Illic saltus*; venationes e penitus in urbibus non sunt. *Lustra ferarum*; bene fera-a addidit, quoniam sunt in urbibus lustra meretricum. *Par-ue assueta*; i. e. non ut urbana, quae est segnis et prodiga.

473. *Sacra deum, sanctique patres*; duo dicit, Sacra deo-n sancta apud illos sunt, sancti etiam parentes. — 474. *Ex-ma per illos Iustitia excedens terris vestigia fecit*; hoc Ara-(122.) dicit, Iustitiam primo et in urbibus, postea tantum in ris fuisse: ubi eam inducit loquentem, cur abscedat e terris. — . *Me vero*; diu quaesitum est, utrum philosophiae, an rusti-atis esset vita felicior, unde nunc dicit, primam esse philo-phiam: post ipsam rusticam vitam. Suam autem personam

Ad v. 462. Burm. *Mane salutantum.* Hoc est, si non patiantur advenientem multitudinem, sicut faciunt hi, qui in urbibus consistentes, frequentiam multorum quotidie patiuntur. Omitt. libb. laud.

465) G. colore, veneno, medicamento. unde antiqui *venenatas* vestes dicebant, aliquo colore tinctas, et omnia medicamenta *venena* appellabant. Sicut Sallustius: *neque enim venenum malum gignitur.*

468) G. in fine: sed proprie vasis dicitur *fundum.*

473) G. in fine: *sancit* (sancti) quod urbana vita sanciti sunt. ac per hoc intelligi vult, apud solos rusticos reliquias iustitiae remanere.

474) Graeca Arati in fine addit Burm. *Οὐδ᾽ ἔτ᾽ ἐσωπὸς ἐλείσεσθαι καλέουσιν, Οἵην χρύσειοι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο Χειροτέρην.* Omitt. libb. laud.

colligi. *Bis vitibus ingruit umbra*; vitis et arboris, [quae amputanda est,] ut dempta folia solem admittant, quo possint uvae maturescere. — 411. *Bis*; semel auctumnali, (et) semel verno tempore. — 412. *Uterque labor*; et evellendarum herbarum et frondium secandarum. *Laudato ingentia rura, Exiguum colito*; hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agricultara: quod ideo dictum est, vel quia maiores agros incultos *rura* dicebant, i. e. silvas, et pascua: *agrum* vero, qui colebatur: ut intellegamus: Laudato ingentes silvas, colito agrum minorem. Vel, quod melius est, quia ait in primo (71.): *Alternis idem tonsas cessare novales, Et segnem patiere situ durescere campum*: quod fieri non potest, nisi fuerint spatia maiora terrarum. Nam et Cato, ut diximus, et Cicero in Oeconomicis ob hoc laudant praedia latifundia, vel quod, ut dicit Donatus, etiam non culta praestant aliquid domino. — 413. *Rusci*; [ruscum] virgultum est, unde vites ligantur. Et commemorat labores qui licet circa alia, tamen pro vitibus exercentur. — 415. *Incultique exercet cura salicti*; quasi cum indignatione ait: Causa vitium, cura nos etiam sponte nascentium rerum fatigat. — 416. *Falcem arb. reponunt*; putatae sunt, nec falcem requirunt. — 417. *Iam canit etc.*; melius est *effetus* legere, quam *effetos*: ut quidam legunt. Et *antes* alii extremos vinearum ordines accipiunt: alii macerias quibus vineta clauduntur: quae maceriae fiunt de assis, i. e. siccis lapidibus. Unde (et) *assae tibiae* dicuntur, quibus canitur sine chori voce. Dicuntur autem *antes* a lapidibus eminentioribus, qui interponuntur ad maceriam sustentandam: nam proprie *antes* sunt eminentes lapides, vel columnae ultimae, quibus fabrica sustinetur. Et appellantur antes *ἀπὸ τοῦ ἀντεστιχεῖν*: ad quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum possumus trahere qui ante stant. Hoc autem dicit: Iam cantat rusticus labore finito: tamen deesse non potest quod exercere circa culturam vitium debeat. — 418. *Pulvisque movendus*; genus ipsum culturae pulveratio vocatur, quo imminutae glebae vitibus applicantur. — 419. *Maturis metuendus Iuppiter uvis*; aër, more suo, cuius varietas plerumque laborem decipit rusticorum. Et tacite videtur admonere, quod [in primo] aperte dixit: Inprimis venerare deos: (et) sacrificiis tempestates esse pellendas. — 420. *Non ulla*; i. e. nulla, (non aliqua); alii *Nonnulla* legunt, hoc est aliqua: non ut in vitibus nimia. — 421. *Procurvam expectant falcem*; ut putentur: quod tamen ad curam refertur anniversariam. Nam necesse est, licet tarde, olivam putari. *Rastrosque tenaces*; ad fodiendum scilicet. Quia cum trahitur rastrum per agros, omnem spurcitiam secum colligere videtur. Negligentiam autem ferunt oleae, quum iam coeperint esse valentiores: nam

415) G. in fine: *cura*, hoc est pro vitium ligatura.

417) V. *effectos* leg. q. *effectus*. L. *effectus*, quae leg. *effectos*. Guelf. I. II. B. *effertus* quam *effectos*. — In fine Eurm. add.: Et, quod dicit, *Iam caut extremos antes*, ita sentiendum, quasi dicat: Iam, quod ultimum et finitum esse videtur in vineis, cultor rusticus complevit: nam et ultimam partem vineae per columnas et macerias struxit: ultimum enim videtur esse: et inde, quasi iam securus sui laboris, canit et gaudet; tamen adhuc debet esse sollicitus, nec unquam in omnibus esse securus. Haec omitt. B. L. R. V. Vos. Steph. Dan.

physicae philosophiae [partes], unde sunt illa quae dixit. — 484. *Frigidus obstiterit circum praecordia sanguis*; secundum physicos, qui dicunt, stultos homines esse frigidioris sanguinis: (et) prudentes, calidi[oris]. Unde et senes, in quibus iam friget, et pueri in quibus necdum calet, minus sapiunt. — 485. [*Mihi*, pro cuilibet.] — 486. *Inglorius*; comparatione philosophiae. Sic in Aeneide (12, 597.): *Et mutas agitare inglorius artes*. Non quod nulla gloria medicinae est, sed quod minor, quam divinitatis et augurandi, quae ei Apollo obtulerat munera. Ut (12, 394.): *Augurium cytharamque dedit, celeresque sagittas*. — 487. *Sperchiusque*; fluvius Thessaliae. — 488. *Taygeta*; mons Laconum Libero et Baccho sacratus. *Haemi*; montis Thessaliae: in quo (codd. *qua*) [etiam] sunt Tempe. — 490. *Felix qui potuit rerum cognoscere causas*; repetitio est superioris coloris: nam hoc dicit, Et rustici felices sunt, et qui tribuunt operam philosophiae. *Rerum causas*; i. e. physicam philosophiam. — 491. *Inexorabile fatum*; alibi (A. 8, 334.): *Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum*. — 492. *Subiecit pedibus*; calcavit. *Fatum*; (mala) fato venientia. *Acherontis avari*; omnem mundum in mortem trahentis. — 493. *Deos qui novit agrestes*; qui abstinet civicis malis, et aut rura habitat, aut cum suis numinibus rura describit. — 494. *Nymphasque sorores*; non Panis vel Silvani: sed inter se sorores: ut (A. 3, 678.): *Aetnaeos fratres*: inter se scilicet. — 495. *Populi fasces*; honores qui a populo praestabantur. Proprie autem locutus est, ut fasces populi, regum purpuram diceret. — 496. *Infidos agitans discordia fratres*; discordiam posuit pro avaritia. Ab eo, quod praecedit, id quod sequitur. Infidos autem fratres ideo ait quod avaritiae causa dissentiunt. — 497. *Aut coniurato descendens Dacus ab Istro*; i. e. non eum sollicitat coniuratio Barbarorum. Ister autem, fluvius est Scythiae. — 498. *Non res Romanae, perituraque regna*; regna scilicet Barbarorum. Nam duo dicit, Rusticum nec Romanum imperium movet, i. e. ad ambitum cogit, nec barbarorum regna peritura. Non enim Romano maledixit imperio, licet alii dictum hoc velint ex generali venire sententia:

483) G. Physice scimus: unde occurrunt, quem (quae) dixit tardis noctibus, tarde venientibus in hieme.

487) G. *Bacchata*, Figura elegans. hoc est, in quibus virgines Bacchatae sunt. *Bacchantes* dicuntur in Baccho (Bacchico s. Bacchi) convivio ludentes.

488) Guelf. I. hemi, montes thesaliae, in quibus sunt tempe.

491) G. *metus omnis*, qui ex fato veniunt: calcavit pedibus fatum, quoniam Virgilius epicureus est, hoc ait. quia Stoici dicunt fatum, sed inexorabile; nemo ultra fatum vivere potest. qui sub pedibus habuit fatum rerum, i. e. malarum, quae in urbibus per ambitionem et avaritiam.

492) G. *Acher.* palus infernalis, quae numquam potest satiari.

496) G. Fratres Etheocles et Polynices; Oedipi et Iocastae filii, cum regnum Thebanum alternis vicibus tenerent, Etheocles adeptum regnum retinuit, nec fratri restitueret, abiit. ad quod petendum Polynices, cum Adrasti et Graecorum petisset auxilium, bellum Thebis movit, in quo bello pugnantes inter se fratres Etheocles et Polynices mutuis vulneribus interierant.

497) G. in fine: convenerunt enim iureiurando, ultra fluvium Istrum, et coeperunt Romanos pellere, sed iussu Augusti ab Agrippa sunt praefecti.

quod omnis magnitudo imperii periculis subiaceat. Unde eti Iuvenalis ait (10, 112.): *Ad generum Cereris sine caede et s. guine pauci Descendunt reges, et sicca morte tyranni.* — 4 *Aut doluit miserans inopem: aut invidit habenti*; Cicero Tusculanarum quinto (codd. Guelf. *secundo*) libro hoc trac [dicens], in quem cadit una mentis perturbatio, posse in e omnes cadere: sicut potest omni virtute pollere, cui virtus u contigerit. Unde nunc Virgilius noluit rustico assignare mis cordiam, ne ei daret etiam ceteras animi passiones, quas no mus et a bonis, et a malis rebus venire. A bonis opinatis du unam praesentis temporis, ut gaudium: et unam futuri, ut spe A malis similiter duas: unam praesentis, ut dolorem: et un futuri, ut metum. Quas (omnes) passiones esse animi non d bium est. Unde etiam ipse ait in sexto (733.): *Hinc metuu cupiuntque, dolent, gaudentque.* Sallustius etiam in Catilin bello (c. 50.) ait, *Omnes homines qui de rebus dubiis consu tant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos es decet. Nam animus haud facile verum providet ubi illa off eiunt* (Guelf. I. et Vos. *officiant*). Ergo aut secundum Cicero tractatum hoc dixit: aut quod absolutius est, intellegamus ide rusticum paupertatem non dolere, quod eam malam esse no credit, sed munus deorum. Lucanus de paupertate (5, 528. *Et munera nondum Intellecta deum.* Est et aliud quod pos mus accipere, ideo rusticum nec bonis nec malis alienis move quia eius (codd. *eis*) non interest, quippe qui ab urbibus est r motus. — 501. *Ferrea iura*; dura, inexorabilia, immutabilia. - 502. *Insanumque forum*; litigiosum. *Populi tabularia*; u actus publici continentur. Significat autem templum Saturni, i quo et aerarium fuerat, et [ubi] reponebantur acta quae susc ptis liberis faciebant parentes. Iuvenalis (9, 84.): *Tollis enim, titulis actorum aspergere* (B. Guelf. I. II. *sparg.*). *gaudes Arg menta viri.* — 503. *Caeca freta*; subito in tempestatem surge tia. — 504. *Penetrant aulas et limina regum*; ut amici si i. e. profitentur satellitium. Limina autem ait interiorem fa liaritatem. Turnus sic (7, 579.): Stirpem admisceri Phrygia se limine pelli. *Petit excidiis urbem*; incertum alienam, suam. — 506. *Gemma bibat*; gemmeo poculo, non gemma *Sarrano dormiat ostro*; Tyria purpura. Quae enim nunc Tyr dicitur, olim Sarra vocabatur, a pisce quodam, qui illic abu dat: quem lingua sua sar appellant. Iuvenalis (10, 37.): *A pietas sarrana ferentem Ex humeris aulaea togae.* — 5(*Hic stupet attonitus rostris*; scilicet ut contionetur. — 509. P *cuneos* etc.; [ordo est,] Corripuit enim hunc geminatus p cuneos plausus et plebis et patrum. — 511. *Exilioque domo*

499) G. in fine: non tantum dicunt (dicit) rusticum, ut inopi non misereatur, i. inopem in re rustica neminem esse dicit, quoniam agricolae naturalibus cop abundant.

502) G. add.: Item tabulata, quae fiunt in summitatibus murorum.

508) G. concionaretur, de Cicerone videtur dicere. hi *attoniti* dicuntur, iux quos flumen decedit (fulmen decidit), qui timore stupeant.

509) G. in fine: de Pompeio videtur ludi (dici).

oluntario scilicet propter avaritiam. — 512. *Alio sub sole;* ub alio climate. — 514. *Hinc anni labor;* ex agricultura habet otius anni substantiam. *Hinc patriam;* Donatus villam intelle-it, non revera patriam. — 515. *Meritosque iuvencos;* sui con-ortes laboris. — 516. *Nec requies;* i. e. nunquam potest rusti-us omni parte destitui. — 517. *Cerealis mergite culmi;* mani-ulos spicarum (codd. Burm. *spicorum*) mergites dicimus. — 19. *Sicyonia bacca trapetis;* oliva, a civitate Laconiae Sicyone, bi abundat olea. *Trapetis* autem, molis mobilibus olivaribus. t declinatur *trapetum* sicut templum (templi). Terentianus,)*uos super insidens trapetos signa gyris temperat.* Quod me-rum aptum est olivam terentibus. — 520. *Arbuta;* poma silve-tria. — 523. *Dulces circum oscula nati;* contra illud (511.): *xilioque domos et dulcia limina mutant.* [I. e. non solum liis rebus sed etiam filiorum adspectu et frequentia gaudent.] — 24. *Casta pudicitiam servat domus;* non ut in urbibus impu-ica. — 527. *Ipse dies agitat;* suspendendum. Et sic inferen-um festos. Nam hoc dicit, omnes dies sic habet ut festos pu-s. Alii dicunt, festos dies cum religione concelebra[n]t. — 30. *Agresti palaestra;* rustica luctatione. Palaestra autem dicta st vel ἀπὸ τῆς πάλης, i. e. a luctatione: vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, oc est a motu urnae, nam ducti sorte luctantur. — 533. *Sic ortis Hetruria crevit;* secundum historiam. Nam constat, Tu-cos usque ad fretum Siculum omnia possedisse. — 536. *Ante iam sceptrum Dictaei regis;* antequam regnaret Iuppiter, qui t in Dictaeo, Cretae monte, nutritus. — 537. *Impia quam*

511) G. add.: ad luxuriam, non ad necessitatem retulit, et propter homicidia dul-cia. sicut ibi (Ecl. 1, 3.): *dulcia linquimus arva.*

512) G. Hyperbolice *alio sub sole* dixit. duros nimis et barbaris imperatoribus (barbaros imperatores) describit.

517) G. add. a mergendo mergites, ab abundantia spicarum.

519) Codd. *mol s olivariis.* Guelf. II. *molis olivaribus.* Guelf. I. *mole olivarum dicuntur, et decl.* et G. molis olivariis. nominativus *trapetum.* *Trapeta* autem sunt saxa a trahendo dicta, quibus frangitur oliva. Idem ad v. 522. Apricis, soli oppositis; unde et senes solem obrigen. (orientem) amantes *apricos* dicimus.

530) G. Eleganter Italiam Hetruriae iunxit, quoniam de primo loquitur Romuli imperio. Titum collegam eius intelligi vult. sive quod Hetrusci bellicosissimi et gens magna fuit. secundum historias, Tuscos usque Siculum [fretum] omnia possedisse. Etrusci enim bellicosissimi, apud quos primum Romuli fuit imperium.

536) G. Occulte Iuppiter in Creta nutritus est lacte Dinuae * Caprae Coritis et Corybantibus, qui ex eo Dictaeus appellatur, quod regio Cretensis dicta a monte Dictaeo. Brutone matris filia cum persequentis Minois amatoris sui vim fugiens ex hoc monte in subiectum praecipitem deiecit, et excepta retibus in-columis evasit, quae dicitur graecia decima. ideo et mons Dictaeus, non regio Dictaea appellatur, in qua honestum Dianae ipsa etiam opem detulit, *Dictinna* appellata est.

537) Burm. in fine add. Graeca Arati (132.): Πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων. G. mire rusticos impios dixit, quia iuvencos in epulas fuderunt, servandos magis ruri. *Aureus,* non Aureus Saturnus, sed quia in aureo seculo regnabat.

caesis gens est epulata iuvencis; Arati est hoc, qui dicit, quod maiores bovem comesse (Guelf. I. *bov. si comedissent*) nefas putabant. — 539. *Nec dum impositos duris*; Iuvenalis, *Nescierant primi gladios excudere fabri.* — 541. *Et iam tempus equum fumantia solvere colla*; allegorice hoc dicit, Debemus fatigato ingenio parcere, et facere finem carminis. Sane non est comparatio, sed translatio: sicut etiam in primi fine diximus. Et plerique volunt, ideo eum dixisse hoc loco carmini Georgico finem se esse facturum, quod duo sequentes libri, pastorales sunt, non Georgici, ut etiam in prima huius carminis parte memoravimus.

539) In versu Iuven. (5, 168.) codd. *nescirent*, dein *extundere*. R. *gladius*.

MAURI SERVII HONORATI

GRAMMATICI

IN VIRGILII GEORGICON

LIBR. III.

1. *Te quoque magna Pales;* invocat deam pabuli, dicturus e animalibus: sicut de frumentis dicturus et vitibus, Cererem nvocavit et Liberum. Sane non est mirandum esse usum eum rooemio, sicut (et)[1] usus est in primo; nam (et) aliud quodammodo inchoaturus est carmen, pastorale scilicet, post completum ieorgicum. Deinde etiamsi unum sit, scimus concessum esse cribentibus, ut iteratione prooemii legentium reficiant interdum iborem. Nam et Livius frequenter innovat principia. Ut, *Incensa a Gallis urbe*, et (codd. *ut*) *Completis consulibus.* Et Cicero in Verrinis, qui in frumentaria conciliavit auditorum animos, iteratione principii. Ut, *Omnes qui alterum iudicant.* *Pales* autem, ut diximus, dea est pabuli: quam alii Vestam, alii matrem deûm vocant. Hanc Virgilius genere feminino appellat, lii, inter quos Varro, masculino [genere], ut, *hic Pales.* Huic acra solvuntur XI. Kalendar. Maiar. die, quae Palilia vocantur. — . *Pastor ab Amphryso;* Amphrysus fluvius (est) Thessaliae, circa uem Apollo spoliatus divinitate, ob occisos Cyclopas, Admeti egis pavisse armenta dicitur. Unde eum nunc invocat, qui Nomius vocatur, vel ἀπὸ τῆς νομῆς i. e. a pascuis: vel ἀπὸ τῶν

1) In Cic. loco (Verr. 3, 1.) L. Vos. *omnia quidem iudices.* R. *omnes qui alterum i. u. d.* B. et Guelf. II. *o. q. alteram vid.* Vos. *qui alt. iudices.* Guelf. I. *omnes qui alterum, iudices, nullis impulsus inimicitiis.* Fabr. *qui alterum iudicant.*

νόμων, i. e. [a] lege chordarum. *Silvae Amnesque Lycaei*; κατ' ἐξοχὴν montem Arcadiae posuit: vel quia pecorosa (est), vel quia Pan illic est rusticum numen. — 3. *Cetera quae vacuas tenuissent carmina mentes*; hoc est fabulae quae delectationi esse poterant, et occupare mentes curis solutas (Guelf. I. *sollicitas*), jam descriptae a multis in omnium ore versantur. — 4. *Quis aut Eurysthea durum*; Eurystheus rex fuit Graeciae, Persei genus, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, ut varia monstra superaret, quibus posset perire. Unde eum *durum* appellavit, qui potuit ad complendum odium novercale sufficere. — 5. *Aut illaudati nescit Busiridis aras*; Busiris rex fuit Aegypti: qui cum susceptos hospites immolaret, ab Hercule interemptus est, cum etiam eum voluisset occidere. Huius laudem scripsit Isocrates: unde *illaudati* participium est pro nomine: ut sit *illaudabilis*, non quia laudatus non sit, sed quia laudari non meruerit: ut est illud in septimo [Aeneidos] (11.): *Dives inaccessos ubi solis filia lucos*. Pro inaccessibiles: non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere debeat. [*Aras*; in quibus ille hospites immolabat.] — 6. *Cui non dictus Hylas puer*; i. e. a quo; Horatius (Carm. 1, 6, 1.): *Scriberis Vario fortis et hostium*. Pro a Vario. Hylas autem socius Herculis fuit, qui aquatum profectus, raptus est a Nymphis in Mysia. *Latonia Delos*; in qua Latona enixa est Apollinem et Dianam, quam insulam ante vagam Apollo, ut in tertio (76.) legimus, *Mycone* (codd. *Myconoe*) *celsa Gyaroque revinxit*: ubi fabulam plenius diximus, stabilem fecit. — 7. *Hippodameque*; Graeca quae in η exeunt, plerumque ipsum in *ia* solvunt: ut, Hippodame Hippodamia: Penelope Penelopia. Fabula talis est, Hippodame filia fuit Oenomai regis Elidis et Pisarum: hic equos habuit velocissimos, utpote ventorum flatu creatos, qui procos filiae multos necavit: sub hac conditione provocatos ad curule certamen, ut aut victus traderet filiam, aut victor (Burm. *victos*) necaret. Postea cum Pelopem amasset Hippodamia, corrupit Myrtilum aurigam patris, primi coitus pactione: qui factis aereis (cereis) axibus quum victore Pelope a puella promissum posceret praemium, ab eius marito praecipitatus in mare est, cui nomen imposuit. Nam ab eo Myrteum (Burm. *Myrtoum*) dicitur pelagus. *Humeroque Pelops insignis eburno*; Tantalus pater Pelopis, volens deorum tentare divinitatem, invitatis eis filium suum epulandum apposuit: a quo omnes dii abstinuerunt, excepta Cerere, quae brachium eius consumpsit. Postea dii punito Tantalo cum voluissent eius filium revocare ab inferis, Ceres ei eburneum brachium restituit. Quod ideo fingitur, quia Ceres ipsa est terra, quae corpora universa consumit, ossa tantum reservans. — 8. *Acer equis*; (fortis) victor etiam Oenomai. *Via*; ratio ineundae. *Me quoque possim*; sicut se alii sustulerunt carminis merito. — 9. *Victor*; effector propositi: Sic paulo post, Illi victor ego. [*Volitare per ora*; ab omnibus laudari.] — 10. *Primus ego in patriam*; [ideo primus] quia ante illum nullus Mantuanus fuit poëta;

2) Guelf. I. in fine (cum cod. Urs.) add. *Lycaei* genitivus est singularis.

4) Guelf. I. in fine add. *durum*, dura imperantem.

vel quia nullus exinde talis emersit. *Modo*; tantummodo. — 11. *Aonio vertice*; Boeotio. Eliconia ipsa est (dicta) Boeotia, in qua est Elicon mons Musis dicatus. — 12. *Idumaeas palmas*; abundantes, quantae sunt apud Idumen civitatem Phoenicis. Lucanus (3, 216.): *Et arbusto palmarum dives Idume.* — 13. [*Campo*; hic est campus, de quo ait (G. 2, 198.): *Et qualem infelix amisit campum.* — 14. *Propter*; i. e. iuxta aquam.] — 16. *In medio mihi Caesar erit, templumque tenebit*; i. e. ipsi templum dabo. Et verbo usus est pontificali. Nam qui templum dicabat postem tenens, dare se dicebat numini, quod ab alio (codd. *illo*) necesse fuerat iam teneri, et ab humano iure discedere. Quod autem dicit, *In medio*, eius templum fore significat. Nam ei semper sacratus numini locus est, cuius simulacrum in medio collocatur: alia enim tantum ad ornatum pertinent. — 17. *Tyrio conspectus in ostro*; in habitu pontificis: cuius se officium dicit in templi consecratione sumpturum. — 18. *Centum quadriiugos agitabo ad flumina*; i. e. unius diei exhibebo Circenses: quia ut Varro dicit in libris de gente populi Romani, olim XXV. missus fiebant (missi exhibeb. Guelf. I.), sed vicesimus quintus dicebatur aerarius, eo quod de collatione populi exhibebatur. Qui desiit esse, postquam conferendae pecuniae est consuetudo sublata: unde hodieque permansit, ut ultimus missus, appelletur aerarius. Ergo centum currus secundum antiquitatem dixit, sicut etiam ad flumina. Olim enim in litore fluminis Circenses agitabantur: in altero latere positis gladiis, ut ab utraque parte esset ignaviae praesens periculum. Unde et Circenses dicti sunt, quia exhibebantur in circuitu ensibus positis: licet alii a circumeundo dicant Circenses vocari. — 19. *Cuncta mihi*; in honorem meum. Et hoc dicit: Ex aliis agonibus ad me certatorum [Graecorum] multitudo conveniet. Per Alpheum autem, Iovis Olympici agonem significat. Nam Alpheus fluvius est Elidis, quae civitas iuxta Pisas est, in qua colitur Olympicus Iuppiter. *Lucosque Molorchi*; i. e. silvam Nemeam, in qua celebratur Agon in honorem Archemori [cuiusdam pastoris]. Molorchus autem pastor fuit qui Herculem venientem ad occidendum Nemeum leonem, suscepit hospitio. — 20. *Crudo caestu*; duro. Ut (A. 5, 69.): *Seu crudo fidit pugnam committere caestu.* *Tonsae olivae*; minutis foliis compositae. Ut (A. 1, 702.): *Tonsisque ferunt mantilia* (Guelf. I. B. *mantelia*) *villis*. Habiturum se autem coronam tonsilem dicit. — 24. *Vel scena ut versis*; apud maiores, theatri gradus tantum fuerunt. Nam scena de lignis [tantum] ad tempus fiebat, unde hodieque permansit consuetudo, ut componantur pegmata a ludorum theatralium editoribus. Scena autem quae fiebat, aut versilis erat aut ductilis. Versilis tunc erat, cum subito tota machinis quibusdam convertebatur, et aliam picturae faciem ostendebat. Ductilis tunc, cum tractis tabulatis hac atque illac species picturae nudabatur interior. Unde perite utrumque tetigit, dicens, *Versis discedat*

19) Burm. in fine add. Eos autem ludos accipimus per Alpheum, qui Olympici dicuntur: per *ludos Molorchi* eos, qui Nemea vocantur. Omitt. Guelf. I, II. B. L. R. V. Vos. Calph. Steph. Dan. — Ad v. 23. Idem add. *delubra*, deorum templa. *iuvat*, delectat. *caesos*, immolatos in sacrificium. Omitt. iidem.

frontibus: singula singulis complectens sermonibus. Quod Varro, et Suetonius commemorant. — 25. *Purpurea intexti tollant aulaea Britanni;* hoc secundum historiam est locutus. Nam Augustus postquam vicit Britanniam, plurimos de captivis quos abduxerat, donavit ad officia theatralia: dedit etiam aulaea, i. e. velamina, in quibus depinxerat victorias suas, et quemadmodum Britanni ab eo donati, eadem vela portarent: quae re vera portare consueverant. Quam rem mira expressit ambiguitate, dicens: *intexti tollant.* Nam in velis ipsi erant picti, qui eadem vela portabant. *Aulaea* autem dicta sunt ab aula Attali, in qua primum inventa sunt vela ingentia, postquam is populum Romanum scripsit heredem. — 26. *Solido elephanto;* [ex] ebore integro, non sectili. *Gangaridum;* Gangaridae populi sunt inter Indos et Assyrios, habitantes circa Gangem fluvium, unde etiam Gangaridae dicti sunt. Hos (etiam) [de]vicit Augustus. Unde est (G. 2, 172.): *Imbellem avertis Romanis arcibus Indum. Gangaridum* vero pro *Gangaridarum* posuit, quia *hic Gangarida* facit. Quod autem ait — 27. *Victorisque arma Quirini;* non est contrarium, nam ut etiam in primo Aeneidis (292.) diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Augusto commemorat: *Quodam tempore tres partes populi consentiente senatu obtulisse ei tria nomina: Quirini, Augusti, Caesaris: Ille ne unum eligendo, alias offenderet partes, primo Quirinus est dictus: inde Caesar: post in nomine permansit Augusti.* Unde eum Virgilius omnibus istis appellat nominibus. Nam Quirinum, Romulum accipere non possumus, quia Gangaridas penitus ignoravit. — 28. *Undantem bello;* quasi non undas, sed bella portantem: propter Antonii et Cleopatrae gravissimum praelium. *Magnumque fluentem;* magne [nomen pro adverbio,] ut (A. 7, 399.): *Torvumque repente Clamat.* — 29. *Ac navali surgentes aere columnas;* Augustus victor totius Aegypti quam Caesar pro parte superaverat, multa de navali certamine sustulit rostra, quibus conflatis quattuor effecit columnas, quae postea a Domitiano in Capitolio sunt locatae: quas hodieque conspicimus. Unde ait: *Navali surgentes aere columnas.* Nam rostratas C. Duillius Cos. posuit, victis Poenis navali certamine: e quibus unam in rostris, alteram ante circum videmus a parte ianuarum. — 30. *Niphatem;* Niphates et fluvius est et mons: ut (A. 7, 697.): *Et Cimini cum monte lacum.* Per Niphatem autem, populos iuxta habitantes accipimus. Nam nec fluvius unquam nec mons potest pelli. — 31. *Fidentemque fuga Parthum;* tunc enim melius iaculantur sagittas. — 32. *Rapta tropaea;* raptim et sine labore quaesita. *Diverso* autem *Ex hoste,* Orientis et Occidentis accipimus. Unde et ait: *Utroque ab litore:* Orientis propter Gangaridarum: Occidentis, propter Britannorum triumphum. — 34. *Stabunt et Parii lapides spirantia signa;* in templo Caesaris maiorum eius statuas dicit [se] esse positurum, quas commendat et a pretioso marmore, et ab arte, dicens, Spirantia signa. Sic

29) Pro *C. Duill. cos.* Guelf. I. *duas iulius.* Guelf. II. B. R. Vos. hab. *Iulius.* Steph. Fabr. Dan. al. *Iulius Caesar.* Cod. Urs. *Vilius,* pro quo ille malebat *Bilius,* antique pro Duillius. v. Burm.

libi (A. 6, 849.): *Vivos ducent de marmore vultus.* Item (A. 1, 593.): *Pariusve lapis circumdatur auro.* — 35. *Assaraci proles, demissaeque ab Iove gentis Nomina;* ponam, inquit, eorum statuas, qui a Iove usque ad Assaracum, et ab Assaraco usque ad Augustum originem ducunt. Assaracus autem avus Anchisae, pater Capis fuit. — 36. *Trosque parens;* Troianorum rex, Ganymedis pater, a quo Troia nominata est. *Troiae Cynthius auctor;* vel Apollinem dicit propter muros: vel Cynthium regem Troiae, quem in Troicis suis Nero commemorat. — 37. *Invidia infelix;* quae invidentes efficit infelices. Dicit autem se talia scripturum vel facturum, ut magnitudine sui mereantur invidiam: ipsam tamen invidiam nihil esse nocituram timore poenarum. *Amnemque severum;* tristem. Contra Terentius (Andr. 5, 2, 16.): *Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides.* — 38. *Tortosque Ixionis angues;* quibus religatus ad rotam est, postquam illicitos Iunonis petivit amplexus. — 39. *Et non exsuperabile saxum;* quod contra montem Sisyphus volvit. *Non exsuperabile* dixit, non quod superari non potest, sed quod exsuperare non valet summum montis cacumen. — 40. *Interea Dryadum silvas;* donec laudandi Caesaris tempus adveniat, interim georgica scribo; (*sequamur* pro persequamur.) *Intactos* autem dixit *saltus*, quod ante ipsum nullus Latine carmen georgicum scripsit. — 42. *Te sine nil altum mens inchoat;* ac si diceret, Non meo ingenio, sed tuo fretus imperio, ad hoc carmen accessi. — 43. *Vocat ingenti clamore Cithaeron;* hortantur nos ad scribendum illi montes, qui animalibus sunt referti. Cithaeron autem pars Parnassi. — 44. *Taygetique canes;* i. e. Laconici: nam Taygeta civitas est Laconiae. Et hoc ideo quia dictum est (404.): *Nec tibi cura canum fuerit postrema. Domitrixque Epidaurus equorum;* Epiri civitas [est] equis nobilis. — 45. *Vox ingeminata remugit;* duplicata per Echo. Alibi (E. 10, 8.): *Non canimus surdis, respondent omnia silvae.* — 46. *Mox tamen;* i. e. postquam georgica [con]scripsero. Et *ardentes pugnas* legendum est: nam male quidam *ardentis Caesaris* accipiunt: ut *is* communis sit syllaba. — 48. *Tithoni prima quot abest ab origine Caesar;* i. e. tua facta tot annis celebrabuntur, quot anni sunt a te usque ad mundi principium. Et modo Tithonum pro sole posuit, i. e. pro Titane. Nam Tithonus frater Laomedontis fuit, quem praeliantem Aurora dilexit, et rapuit, a quo usque ad Caesarem non valde multum tempus est. — 49. *Seu quis Olympiacae;* dicturus est de armentis et gregibus. Armenta autem sunt equorum et boum, quod haec animalia apta sunt armis: ut scutis boum coria, equi praelio. Greges vero capellarum et ovium sunt. Ipse paulo post (286.): *Hoc* (codd. *hoc) satis armentis, superat pars altera curae, Lanigeros agitare greges hirtasque capellas.* [Haec tamen, *armenta et greges*,] sciendum (vero), quia haec plerumque confundit auctoritas. *Olympiacae miratus praemia palmae;* studiosus cu-

37) In versu Terent. *est* pro *inest* hab. Guelf. I. Dein *vultu* hab. Steph. Guelf. II. omisso *in*. Dein Guelf. I. II. *vultu atque in facie*, reliquis omissis. —

Ad v. 41. Burm. *haud mollia*, non levia, sed quae felicitatem habere possint, aut debeant: et subaudi *Sequamur*, a praecedente versu, i. e. prosequamur.

rulis certaminis, quod geritur apud Pisas in honorem Iovis Olympici. — 51. *Corpora praecipue matrum legat*; magis matrum, per quod ostenditur etiam patrum corpora esse requirenda. *Torvae forma bovis*; paulo post, *et faciem tauro propior*, i. e. tauro similis. *Torvae*; terribilis. — 52. *Turpe caput*; magnum. Ut (G. 4, 345.): *Turpes pascit sub gurgite phocas*. *Plurima cervix*; longa. Ut (G. 1, 787.): *Quum se nux plurima silvis induet in florem*. — 53. *Crurum tenus*; usque ad crura. Et modo *tenus* adverbium est: nam si esset praepositio, ablativo cohaereret. *Palearia* autem sunt pelles dependentes ex gutture. — 55. *Et camuris hirtae sub cornibus aures*; i. e. curvis. Unde et camerae appellantur. Praecipit autem aures et magnas et hirsutas esse debere. — 56. *Nec mihi displiceat*; litotes figura [est,] i. e. valde placeat. Ut (A. 7, 261.): *Munera nec sperno*. — 58. *Faciem tauro propior*; imaginem, similitudinem totam. — 60. *Lucinam iustosque pati hymenaeos*; Hysteron proteron [est]: Ante enim est Hymenaeus, post Lucina consequitur. Item Hysteron proteron est: *Desinit ante decem, post quattuor incipit annos*. Ante enim incipit, sic desinit. — 62. *Cetera*; aetas scilicet, quae est vel ante quartum, vel post decimum annum. Et bene ostendit per haec tempora posse quidem armentis sed inutilem provenire feturam. — 63. *Superat gregibus dum laeta iuventus*; dum suppetit. Et dicit iuvenili (codd. *iuvenali*) aetate eas debere concumbere, quia cito deficiunt, et quia tempora meliora depéreunt. — 64. *Pecuaria*; ab eo quod est *pecuare* venit: nam *pecua*, ut ait in Pompeiana Cicero (pro leg. Man. 6.), ab eo quod est *pecu* venit: ut *genu genua*. — 65. *Suffice prolem*; subministra. Unde etiam suffectos consules dicimus. — 66. *Miseris mortalibus aevi Prima fugit*; ista sententia non solum ad animalia pertinet, sed generaliter ad omnia. — 67. *Subeunt morbi, tristisque senectus*; naturalem ordinem tenuit, dicens, advenire morbum, senectutem, mortem. — 68. *Inclementia*; inexorabilitas et duritia. — 70. *Semper enim refice*; vacat *enim*. Sane dicit ante subveniendum esse, ut antequam pereant reparentur armenta. — 71. *Sobolem armento sortire quotannis*; subministra, substitue. Et est (hoc) verbum iudiciorum: nam *subsortiri* dicuntur iudices, qui occupatorum funguntur officio. — 72. *Est idem delectus equino*; ut habeant matres optimas. *In spem statues summittere gentis*; i. e. quos vis admissarios fieri. Notanda sane exquisita varietas: nam in bubus matres ante descripsit: in equis admissarios ante commemorat. —

Ad v. 54. Burm. *Nullus lateri modus*, i. e. habet latus grande et longum: et non dicit, illum habere modum; ut ostendat, quo maior fuerit, eo bovem maiorem. *Omnia magna*, omnia eius membra magna sunt. *Pes etiam*, subaudi *magnus*.

55) Idem add.: *Camuri* enim boum sunt, qui conversa introrsum cornua habent: quibus contrarii *patuli*, qui cornua diversa habent, quorumque cornua (Burm. ex Philarg. laevi, quorum cornua) terram spectant: his contrarii *licini*, qui cornua sursum habent.

Ad v. 74. 75. Burm. *Praecipuum*, maximum. *impende laborem*, scil. ut ab ipsa primum aetate eligas. (Guelf. I. *impende lab.*, deest *in eos*.) *Continuo*, in primordio, ut ambulare incipit. *Pecoris generosi pullus*, i. e. qui ex optimo genere descendit.

76. *Altius ingreditur*; cum exultatione quadam incedit. *Mollia crura reponit;* Ennius de gruibus dicit, *Perque fabam repunt; et mollia crura reponunt.* — 77. *Primus et ire viam;* matris praeire vestigia. — 78. *Ignoto ponti*; per quem nunquam transierat. — 80. *Argutum*; breve. — 81. *Luxuriatque toris animosum pecus;* nodosum (Burm. torosum) et eminens pulpis. — 82. *Spadices;* quos phoeniciatos vocant, pressos, myrteos; [ipsi sunt badii.] *Glauci* autem sunt felineis oculis, i. e. quodam splendore perfusis. *Color deterrimus albis*; atqui alibi (12, 84.) ait, *Qui candore nives anteirent.* Sed aliud est candidum esse, i. e. quadam nitenti luce perfusum: aliud album, quod pallori constat esse vicinum. *Gilvus* autem est melinus color. Multi [autem] ita legunt, *Albis et gilvo:* ut non album vel gilvum: sed albo-gilvum vituperet. quod falsum est. Quod si singuli colores vituperandi sunt, quanto magis mixtus uterque? i. e. albo-gilvus. — 84. *Tremit artus;* figurate. Pro artubus tremit. — 85. *Volvit sub naribus ignem;* flatu indicat magnanimitatem suam. — 87. *Duplex spina;* aut re vera duplex, aut lata, ut (A. 1, 655.): *Duplicem gemmis auroque coronam.* Item (G. 1, 172.): *Et duplici aptantur dentalia dorso.* — 89. *Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus*; atqui Castor equorum domitor fuit: sed fratrem pro fratre posuit poëtica licentia. Ut (E. 6, 79.): *Quas illi Philomela dapes*, pro Progne. Item (A. 1, 236.): *Revocato a sanguine Teucri*, pro Dardani. Aut certe ideo Pollucem pro Castore posuit, quia ambo licenter, et Polluces et Castores vocantur. Nam et ludi et templum et stellae Castorum nominantur. — 91. *Martis equi;* Δεῖμος et Φόβος. *Et magni currus Achillis*; (dixit) pro equis: hi sunt Baliarchus (Burm. cum Fabr. *Balius*) et Xanthus. — 93. *Coniugis adventu pernix Saturnus;* dum cum amata Phylira Saturnus coiret, Ops (Guelf. I. et Urs. cod. ubique *opis*) eius uxor advenit: cuius praesentiam veritus, se in equum convertit, qualem potuit numen imitari. Exinde natus est Chiron dimidia parte homo, dimidia equus. Sane *ops* cum de uxore Saturni dicimus, o corripitur, ut ops opis. Cum vero de Nympha dicimus, *opis* longa est [o.] Ut (A. 9, 867.): *Opis ad aetherеum pennis aufertur Olympum.* *Pernix* autem ad equum refertur: nam Saturni stella tardissima est. — 94. *Pelion*; montem Thessaliae, in quo Chiron habitavit. — 95. *Hunc quoque;* licet bonum et tot signis probatum. *Morbo gravis aut iam segnior;* duo sunt quibus minuuntur corporis vires: senectus, et morbus. Unde mire utrumque complexus est. — 96. *Abde domo;* in domo. Nam si adverbialiter vellet loqui, *domi* diceret. Tale est illud in quarto (36.): *Non*

76) In versu Ennii Guelf. I. omitt. v. *Perque.* Guelf. II. hab. *de gregibus. famam rapiunt et m.*

78) Burm. add. *Committere sese*, credere se, et ingredi. Et bis idem dixit: nam fluvios tentare minaces, hoc est, ignoto sese committere ponti. 79) *nec horret*, i. e. non facile pavescit. *ardua*, alta.

93) Burm. add. Quidam Philyram in florem conversam dicunt, vel in arborem: unde liber Philyrinus dicitur, quo coronae alligantur. (cf. Philarg.) — Idem ad v. 97. *Frigidus*, iam per senectutem. Adhuc quidem vult concumbere, sed impeditur, defectu virium. *Frustraque laborem*, difficilem et irritum.

Lybiae, non ante Tyro. Nec turpi ignosce senectae; Cicero in Catone maiore et laudat et vituperat senectutem: unde dupliciter hunc locum intellegimus: aut, Nec ignosce turpi senectae: aut, Non turpi senectae ignosce. I. e. abde et ignosce senectae, quae turpis non est: quia per naturam venit. — 98. *Ad praelia;* (ad coitum.) Alibi (A. 11, 736.): *Nocturnaque bella.* — 100. *Animos aevumque notabis;* praecipue ante omnia aetatem et magnanimitatem requires (considera). *Post cetera;* i. e. parentes et studium. — 102. *Et quis cuique dolor victo: quae gloria palmae;* vult probare moveri equos vel amissione, vel acquisitione victoriae. Nam eo tendit sequens iste decursus. Unde est paulo post: *Tantus amor laudum, tantae* (codd. *tanta*) *est victoris curae.* Lucanus (1, 293.): *Quantum clamore iuvatur Eleus sonipes.* — 104. *Effusi carcere currus;* usurpative pro carceribus, qui ab arcendo dicti sunt (Guelf. I. *a coherc*). Nam carcer est custodia noxiorum. — 105. *Iuvenum;* aurigarum, vel spectantium. *Haurit;* ferit, ut (A. 10, 314.): *Latus haurit apertum.* — 106. *Verbere torto;* frequenti scilicet iteratione. — 107. *Fervidus axis;* alibi (A. 11, 195): *Frenaque* (Guelf. I. et B. frenosque) *ferventesque rotas.* Nam tam rotae quam axis cursu calescunt. — 113. *Primus Erichthonius;* Vulcanus impetrato a Iove Minervae coniugio, illa reluctante, effectum libidinis proiecit in terram: inde natus est puer draconteis pedibus, qui appellatus est Erichthonius, quasi de terra et lite procreatus. Nam ἔρις est lis, et χθὼν terra. Hic ad tegendam pedum foeditatem, iunctis equis, usus est curru, quo tegeret sui corporis turpitudinem. — 114. *Rapidus;* velox. *Victor;* propositi sui effector. — 115. *Frena Pelethronii;* Pelethronium oppidum est Thessaliae, ubi primum domandorum equorum repertus est usus. Nam cum quidam Thessalus rex bubus oestro exagitatis satellites suos ad eos revocandos ire iussisset, illique cursu non sufficerent, ascenderunt equos, et eorum velocitate boves secuti, eos stimulis ad tecta revocarunt. Sed hi visi, aut (Cod. Urs. et Guelf. I. *sed divisi autem*) cum irent velociter, aut cum eorum equi circa flumen Peneon (Guelf. I. *Peleon*) potarent, capit bus inclinatis locum fabulae dederunt: ut Centauri esse crederentur. Qui dicti sunt centauri ἀπὸ τοῦ κεντᾶν τοὺς ταύρους. Alii dicunt Centaurorum fabulam esse confictam, ad exprimendam humanae vitae velocitatem, quia equum constat esse velocissimum. Bene autem *Pelethronii* addidit: quia sunt et alii Lapithae. — 116. *Equitem;* equum, pro equo rectorem posuit. — 117. *Gressus glomerare superbos;* ut cum disciplina incedat. *Quamvis saepe fuga versos;* ordo est, Quamvis sit saepe victor, quamvis nobili genere procreatus, tamen a magistris aetas est magnanimitasque requirenda: quae si non fuerint, illa nihil prosunt. — 122. *Neptunique ipsa deducat origine gentem;* [i. e. si sit procreatus] ab equo Neptuni, qui natus est tridentis percussione. — 123. *His*

113) Burm. add. De hoc Varro in libro, qui Mirabilium inscribitur: Erichthonium primum quattuor iunxisse equos ludis, qui Panathenaica appellantur. (cf. Philarg.) — Idem ad v. 118. *Uterque labor,* et sub iugum mittere, et subvertere frenum; ad v. 121. *Epirum,* quia in Epiro sunt aquae optimae, quibus exercetur curule certamen Iovis Olympici.

animadversis; moribus et aetate deprehensis. *Instant sub tempus*, coeundi scilicet: quo eis cura maior adhibe[a]tur. — 124. *Denso distendere pingui*; non laxo. Quod quibusdam potionibus per fraudem agasones facere consue[ve]runt. Unde ait, Denso pingui: i. e. viribus pleno. Sane *Pingue* generis est neutri: et ita in omnibus idoneis invenitur. Nam nec pinguedo nec pinguetudo Latinum est. — 126. *Pubentesque secant herbas*; adultas, maturiores: quibus robur acquiritur. *Blando labori*; periphrasis [est] coitus. — 128. *Ieiunia*; infirmitatem venientem ex inedia. — 130. *Iam nota voluptas Sollicitat*; dicendo *nota*, per transitum tetigit rem ab aliis diligenter expressam. Nam equae pullae (codd. *puellae*) cum primum coeunt, si macrae sint: et debilitantur, et debiles creant: post primum autem partum tenues esse debent. — 131. *Frondesque negant, et fontibus arcent*; contra illud, Florentesque secant herbas, fluviosque ministrant. — 133. *Cum graviter*; hoc est die medio. Hoc autem ad exprimendum diei tempus est positum: non quod equae aestatis tempore coeant. — 135. *Nimio ne luxu*; *nimio*, pingui. Et bene rem turpem aperte a Lucretio tractatam vitavit translationibus, quas omnes ab agricultura traxit. *Luxu*; propter luxuriem segetum. — 136. *Genitali arvo*; pro muliebri folliculo, quem [scilicet] vulvam vocant, ut etiam Plinius docet: nam ante folliculus dicebatur. *Sulcos oblimet inertes*; claudit meatus. Et hoc similiter per translationem dixit. Nam legimus supra, Et obducto late tenet omnia limo. — 139. *Exactis gravidae cum mensibus errant*; vicinis partui. Tunc enim diligentius tractandae sunt ne abigant [fetus]. — 141. *Saltu superare viam*; quod solet fieri cum pascunt pedibus impeditis. — 143. *Vacuis*; magnis. *Plena flumina*; ne inclinentur ad potum. — 146. *Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans*; ordo talis est, Circa lucos Silari fluminis Lucaniae et Alburnum eius montem, est plurimus volitans: ac si diceret, est multa musca. *Volitans* autem modo nomen est, non participium. — 148. *Oestrum Graii vertere vocantes*; vertere ex soni similitudine, Onomatopoeiam fecere. Non enim possumus accipere, ex latina lingua mutavere, cum constet Graecam primam fuisse. Oestrum (codd. *oestros*) autem Graecum est: Latine asylus, vulgo tabanus vocatur. *Cui nomen asilo*; ut (A. 9, 593.): *Cui Remulo cognomen erat*. — 151. *Sicci Tanagri*; non multum valentis. Tanager autem fluvius est Lucaniae: et *sicci* ad tempus aestatis relatum est. Est enim torrens hieme. Et hoc dicit, armentorum mugitu cuncta resonare. — 152. *Hoc quondam monstro*; argumentatur ab exemplo, dicens, oestro (Guelf. II. *cum oestro*) contra pellicem se defendisse Iunonem. Nota autem est fabula: Io Inachi filiam a Iove Iunonis adventu con-

Ad v. 125. Burm. *Dixere*, pro designavere. Cicero de Republica: *Sic de accusatore lege quinta dicta*, i. e. designata. Et Horatius (Carm. 2, 7, 25.): *Quem Venus arbitrum dicit bibendi*, pro designat. (cf. Philarg.)

131) Burm. add. Fontibus arcent, i. e. a potu etiam prohibent. — 132. *cursu quatiunt*, currere faciunt. sole fatigant, calore faciunt laborare. — Idem ad vv. 137. 38. *Interiusque*, i. e. intra naturalia, secreta, et loca, quibus foetus clauditur. *Rursus*, non pro *iterum*, sed *contra* ponitur.

versam esse in vaccam, cui Iuno immisit oestrum: quo (Guelf. II. *quae*) toto orbe fatigata tandem aliquando venit ad Aegyptum, et illic in Isim conversa est. Transiit autem per mare angustum, quod Bosporon appellatum est, nunc Hellespontum (Burm. *Hellespontus*) nominatur. — 153. *Pestem meditata iuvencae*; vel quam pestem ante excogitaverat: vel meditata, inferens et exercens accipiamus; Horatius (Carm. 4, 14, 28.): *Horrendamque cultis Diluviem* (Al. *diluvium*, an *diluviam?*) *meditatur agris*, i. e., infert, exercet. Nam et in ipsa meditatione exercitium est. — 154. *Hunc quoque*; i. e. etiam hoc malum remove. *Fervoribus acrior instat*; tunc est acrior. Et dicendo tempus, ostendit quemadmodum possit evitari. — 155. *Gravido pecori*; i. e. a gravido pecore. Nam *arceo a te* dicimus. *Sole recens orto*; *statim*, (ut) Sallustius, *Coria recens detracta veluti glutine* (codd. *glutino*) *adolescebant.* — 157. *In vitulos*; modo generaliter et de equis et de bubus accipimus. — 158. *Notas*; caracteres. — 159. *Pecori habendo submittere*; admissarios facere. — 161. *Et campum horrentem fractis invertere glebis*; ecbasis poëtica. Suffecerat enim: Aut scindere terram. — 162. *Ceteri pascuntur*; per hoc intellegimus illa omnia, quae dixit animalia domi esse servanda. — 163. *Tu quos ad studium*; locus de bubus domandis. — 164. *Viamque insiste domandi*; institue artem domandi. — 166. *Circlos*; *circus* est principale, unde fit *circulus*, et per syncopam *circlus*: sicut *periculum* et *periclum*, *seculum* et *seclum*. — 169. *Gradum conferre*; pariter incedere. — 170. *Rotae inanes*; sine pondere. — 173. *Temo aereus*; fortis: sic in quinto (274.): *Aerea quem obliquum rota transiit.* Item Horatius (Carm. 3, 16.): *Inclusam Danaem turris aënea.* — 174. *Pubi indomitae*; hoc ad iuvencos tantum pertinet. Nam de equis contra dicturus est. Ut (206.): *Namque ante domandum Ingentes tollent* (codd. *tollunt*) *animos.* — 175. *Vescas frondes*; siccas et teneras. Nam *vescum* hoc est proprie, unde et telae aranearum vescae nominantur. — 176. *Frumenta manu*; eis etiam farraginem dabis. — 180. *Praelabi flumina Pisae*; quia ut supra (18.) diximus, circa ripas fluminum agitabatur curule certamen. — 188. *Inque vicem*; frenorum scilicet, ne adhuc tenera ora laedantur. — 189. *Etiam inscius aevi*; nondum habens ab annis fiduciam. — 190. *Ubi quarta accesserit aetas*; quartus annus. Nam aetatem plerumque generaliter dicimus pro anno et pro triginta, et pro centum, et pro quovis tempore. *Sitque laboranti similis*; praeparetur ad futurum laborem. — 196. *Qualis Hyperboreis*; Hyperborei montes sunt Scythiae: [sic] dicti quod supra, i. e. ultra eos flat Boreas. Dicit autem, sic currat equus, ut ventus. — 197. *Ari-*

159) Burm. add. *Habendo*, ut habeatur, ut Lucilius in trigesimo: Nonnunquam dabit ipsa aetas, quod possit, habendo. — Idem ad 165. *Mobilis* i. e. flexilis. Hic est sensus: antequam magnitudo virium, et perfecta aetas eis sit, eos incipe domare.

Ad v. 183. Burm. *Lituosque pati*, Buccinas sonantes audire. *Lituus* est virga regalis, quasi lites dirimens: nam et virga Mercurii appellatur *lituus*. Et potest hic intelligi virga, qua domantur equi: ut virgae sonitum, tanquam percutientis, frequenter audiat.

autem *Nubila*, sine pluviis. *Differt*; dissipat. — 199. *Horcunt*; contremiscunt. Persius, *Scis comitem horridulum trita nare lucerna*; i. e. trementem. — 201. *Ille volat*; scilicet ıtus. [*Aequora*, campum planum aequor appellat.] *Verrens*; ıhens. — 202. *Ad Elei metas*; scil. fines Circi. Elis autem 'itas Arcadiae, in qua agebatur curule certamen. Et est spe-:s pro genere. — 203. *Spumas aget ore cruentas*; quod est ;num equi fortissimi, si velut rubras egerit spumas. — 204. *lgica Esseda*; Gallicana vehicula. Nam Belgae (Guelf. I. II. V. *Belgi*) civitas est Galliae in qua huius[cemodi] vehiculi pertus est usus. *Molli collo*; domito. Ut (A. 11, 622.): *Mols colla reflectunt*. — 208. *Duris parere lupatis*; frenis aspernis, Dicta autem lupata a lupinis dentibus qui inaequales sunt. ıde etiam eorum morsus vehementer obest. — 210. *Caeci noris*; latentis Cupidinis. — 212. *Relegant*; removent. — 3. *Flumina lata*; ne natatus sit facilis. — 215. *Videndo*; dum ietur. Gerundi modus a passivo. — 219. *In magna silva*; ıi *Sila* legunt: ut sit mons Lucaniae, quod modo nulla necessi-s cogit: ut in Aeneide (A. 12, 715.): *Ac velut ingenti Sila sub onte* (Guelf. I. II. *summove*) *Taburno*. Ubi utrumque speciale t. — 223. *Reboant silvae*; resultant, remugiunt. Est autem raecum verbum. Nam apud Latinos nullum verbum est quod ıte o finalem, o habeat: excepto *Inchoo*: quod tamen maiores .ter scribebant, aspirationem interponentes duabus vocalibus, dicebant *incoho*. Tria enim tantum habebant nomina, in quis c literam sequeretur aspiratio, sepulchrum, orchus, pulcher: quibus pulcher tantum hodie recipit aspirationem. — 225. *ulat*; extra solum suum habitat. — 228. *Aspectans*; Cicero Catilina (2, 1.): *Retorquet oculos profecto saepe ad hanc bem, quam e suis faucibus ereptam esset luget*. — 229. *Vi-exercet*; ab incultu robur (Guelf. I. *vires vel rob.*) acquirit. —). *Pernix*; modo perseverans. Horatius (Epod. 2, 42.): *Perniuxor Apuli*. Pernix autem perseverans a pernitendo tractum — 231. *Carice acuta*; herba durissima. *Oblitum*; iam seum ex ante acta victoria. — 239. *Immane*; adverbium est rm. Pro immaniter: nomen pro adverbio.). *Fluctus ut in lio*; sic paulatim taurus movetur ad praelium (Vulg. *praelia*. ılf. I. *mov. in bellum*). — 244. *Amor omnibus*; i. e. in unoque genere unus est amor, i. e. similis, ut puta in lupis unus amor, i. e. similis. Item in equis, et aliis omnibus pro quae generis sui. Sicut alibi ait (G. 4, 190.): *Sopor suus occuartus*. I. e. ipsis aptus. Nam in omnibus animalibus non amor unus atque idem, sed in singulis generibus, pro quali-

9) In loco Persii Guelf. II. R. V. Vos. *Scit*, L. *scito*. B. omittit hoc v. Dein R. Vos. *Lucerna*.

8) Guelf. I. addit: et aliter. lupatum freni genus est quo temperantur ora quae dictui repugnant; quae Philargyriana esse videntur.

v. 227. Guelf. I. et cod. Urs. *inultus amores*, nunc iuvencam et stabula.

3) In loco Cic. cod. Urs. omitt. *saepe*. Dein pro *fauc*. Steph. al. *manibus*; dein *ecce* pro *esse* B. L. R.: omitt. V.; Guelf. II. *quam e suis f. e. ecce luget*. Cod. Urs. et Guelf. I. addit: *excessit*, pro excedit (s. excidit). Guelf. I. ad 235. *viresque refectae*, deest *est* et *sunt*.

litate naturae (est). — 245. *Catulorum oblita*; vi scilicet nimii amoris. *Leaena* autem Graecum est, sicut dracaena. Nam nos hic et haec leo dicimus; lea namque usurpatum est; quia in o exeuntia masculina, feminina ex se non faciunt. Ut fullo, latro, leo. — 247. *Informes ursi*; vel magni: vel qui tempore quo nascuntur, forma carent. Dicitur enim quaedam caro nasci, quam mater lambendo in membra componit. — 249. *Solis*; desertis. *Libyae* autem *in agris* (codd. *arvis*); Serpentibus plenis. — 250. *Tota tremor pertentet equorum Corpora*; signatis sermonibus utitur ad vim amoris exaggerandam, dicens et tota corpora, et pertentet, i. e. penitus tentet: cum dicat levem odorem equarum. — 251. *Notas odor attulit auras*; hypallage est pro aurae odorem apportaverint notum. — 252. *Frena virum*; pro virorum fortium. — 253. *Rupesque cavae, atque obiecta retardant*; ad illud superius (212.) respexit: *Post montem oppositum, et trans flumina lata.* — 255. *Sabellicus exacuit sus*; Sabinus: et est species pro genere. Dicit autem suem domesticum, quem cicurem vocant. Nam de apris supra ait, Tunc saevus aper: hoc enim vult probare non tantum feras, sed et mansueta animalia amore in furorem moveri. — 256. *Prosubigit*; fodit, et pedibus impellit alternis. Quod pugnaturi sues facere consueverunt ad acquirendum robur. Unde etiam latera et costas terentes, durant ea in futura certamina. — 257. *Hinc atque illinc*; et a pedum motu et ab attritione costarum. — 258. *Quid iuvenis*; ne forte occurreret (G. I. *ne f. diceretur* tantum) illa animalia carere ratione, dicit etiam homines gravius in amore moveri. Fabula talis est: Leander Abydenus et Hero Sestias fuerunt invicem se amantes. Sed Leander natatu ad Hero (Guelf. I. II. *eroem.* Dan. *Heronem*) ire consueverat per fretum Hellesponticum, quod Seston et Abydon civitates interfluit. Cum igitur iuvenis oppressi tempestate cadaver ad puellam delatum fuisset, illa se praecipitavit e turre. — 261. *Porta tonat caeli*; aër nubibus plenus, per quem iter in caelum est. — 262. *Nec miseri possunt revocare parentes*; hoc est amor parentum. — 265. *Imbelles*; licet imbelles, tamen moventur in pugnam. — 266. *Furor insignis*; notabilis, [et] praecipuus. — 268. *Glauci Potniades* etc.; Potnia (Burm. *Potniae*) civitas est, de qua fuit Glaucus: qui cum sacra Veneris sperneret, illa irata, equabus eius immisit furorem, quibus utebatur ad currum, et eum morsibus dilaceraverunt. Ordo autem talis est: Quo tempore Glauci membra malis (Guelf. I. *maxillis*) absumpserunt Potniades quadrigae. Hoc autem ideo fingitur, quod eis furorem Venus immiserit, quia dilaniatus est Glaucus effrenatis nimia cupiditate equabus, quum eas cohiberet a coitu, ut essent velociores. — 269. *Trans Gargara transque sonantem Ascanium*; Gargara pro quibuslibet montibus, sicut Ascanium pro quibuslibet fluminibus posuit: quod et sequentia indicant (quod dixit:) *Superant montes, et flumina tranant.* — 273. *Ore* etc; Varro dicit, *in Hispania ulteriore verno tempore equas nimio ardore commotas: contra frigidiores ventos ora patefacere ad sedandum calorem,*

273) In loco Varr. V. dat: *edereque pullos veloces.* Guelf. II. B. L. R. Vos. *edereque pullos licet veloces.* Vulgatum tuetur Guelf. I. Mox L. *duratores.*

eas exinde concipere et edere pullos, licet veloces diu tamen nime duraturos. Nam brevis admodum vitae sunt. — 274. *ceptant*; frequenter excipiunt. — 278. *Chaurum*; pro *Chon*; sicut *saurex* pro *sorex*, *caulis* pro *colis*. — 280. *Hinc num Hippomanes*; scit lectum esse apud Hesiodum (Burm. *eocritum*), herbam esse quandam quae hippomanes vocatur, asi ἵππου μανία, si enim eam comederint equi, furorem pantur. Unde nunc adiecit: *Vero quod nomine dicunt.* Nam t illam herbam abusive *hippomanes* dictam, quod possint equi ere et alia quacunque ratione. Re vera autem hippomanes it esse virus defluens ex equarum inguinibus, quo tempore untur amoris furore. Ut sit hippomanes virus natum ἀπὸ : μανίας τῆς ἵππου. — 281. *Lentum virus*; quod dixit, i. e. cidum. — 283. *Miscueruntque herbas, et non innoxia verba*; orimit augmenta malitiae novercarum, quae virus herbis [et] us tamen) cantibus herbarum armant (Guelf. I. et al. *augment*) venena. — 285. *Singula dum capti circumvectamur amo*; dum speciatim cuncta describimus. — 286. *Superat*; pro perest. — 287. *Lanigeros agitare greges*; Lucretius contra, 661.): *Buceriaeque greges.* Agitare, aut curare, aut pascere. *rtasque capellas*; i. e. setosas: ut (E. 8, 34.): *Hirsutumque percilium.* — 288. *Hic labor, hinc laudem*; ad tuenda imcilliora animalia. — 290. *Et angustis hunc addere rebus horem*; humilem materiam alto sermone decorare. Sic illud in arto est (6.): *In tenui labor, at tenuis non gloria.* — 291. *d me Parnassi deserta per ardua*; per *Parnassi ardua*, Helinem et Citheronem montes musis dicatos [significat] Et hoc it, Scribendi amor rapit me ad opus arduum, et a nullo ante scriptum. Quod per periphrasin et allegoriam poëticam indit. — 292. *Iugis*; per iuga. *Qua nulla priorum*; dispono ire fontem Castalinam, per eam viam, per quam nullus ante it orbitam suam. Ordo autem est, Qua nulla priorum orbita staliam (Guelf. I. et Cod. Urs. *Castalium fontem delforum*) rertitur. — 293. *Molli clivo*; i. e. facili itinere et descenne. Hic autem locus totus de Lucretio translatus est. — 294. *nc veneranda Pales*; i. e. Dea pabuli invocanda nunc maxime. 295. *Stabulis in mollibus*; clementioribus et aëris tempei. Vel propter plagam australem, vel propter suppositas her- animalibus. — 296. *Frondosa reducitur aestas*; donec verm tempus adveniat. Nam, ut etiam in primo (43.) diximus, et aestas, sicut etiam hiems et auctumnus, unum fuerunt seidum rationem hemisphaerii. — 299. *Turpesque podagras*; pexit ad curam, quae sine pannis et medicaminibus sordidis i fit. — 300. *Post hinc*; cum hoc feceris; et *Post hinc*, unum

81) Burm. add. glutine. Theocritus autem herbam dicit nasci in Arcadia, qua gustata equae in libidinem ardescunt: et Theophrastus, carunculam in fronte equi.

86) Guelf. I. add. *Colonos* pro *pastoribus* posuit.

93) Versus Lucretii 1, 921 sqq. add. Burm.: Neo me animi fallit, quam sint obscura; sed acri Percussit thyrso laudis spes magna meum cor. Et simul incussit suavem mi in pectus amorem Musarum: quo nunc instinctus, mente vigenti Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo.

vacat: sicut (A. 2, 48.): *Primus ibi ante* (codd. Burm. post mihi ante) *omnes*. — 301. *Fluvios praebere recentes*; i. e. aquam statim haustam. Nam si pigram potaverint, statim morbum contrahunt. — 302. *Stabula a ventis*; figurate, scilicet ventos non perferentia. *Hiberno soli*; contra plagam meridianam, per quam sol currit per hiemem: quod explanat dicens: Ad medium conversa diem. — 304. *Extremo anno*; mense Ianuario, qui est penultimus. Nam ut etiam in primo (64.) diximus: Ut primis extemplo a mensibus anni: [a] Martio mense inchoabat annus apud maiores. Ergo *Extremo anno*, Extrema parte anni. — 305. *Haec quoque non cura*; cum de capellis loquitur, figurate neutro usus est genere. Nam integrum erat: *Hae quoque non cura nobis leviore tuendae*. Sane perite: quoniam scit planam (Guelf. I. *plenam*) esse ovium utilitatem, eam praeterit, et exaggerat meritum capellarum, ut dictis in lucem promat rem per se minus patentem. — 306. *Milesia vellera*; lanae pretiosissimae. Nam Miletos civitas est Asiae, ubi tinguntur lanae optimae. Ipse in quarto (334.): *Milesia vellera nymphae Carpebant*. Cicero in Verrem, *Quid a Milesiis lanae sustulerit*. *Magno* autem *mutentur*; ingenti pretio comparentur. Nam apud maiores omne mercimonium in permutatione constabat: quod et Caius Homerico confirmat exemplo. — 307. *Tyrios incocta rubores*; figurate: quae coquendo Tyrium traxit ruborem: i. e. migravit in purpuram. — 308. *Densior hinc soboles*; binos enim pariunt capellae plerumque. — 311. *Barbas*; sic de quadrupedibus. Nam hominum *barbam* vocamus. *Incana* autem dixit nimium cana. — 312. *Cinyphii hirci*; Libyes a fluvio Cinyphe. — 313. *Miseris nautis*; qui frequenter patiuntur pericula. *In usum* autem *castrorum* ideo dixit, quia de ciliciis et poliuntur loricae, et teguntur tabulata turrium, ne iactis fatibus ignis possit adhaerere. Et bene laudat capellas, dicens ciliciorum usum et in mari, et in terra prodesse mortalibus: hoc est in duobus elementis, concessis hominibus. — 314. *Pascuntur silvas*; et *pasco* et *pascor illam rem* dicimus, et *pascuntur* pro *depascuntur*. *Summa Lycaei*; montis Arcadiae. Et est species pro genere. — 317. *Suosque ducunt*; pro educunt (Burm. *educant*) fetus proprios et enutriunt. Unde et educatos dicimus. — 319. *Quo minor est illis*; ordo est, Igitur omni studio avertes ab eis ventos, et glaciem, quo egestas mortalis, i. e. necessitas mortalitatis minor est illis curae: hoc est minus ad ipsarum

304) Burm. *Am*, i. e. mense Ianuario. *Cadit*, i. e. occidit: occasu scil. heliaco: qui cum oriatur cosmice cum sole, tamen occidit heliace: quoniam a nobis videri non possunt signa cum sole orientia, quod nunc Virgilius ait: Iam frigidus Aquarius cadit. *Aquarius* autem multi Ganymedem volunt esse. *Extremo* etc.

305) Guelf. I.: *Haec quoque* quod dixit, figurate neutro usus est genere; cum de capellis loqueretur. Nam non est vicium. Nam *hae quoque* debuit dicere. Nam integrum etc.

306) In Ciceronis (in Verr. 1, 34.) loco Vos. *qua Mil.* B. L. R. *quidam Mil.* Guelf. I. *quidam Mil. lanas s.* — Mox *Gaius* Guelf. I. II. L. R. V. Vos. Intelligit C. Cassium Longinum Ictum, non vero Tit. Caium. V. Bertrand. in vita Cassii p. 108. V. et Instit. de emptione §. 2. *Burm.*

pertinet curam. Nam hoc dicit, Quanto illae sibi adesse non possunt, tanto eis a te est maior impendenda diligentia. — 322. *At vero Zephyris cum laeta vocantibus aestas*; subaudis advenerit. Dicit autem ver quo flaverit [Zephyrus] incipit: ut in primo (43.): *Et Zephyro putris se gleba resolvit.* — 324. *Frigida rura Carpamus*; i. e. carpere cogamus animalia. Et mane oves pasci praecipit, secundum morem suae provinciae. Nam in aliquibus locis morbum contrahunt, nisi iam siccato rore pascantur. *Dum gramina canent*; Turnus: *et matutinis lucentes roribus herbae.* — 328. *Querulae cicadae*; canorae. Horatius (Carm. 3, 7.): *Sub cantum querulae despice tibiae.* Aut certe *Querulae* [dicitur] propter illam fabulam, quod Tithonus maritus Aurorae post optatam longissimam vitam, diu vivendo in cicadam dicitur esse conversus. *Rumpent arbusta*; nimio clamore. Iuvenalis (1, 13.): *Et assiduo ruptae lectore columnae.* Persius (3, 9.): *Findor, ut Arcadiae pecuaria rudere dicas.* — 330. *Ilignis canalibus*; factis ex ilice. Sane *canalis* melius genere feminino quam masculino proferimus. — 332. *Sicubi magna Iovis antiquo robore quercus*; quia omnis quercus Iovi est consecrata. Quod autem dicit Iovis quercus, et Ilicibus crebris sacra nemus accubat (codd. *accubet*) umbra: non revera consecratos lucos nos dicit petere debere: sed ita densos quales sunt illi, quos religio defendit. Unde apparet, quercum Iovis, et sacram umbram, generalia esse non specialia epitheta: nam ut diximus, et omnis quercus Iovi est consecrata, et omnis lucus Dianae. — 335. *Tenues aquas*; epitheton aquarum est. Alibi (G. 4. 410.): *Aut in aquas tenues dilapsus abibit.* — 336. *Aëra vesper Temperat*; refrigerat aestatis calorem. *Reficit*; recreat. *Luna*; nox. — 338. *Litoraque* etc.; quo tempore resonat per litora Halcyon avis, cuius fabulam in primo (399.) memoravimus. Per *Dumos* vero Acalanthis, quam alii lusciniam esse volunt, alii vero carduelem (codd. *carduelum*), quae spinis et carduis pascitur. Ut inde etiam apud Graecos ἀκάλανθις dicta sit ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν, i. e. spinis quibus pascitur. — 339. *Quid tibi pastores Libyae*; dicit pro qualitate provinciarum diversa esse genera pastionum. — 342. *Sine ullis hospitiis*; sine [ullis] stabulis. — 344. *Armentarius*; abusive [armentarium posuit.] Nam [nunc] de gregibus loquitur. *Tectumque laremque*; tentoria militum more: ac si casam diceret. — 345. *Amyclaeumque canem*; Laconicum. Et est species pro genere. Amycla autem civitas est Laconiae: unde est (89.): Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus. — 346. *Patriis acer Romanus in armis*; generaliter sibi concessis: ac si diceret Martiis. — 347. *Iniusto*

324) *Turnus* habent B. L. R. V. Vos. et Guelf. I. Vulg. *Nocturnis* (Guelf. I. *noturnis*). De poëta *Turno* v. Burm. ad h. l.

335) Burm. add. Cui contrarium est illud (9, 31.): *At pingui flumine Nilus.*

345) Burm. add. *Cressamque*, Creticam; dicit autem, pastorem gregum etiam arma habere debere, quibus et gregem defendat, et aliquid etiam venetur. Aliter hic reprehenditur Virgilius: quod Gaetulis praeter morem sagittas, non autem lanceas dederit. — Idem ad v. 359. *Lavit*, hic praesentis temporis est, pro *lavat*; nam si esset praeteritum, *la* non corripuisset. Dicit autem, illic solem nec ortu suo nubes resolvere, nec occasu, sed continue ibi nubium umbras esse.

sub fasce; sub magno onere. Ut (E. 9, 65.): *Ego hoc te fasce levabo.* Magnum autem onus dicit propter arma, alimenta, vestitum. — 348. *Ante expectatum*; dicto citius, antequam eius expectetur adventus. Et est una pars orationis: hoc est adverbium. *Stat*; obstat. Nam Aphaeresis est. — 349. *At non qua Scythiae gentes*; subaudis talis est pastio. *Maeoticaque*; Maeotis palus est Scythiae frigore congela-cens. — 350. *Ister*; fluvius Scythiae, qui et Danubius nominatur. — 351. *Quaque redit etc.*; qua Rhodope mons Thraciae protentus in orientalem plagam, Gammaides (codd. *Gammoides*, i e. Literae *Γ* simil.) in septentrion[al]em reflectitur. Nam ideo ait *Redit sub axem*; nam axis es septentrio: qui Graece ἅμαξα nominatur. — 354. *Informis*; nivis superfusione, carens varietate formarum, nullisque agnosce..da limitibus, illimitata. — 355. *Septem assurgit in ulnas*; crescit in septem ulnas. *Ulna* autem, ut diximus (E. 3, 105.) secundum alios, utriusque manus extensio est, secundum alios cubitus: quod magis verum est, quia Graece ὠλένη (codd. nonnulli ὤλενος) dicitur cubitus: unde est λευκώλενος ἥρη. — 357. *Pallentes haud unquam*; nunquam nubes resolvit. Nam *pallentes umbrae*, sunt, non ex nocte sed ex nubibus factae. — 360. *Concrescunt subitae currenti in flumine crustae*; aquae congelascunt fluentes. Notandum sane, quia cum *haec crusta* dicimus feminino genere, lapidis, aut ligni, aut gelu partem significamus. Cum vero *crustum* dicimus, edulium aliquod significamus, partem panis vel placentae. Ipse in septimo (114.): *Orbem fatalis crusti.* Horatius (Serm. 1, 1, 25.): *Dant crustula blandi Doctores.* Iuvenalis (9, 5.): *Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo.* — 362. *Hospita plaustris*; facilis. Unde et hospitalis homo dicitur, hospiti apte serviens (codd. *hospita*, i. e. apta, serviens.). — 363. *Aeraque dissiliunt vulgo*; passim crepant. Nam tam nimio frigore, quam calore, aera rumpuntur. Persius (Potius Horat. Serm. 2, 5, 139.): *Findit infantes statuas. Vestesque rigescunt*; durantur, ut frangi potius, quam scindi posse videantur. — 364. *Caeduntque securibus humida vina*; etiam vinum naturaliter calidum illic gelatur. Intellegimus autem peregrinum: nam illic non nascitur [vinum, propter nimium frigus et continuum:] sicut paulo post ipse docet, dicens: *Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.* Sane volunt physici vinum non gelari (codd. *gelare*): unde hoc loco aut Hyperbole est: Aut quia dixit *Humida*, aquae mixta intellegamus: Ita enim gelari (*gelare*) dicuntur. — 365. *Totae solidam in glaciem vertere lacunae*; fossae ad siccandos agros paratae, cum alibi tantum incrustentur, illic usque ad imum [con]gelantur. — 366. *Stiriaque impexis*; *stiria*, i. e. gutta: inde fit diminutivum, ut dicamus *stilla*. Unde est (et) destillat, [et] stillicidium. Sensus autem duplex est. Nam aut hoc dicit, De impexis barbis pecudum pendens gutta duratur. Aut certe de tectis vel arboribus gutta horrida induruit in modum barbarum. — 367. *Non secius*; non segnius quam inchoaverat. — 368. *Pruinis*; abusive nivibus. Nam pruina est matutini temporis frigus. — 369. *Conferto agmine cervi*; coniuncto. Cervi enim congregatione gratulantur. — 370. *Mole nova*; nivium magnitudine. — 371. *Cassibus*; i. e. retibus. Hinc est quod et *incassum* dicimus, i.

sine causa, quasi sine cassibus: sine quibus venatio est in-s. — 372. [*Pennae*; sagittae, quibus pennae inseruntur.] — ⌊. *Graviterque rudentes*; *ru* [enim] more suo corripuit. Ut in timo (116.): *Et sera sub nocte rudentum*. Persius (3, 9.) duxit: *Findor ut Arcadiae pecuaria rudere dicas*. — 376. :cubus; artis fuerat *specibus* [dicere]: quia quarta declinatio dativo et ablativo pluralibus,] *u* in *i* vertit: et ita facit dati-n pluralem ut ab hoc *fluctu*, his *fluctibus*. Sed quia pin-us sonat et melius, *specubus* dicimus. Unum tamen nomen , quod aliter non dicimus, ut *tribubus*. Nam *tribibus* nemo it. — 379. *Hic noctem ludo ducunt*; quasi perpetuitatem ·tis quippe sub terris locati, ludo concelebrant. — 380. *Fer-nto atque acidis imitantur vitea sorbis*; potionis genus est od cervisia (codd. *cervesia*) nominatur. Et consequens est, od dicit vinum per naturam calidum in provincia frigida non se creari. — 381. *Septem subiecta Trioni*; Tmesis, pro *tentrioni*. — 382. *Gens effrena virum*; saeva, rectorem re-ans. *Rhiphaeo Euro*; vento Scythico. Rhiphaei autem mon-sunt Scythiae, ut diximus, a perpetuo ventorum flatu nomi-i. Nam ῥιφή, Graece ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν et ὁρμή impetus dici-. — 383. *Pecudum fulvis velantur corpora setis*; Renoni-s. Nam ut Sallustius dicit in historiis: *Vestes de pellibus Re-nes vocantur*. — 384. *Si tibi lanicium curae*; et *haec lana* imus, et *hoc lanicium*: sicut *fuga* et *effugium*. Quod autem it, oves lanae causa non debere pinguescere, physicum est. ane enim pingue animal caret pilis: quod hirsutum efficit icies. — 385. *Lappaeque tribulique*; [a] quibus rebus lana :erpitur. *Continuo*; hic pro perpetuo: semper hoc enim fieri bet. — 386. *Villis lege mollibus albos*; lana enim alba pre-sior est, quippe susceptura alium quemlibet colorem. Quod :em hic per transitum tangit, in aliis plenius legitur, maritum :oris, et cornu et ungulis, et palato album esse debere. Alio-in licet [aries] sit candidus lanis, constat ex eo pullos i. e. ni-os creari. — 387. *Aries sit candidus ipse*; bene *Ipse* addidit, asi qui aut dominus gregis est, aut qui antea pro domino ea-al dari consueverat. Nam apud maiores homicidii poenam xius arietis damno luebat: quod in Regum legibus legitur. *illis*; nigris.] — 388. *Udo palato*; semper humido. Alibi, *Et ae vocis iter*. — 389. *Reiice*; *re* (codd. praeter R. *rei* s. *i*) aut quasi monosyllabum produxit licenter: aut ut diximus ra (A. 10, 473.), quia cum faciat *reieci* (al. *reiice*) *i* pro du-ci habetur, et *Re* efficit longam. Ideo et in aliis modis prae-nit sibi productionem. *Pullis*, nigris. — 391. *Munere sic neo lanae*; mutat fabulam. Nam non Pan, sed Endymion iasse dicitur Lunam: qui spretus pavit pecora candidissima, et eam in suos illexit amplexus: cuius rei mysticae (al. Burm. *rstici*.) volunt quandam secretam esse rationem. *Si credere gnum est*; tantum de Luna sacrilegium. — 395. *Salsasque at praesepibus herbas*; ut et multum potantes reddant pluri-um lactis: et ipsum lac non sit fatuum, sed habeat salis occul-n, i. e. vix intelligibilem [et] non statim apparentem saporem. 398. *Excretos*; validiores. *Ferratis capistris*; i. e. duris. — l. *Nocte premunt*; cogunt in caseos. — 402. *Calathis*; vasis

aereis: in quibus lac vel recens caseus in urbe distrahitur. — 403. *Aut parco sale*; aut modico [sale]: aut re vera parco, i. e. servatore (codd. *servatori*; Steph. et Guelf. I. *servatorio*.): quia omne in quod mittitur servat. Nam et homo frugi, *parcus* vocatur. Aut certe *parco* dixit pro *parce*, ut sit nomen pro adverbio. — 404. *Nec tibi cura canum fuerit*; litotes, pro magna tibi cura sit canum. *Postrema*; vilis. *Una*; h. e. cum pecore. — 405. *Veloces Spartae catulos*; pro Spartanos. In Laconicis (codd. praeter Guelf. I. *in illis*) velocitas, in Molossis fortitudo laudatur. Sparta autem Laconicae est civitas, Molossia civitas Epiri. — 406. *Pasce sero pingui*; aqua lactis, quae pingues efficit canes. — 407. *Nocturnum furem*; captantem noctis opportunitatem. *Fur* autem a *furvo* dictus est, i. e. nigro. Nam noctis utitur tempore. Horatius (Carm. 2, 13, 21.): *Quam paene vidimus* (Hoc v. omitt. codd. et al.) *furvae regna Proserpinae*; aut certe a Graeco venit; nam fur φώρ vocatur. *Iberos*; abactores. Fere enim Hispani omnes acerrimi abactores sunt. — 409. *Onagros*; agrestes asinos. Et est laus canum. — 411. *Saepe volutabris silvestribus*; volutabra loca sunt in quibus se apri volvunt. *Silvestribus* autem ideo, quia et circa casas esse, et in civitatibus possunt. — 414. *Odoratam stabulis*; hic pro odoriferam. Et loquitur de serpentum remediis, qui ingressi tecta, animalibus nocent. — 415 *Agitare*; persequi. *Gravi nidore*; serpentibus scilicet noxio. *Galbanum* autem species est multis apta medicaminibus. *Chelydros*; Chelydri dicti sunt, quasi chersydri: quia et in aquis et in terris morantur. Nam χέρσον dicimus terram, aquam vero ὕδωρ. — 416. *Aut mala tactu*; quae et tacta nocet, et est perniciosa dum tangit. *Vipera* autem species serpentis est, quae vi parit. Nam corrosis eius lateribus exeunt pulli cum matris interitu. Lucanus (6, 490): *Viperei coeunt abrupto* (V. Vos. abrupto) *corpore nodi*. — 417. *Coelum exterrita fugit*; gaudet tectis, ut sunt ἀγαθοὶ δαίμονες, quos Latini *genios* vocant. — 420. *Fovit humum*; amplexa terram est, in qua posset latere. — 422. *Timidum caput abdidit alte*; bene dixit *tim. cap.*, cui timet. Nam ut dicit Plinius, *Serpentis caput etiam si cum duobus evaserit digitis nihilominus vivit*. — 423. *Agmina caudae*; motus, Et hoc dicit Caede serpentem donec caudae volubilitas conquiescat. — 426. *Squamea convolvens sublato pectore terga*; i. e. erectus: quod ad expressionem generis serpentis posuit: Alii (al. (Burm. Guelf. II. al.) utroque loco: *aliae*) enim repunt toto corpore. Alii eriguntur corporis parte. Lucanus (9, 721.): *Et contentus iter cauda sulcare parias*. — 429. *Udo vere*, alibi (G. 1, 313.): *Cum ruit imbriferum ver*. — 431. *Improbus*; insatiabilis. *Ingluviem*; ventris capacitatem. *Ranis loquacibus*; clamosis. Et *loquacibus* ideo, quia ex hominibus factae sunt, ut dicit Ovidius. — 434. *Asperque siti*; Sallustius: *Quod genus, siti magis quam alia re accenditur*. —

426) In v. Lucani Fabr. al. *iit* pro *iter*; dein R. Vos. *Parias*, V. *peritas*, al. *pareus*. Guelf. I. *patrias*.

434) In loco Sallustii (Iugurth. 94.) L. *aecidatur*, B. *aecidutur* vel *aecingitur*, B. Guelf. II. *accidituor*.

435. *Mihi*; cuicunque. Ut (G. 1, 451.): *Non illa quisquam me nocte per altum Ire.* — 437. *Nitidusque iuventa*; pelle enim deposita redit in aetatem priorem. — 438. *Catulos*; abusive dixit. Nam catuli proprie canum sunt. — 440. *Morborum quoque te causas, et signa docebo*; tria dicit, signa, morborum causas, et remedia: sed non servat legitimum ordinem. Nam post remedia morborum, signa (et causas) commemorat. — 441. *Turpis scabies*; quae asperum et turpe efficit corpus. *Et altius ad vivum persedit*; medullas et ossa penetravit. — 443. *Illotus adhaesit sudor*; *lotus* (vel lavatus) vel *lautus* dicimus. Inde est et *lautum eo.* Nam illud ab Horatio (Serm. 1, 6, 125.) satis licenter dictum est: *Ast ubi me fessum sol acrior ire lavatum Admonuit.* — 445. *Dulcibus fluviis*; salsa enim aqua magis pruriginem creat. — 446. *Udisque aries in gurgite villis Mersatur*; Musimonem dicit ducem gregis, quem ita et Varro commemorat. Huic autem partem aliquam lanae pastores solent relinquere. Unde ait *udis villis.* Nam semper oves tonsae lavantur. — 447. *Secundo amni*; defluenti, cum aqua scilicet. — 448. *Tristi amurca*; amaris olei sordibus. Hoc autem remedium est contra sordes, scabiem, et [contra] laesum vepribus corpus. — 449. *Vivaque sulphura*; dactylicus versus, quod in fine dactylum habeat. — 450. *Idaeasque pices*; liquidas, quae in Ida Phrygiae monte nascuntur. — 451. *Scyllamque, helleboros*; genera herbarum sunt. — 452. *Praesens fortuna*; efficax (vel) utilis (et) profutura. Et dicit incidendum (codd. *incendend.*) esse vulnus, si medicaminibus emolliri minime potuerit. — 454. *Summum ulceris os*; ergo tunc secandum est cum os habuerit. [*Tegendo*, dum tegitur.] — 456. *Et meliora deos sedet omina*; maiores enim expugnantes religionem, totum in experientia collocabant. Sallustius (Cat. 52.): *Non votis neque suppliciis muliebribus deorum auxilia comparantur: vigilando, laborando, prospere omnia cedunt: ubi socordiae tete* (Guelf. I. te; Guelf. II. omitt. pronom.) *atque* (L. aut) *ignaviae tradideris, nequicquam deos implores, irati* (om. L. R.) *infestique sunt.* — 458. *Artus depascitur*; et *pasco* et *pascor illam rem* dicimus. *Arida febris*; quod arida efficit corpora. Tamen sciendum, febrem, licet a fervore dicta sit, esse etiam frigidam. Unde modo ad diastolen ait *aridam.* — 459. *Incensos aestus*; i. e. febrem. *Inter ima ferire pedis salientem*; i. e. (sanguine venam) mobilem. Dicit autem illam venam esse feriendam quae supra (codd. *super*) ungulam est animalis, tam lata quam mobilis. — 461. *Bisaltae quo more*; populi Scytharum: qui fugientes equorum sanguine aluntur lacte permixto. — 462. *Cum fugit*; vel re vera fugit: vel pergit celeriter. — 465. *Carpentem ignavius*; negligentius, sine aviditate. — 468. *Culpam ferro compesce*; atqui habere

440) Guelf. I. add. quibus signa ferunt et quibus intelliguntur.

Ad v. 444. Burm. *Et Hirsuti* etc. Duas res dicit, unde scabies ovium nascitur: aut nimium frigus, et humorem aëris: aut etiam cum post tonsionem non lavantur. Ex validiore enim aestu sudor eis adhaeret: ac propterea lavari frequenter praecipit.

446) L. Vos. *Simonem*, R. V. *Symonem.* Steph. Fabr. Dan. *Musomonem.* B. Guelf. I. II. *Musmonem.*

morbum, culpa non est. Sed hoc dicit, occidendo eam, tuam culpam compesce, i. e. vita crimen, in quod potes incidere, si, dum uni parcis, fuerit totus grex eius contagione corruptus. — 469. *Incautum vulgus;* (bene dixit *Inc. v.*) quod se (a) morbosi pecoris contagione abstinere non novit. [Sallustius: *Repente agros incautos invasit*, i. e. securos et quibus praecautum non erat. Et ut (3, 332.): *Excipit incautum.* — 472. *Tota aestiva;* loca posuit pro animalibus. *Aestiva* autem sunt loca umbrosa, in quibus per aestatem pecora vitant solis calorem. Statius (Theb. 1, 363.): *Et umbrosi patuere aestiva Lycaei. Spemque gregemque simul*; agnos cum matribus pariter. — 474. *Tunc sciat, aërias alpes et Norica siquis;* sensus hic est: Si quis est qui sciat ista loca qualia tunc fuerant, cum pecoribus erant referta, nunc quoque ea vacantia videat: licet plurimum a pestilentia fluxerit tempus. *Aërias Alpes;* i. e. Galliam. [Et dicendo aërias, verbum expressit de verbo. Nam Gallorum lingua alti montes *Alpes* vocantur.] *Norica*; Noricum pars est Illyrici. — 475. *Et Iapidis arva Timavi;* i. e. Venetiam. Nam Iapidia pars est Venetiae dicta ab Iapidio oppido. Sallustius: *Primam modo Iapidiam ingressus.* Huius fluvius est Timavus. Unde male quidam Iapigis legunt. cum Iapigia sit Apulia. *Miseranda tempestas;* pessima, ferens rem dignam miseratione. — 478. *Hic quondam morbo caeli, miseranda coorta est;* describit pestilentiam Venetiae, Galliae, Illyrici. Nam quodam tempore cum Nilus plus aequo excrevisset, et diu permansisset in campis, ex aqua fluminis et calore provinciae diversa, et plurima in limo animalia sunt creata, quae recedente in alveos suos Nilo, et integra et quae semiplena fuerant, putrefacta sunt: exinde corrupto aëre nata pestilentia est, quam Auster flans primo ex Aegypto ad Atticam provinciam pepulit. Mox inde in tractum Venetiae et Illyrici, usque quaque universa vastavit. Hanc autem pestilentiam ordine quo diximus plenissime est Lucretius (codd. *Lucanus.* v. Lucr. 6, 1095 sqq.) executus. — 479. *Totoque auctumni incanduit aestu*; exarsit prima auctumni parte, quae semper gravem efficit pestilentiam. Ut autem auctumnus abundet morbis, facit (hoc) confinium frigoris et caloris: quod licet etiam vernum tempus habeat, caret morbo: quia tunc corpora praecedenti durata sunt frigore, quae auctumnus corrumpit, laxiora inveniens post aestatis calorem. — 481. *Corrupitque lacus, infecit pabula tabo*; ordinem secutus est quem et Lucretius tenuit et Sallustius, Primo aërem, inde aquam, post pabula esse corrupta. — 482. *Nec via mortis erat simplex;* nec moriebatur ex usu, i. e. secundum naturalem ordinem, non tantum fuga animae, sed etiam corporis resolutione. Est autem (hoc) Sallustii, qui ait, *Ne simplici quidem morte moriebantur.* — 483. *Ignea venis Omnibus acta sitis*; fervidus calor: ab eo quod praecedit, id quod sequitur. — 484. *Fluidus liquor*; humor sordidus. *Ossa*; etiam ossa. [Et] per Hyperbolem totum hominem significat. — 486. *In honore deûm medio*; in sacrificiis. Ut (A. 1, 335.): *Haud equidem tali me dignor honore.* — 487. *Lanea*; i. e. insula. Nam non stat versus, si *lanea vitta* dixeris. — 489. *Mactaverat ante sacerdos*; eius scilicet mortem praeveniens. — 490. *Ardent altaria fibris;* quia ut dicit Plinius Secundus, *Morbosa caro non*

coquitur. *Inde*, ab hac causa quia morbus universa confuderit. — 491. *Nec responsa potest consultus reddere vates;* colligi enim nisi ex sana victima, futura non possunt. — 492. *Suppositi tinguntur sanguine cultri*; sic [et] in sexto (248.): *Supponunt alii cultros*, i. e. iugulant hostias. Dicendo autem *Suppositi*, feriendi genus ostendit. Nam interdum ab inferiori parte, interdum desuper feriebantur. — 493. *Summaque ieiuna sanie infuscatur arena;* signatis usus est verbis, nimisque libratis. — 494. *Vulgo;* ubique, passim et catervatim. *In laetis* autem *herbis* ideo, ne eos fame perisse putaremus. — 496. *Hinc canibus blandis;* blandis canibus etiam rabies ex pestilentia nascitur. *Quatit aegros Tussis anhela sues*; proprie. Nam tussis commovet corpora. — 497. *Et faucibus angit obesis*; tumentibus. Angit autem, bene ait. Nam angina dicitur porcorum morbus qui occupat fauces. Plautus (Mostel. 1, 3, 61.): *Vellem me in anginam verti, ut huic aniculae fauces praeoccuparem.* — 500. *Crebra ferit*; crebro: nomen pro adverbio. *Incertus ibidem sudor*: irrationabilis, sine labore, cuius causa non apparet. — 501. *Morituris, frigidus*; frigidus sudor, mortis futurae signum est, et moriturus frigore plenus est (Guelf. I. et Cod. Urs. *et morit. frigidus pleonasmos est.* Guelf. II. R. B. *m. frigidus plena est.*). — 503. *Tractanti dura resistit*; [f]rigida est, nec cohaeret digitis. — 504. *Coepit crudescere morbus*; validior fieri, ut (A. 11, 833.): *Deiecta crudescit pugna Camilla:* et iam dat signa morbi validioris. — 508. *Obsessas fauces*; i. e. clausas. *Aspera lingua*; scilicet ex nimia siccitate. — 509. *Profuit inserto latices infundere cornu*; non semper, sed aliquando. Nam hoc solum est quod aut a morbo liberat, aut commovet in furorem. — 511. *Mox erat hoc ipsum exitio;* quod saluti esse putabatur. Et hoc est quod paulo post (559.) dicturus est, *Quaesitaeque nocent artes. Furiisque refecti;* quia languentia corpora in vires quodammodo excitat furor, et facit ea in exitium convalescere. — 513. *Dii meliora piis*; per parenthesin in exsecrationem hostium hanc retorquet insaniam. — 515. *Fumans sub vomere taurus;* per hoc ostendit, etiam fortes tauros repente morbo concidere. Nemo enim pestilentem ad aratra ducit iuvencum. — 517. *Extremosque ciet gemitus;* ultimum gemit. Sane *Ciet* modo *Dat* significat, sicut in tertio (5.) de Andromache, *Lachrymasque ciebat:* cum *ciere* proprie sit, alteri aliquid commovere. — 518. *Fraterna morte iuvencum;* consortis interitu. Et ex affectu dictum est rustici. — 521. *Movere animum*; in suum (Burm. *sui*) desiderium illicere. — 522. *Purior electro campum petit amnis;* nam sicut electrum defaecatius est metallis omnibus, ita et currens aqua ceteris (Guelf. I. *e petris*)

497) In loco Plauti, qui aliter apud Plaut. legitur, V. *caniculae f. prooce.* — Ad v. 498. Burm. *Herbae*, pro *herbarum*, ut ipse (E. 8, 2.): Immemor herbarum, quas est mirata iuvenca: ut occupatione morbi oblivionem cibi factam esse dicat. Quidam vero volunt, quod *immemor* sit *studiorum et herbae:* quoniam antiqui in pratis certamina exhibere consuerant; unde congrue iunxit utrumque: *studior. et herb.* (cf. Philarg.).

503) Guelf. I. add.: et aliter, figuratum est, (*dura*) *resistit hanc rem pro huic rei.*

purior. — 524. *Ad terramque fluit;* Lucanus (6, 97.): *Fessumque* (al. lass.) *caput se ferre* (Guelf. I. referre) *recusat.* — 525. *Quid labor, aut benefacta iuvant;* si neutrum mortem repellit, nec corporis exercitium, nec mentis religio. Nam si generalis est sententia, secundum Epicureos contra religionem est: si autem tantum ad bovem refertur, hoc dicit: Quid ei prodest, labore suo aluisse mortales? — 526. *Atqui non Massica Bacchi Munera;* vina pretiosa a Massico monte Campaniae. Et per transitum tangit illa, quae dicunt physici, morbos venire ex cibi et potus nimietate, vel mutatione, ex nimiis vigiliis et multa sollicitudine. Dicitque, etiam sine his nasci aegritudinem. Nam in animalibus cum nihil horum sit, tamen aegritudines cernimus. — 527. *Epulae repostae;* (saepius appostae) aut abundantes, aut variae. — 528. *Simplicis herbae;* propter varietates epularum dixit *simplicis herbae.* — 530. *Nec somnos abrumpit cura salubres;* ex cura enim nimia, vigiliae procreantur. — 532. *Et uris Imparibus ductos alta;* bubus agrestibus et ipsis inaequalibus. Nam uri, agrestes boves sunt, ut diximus supra (2, 374). Et hoc poëtice dicit. Ceterum veritas haec est, Quum mos esset, sacerdotem Argivam iunctis bubus ire ad templa Iunonis, et sollemni die boves non invenirentur; pestilentia enim, quae per Atticam, ut diximus, transierat, universa consumpserat; duo sacerdotis filii Cleobis et Bito, matrem, subeuntes iugum, ad templa duxere. Tum Iuno probans eorum religionem, obtulit matri, ut, quod vellet, posceret filiis: illa pia responsione ait, ut, quod sciret dea utile mortalibus, ipsa praestaret. Altero itaque die sacerdotis [filii] iuvenes reperti sunt mortui. Ex quo probatum est, nihil esse morte praestantius. Quod Herodotus apud Graecos plenissime commemorat in prima historia (c. 31.). — 533. *Donaria; donaria* proprie loca sunt in quibus dona reponuntur deorum. Abusive templa. Nam ita et *pulvinaria* pro templis ponimus, quum sint proprie lectuli, qui sterni in templis, supervenientibus (Dorvill. coni. *super eventibus.* Guelf. II. *plerisq. superv.*) plerisque, consuerunt. — 534. *Aegre;* difficulter. *Rimantur;* in rimas agunt. — 535. *Ipsis unguibus;* ὑπερβολικῶς, i. e. (Burm. pro) manibus. *Nocturnus obambulat;* insidiatur. Quod autem ait *nocturnus*, figurate rem temporis, ad personam transtulit. — 539. *Cura domat;* i. e. pestilentiae. *Timidi damae;* mutavit genus, ut vitaret ὁμοιοτέλευτον. Horatius (Carm. 1, 2, 11.): *Et superiecto* (Guelf. I. subiecto) *pavidae natarunt aequore damae* (codd. *damnae* s. *dammae*). Dicendo autem damas et cervos errare cum canibus, duo ostendit, et hos timoris, et illos ferocitatis [esse] oblitos. — 543. *Fugiunt in flumina phocae;* quasi timentes marinam pestilentiam. — 546. *Ipsis avibus;* suis quodammodo quae alarum velocitate supergredi aërem poterant pestilentem. — 548. [*Refert;* prodest.] *Phillyrides Chiron;* medicinae inventor, Saturni et Phillyrae filius. — 550. *Amythaoniusque Melampus;* Amythaonis filius, καθαρτής, i. e. purgator. Nam Proetidas ipse purgavit lustrationibus quas invenerat. Hoc autem dicit, invalescente morbo nec medicinam prodesse, nec religionem. — 555. *Arentesque sonant ripae;* vult pestilentiam etiam elementa sentire. Sic in tertio (142.): *Arebant herbae, et victum seges aegra negabat.*

Nam *segetem* pro terra posuit. — 559. *Nam neque erat coriis usus;* quippe morbo putrefactis. *Nec viscera quisquam Aut undis abolere potest;* nec lavari nec coqui poterant. Caro enim corrupta morbo, quendam habet mucorem (R. cod. Urs. et Guelf. I. *humor.*) qui non potest ablui: quoniam omne possidet corpus. Item igni superposita, aut putrescit (Guelf. I. II. *putrefit*), aut durescit: nam non coquitur. — 564. *Ardentes papulae*; i. e. carbunculi. *Immundus sudor;* dicitur morbus pedicularis, qui est φθειρίασις. — 566. *Sacer ignis;* quem Graeci ἱερὰν νόσον vocant.

MAURI SERVII HONORATI

GRAMMATICI

IN VIRGILII GEORGICON

LIBR. IV.

1. *Protinus aërii mellis coelestia dona Exequar*; rhetorice dicturus de minoribus rebus magna promittit, ut et levem materiam sublevet, et attentum faciat auditorem. Sane perite, quoniam scit, breve esse opus hoc de apibus, et intra paucos versus posse consumi: usus est translationibus ad dilatandam materiam, dicens, apes habere reges, praetoria, urbes, et populos. Sane sciendum, ut supra diximus, ultimam partem huius libri esse mutatam. Nam laudes Galli habuit locus ille, qui nunc Orphei (Vos. *Aristaei Orph.*) continet fabulam, quae inserta est, postquam irato Augusto Gallus occisus est. *Protinus*; deinceps, exinde, etiam floreum (codd. florum) agrum *Exsequar*, sicut sum ceteros exsecutus. *Aërii mellis*; nam mel ex rore colligitur, qui utique defluit ex aëre. Unde est, *Coelestia dona*. I. e. munus deorum. Ante enim mel inveniebatur in foliis. Ut (G. 1, 131.): *Mellaque decussit foliis.* — 2. *Hanc etiam*; sicut superiores. — 3. *Admiranda tibi levium spectacula rerum*; audies ex levibus rebus digna stupore esse in apibus, proceres et tanta certamina. — 5. *Mores*; quia castae sunt, ut: *Illum adeo placuisse apibus mirabere morem. Et studia* ait, ut: *Tantus amor florum et generandi gloria mellis. Et populos*; ut: *binae regum facies, Ita corpora plebis. Praelia dicam*; ut: *Erumpunt portis, concurritur aethere in alto.* — 6. *In tenui labor: at tenuis non gloria*; compensatio est laboris, quod magnam dat gloriam, si fuerit materia exilis ornata. — 7. *Numina*

laeva; prospera. Ut [alibi] (A. 2, 693.): *Intonuit laevum. Auditque vocatus Apollo*; aut quasi poëta Apollinem invocat: aut quasi deum pastoralem. Nam Apollo νόμιος dicitur [ἀπὸ τῶν νόμων, i. e. a pascuis.] — 8. *Principio sedes*; dicit ubi alvearia ponenda sint: in qua re satis perite et ea quae abesse debeant, ne noceant apibus: et ea, quae adesse, ut possint prodesse, commemorat. Sane quoniam supra ait: *Magnanimosque duces*: ideo intulit modo: *Sedes, statioque*, quam translationem diligenter reservat. — 10. *Haedique petulci*; (luxuriosi,) lascivi, exultantes. Et *petulci* dicti ab *appetendo*. Unde et meretrices petulcas vocamus. — 13. *Picti terga*; picta terga habentes. *Pinguibus a stabulis*; plenis: sicut inanes res, tenues nominamus e contrario. — 14. *Meropesque aliaeque volucres*; dicendo: *Aliaeque volucres*, ostendit aves esse etiam meropes. Sunt autem virides (earum pennae), et vocantur apiastrae: quia apes comedunt. — 15. *Et manibus Progne pectus signata cruentis*; nomen posuit pro nomine. Nam Philomela in hirundinem versa est: pro qua Prognem vel quasi sororem posuit, vel quasi eam, quae fuerat illius sceleris causa. Nam ipsa Tereum miserat ad adducendam sororem. — 17. *Dulcem nidis immitibus escam*; i. e. crudelibus pullis qui apum (codd. *apium*) morte nutriuntur. — 19. *Et tenuis fugiens per gramina rivus*; suspendendum est *Tenuis*, ne incipiant esse duo epitheta, quod apud Latinos constat esse vitiosum. — 22. *Vere suo*; sibi grato et aptissimo. — 23. *Decedere ripa calori*; ut aestus possint aquarum vicinitate vitare. — 25. *In medium*; ordo est, in medium transversas salices, et grandia coniice saxa. — 27. *Pontibus ut crebris*; veluti pontibus: nam non sunt pontes. — 28. *Si forte morantes*; tarde remeantes ex pascuis. *Neptuno immerserit*; deum pro aquis posuit. — 31. *Graviter spirantis copia tymbrae*; herbae genus est abundantis in Phrygia. *Graviter* autem modo bene, et *multum* significat: alias *male*: ut (49.): *Aut ubi odor coeni gravis*. Item (A. 6, 201.): *Grave olentis Averni*. — 32. [*Irriguum*; hic, qui irrigat; alias, qui irrigatur.] *Violaria*; loca, ubi nascuntur violae. — 37. *Utraque vis apibus pariter metuenda*; tam caloris quam frigoris. Quod licet utrumque aequali modo metuendum sit, tamen dissimiliter nocet. Nam calore liquefacta defluunt mella. Quae si fuerint frigore condurata, constrictas apes interimunt. — 39. *Spiramenta*; exitus. Alibi (A. 7, 568.): *Saevi spiracula Ditis*. *Fucoque*; genus est herbae, unde tinguntur vestes. Fucum autem et flores pro cera posuit quam ex his colligunt rebus. — 40. *Haec ipsa ad munera*; ad officia coangustandarum cavernarum. — 41. *Et visco et Phrygiae servant pice lentius Idae*; ordo est, Servant gluten, quod est lentius et visco, et Phrygiae Idae pice. *Servant* autem mire ait: nam pilas

7) Post *laevum* Burm. add. Alibi autem hoc in malum ponit, ut cum dicit (E. 1, 16.): Saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisset, De coelo tactas memini praedicere quercus.

23) Guelf. I. add.: Et aliter, i. e. vitare calorem, et frigida loca appetere. ergo *decedere* composite dixit, pro simpliciter *cedere*, ut in Bucolicis (E. 8, 88.): *Nec serae meminit decedere nocti.*

31) Idem add. *Thimbre* est quam cunelam vocamus.

quasdam in alvearibus faciunt, de quibus postea cerea tec- componunt. — 42. *Si vera est fama*; si credendum est, ap posse terras effodere. — 45. *E levi rimosa cubilia limo*; a *Et levi* legunt. Unus tamen sensus est. Nam hoc dicit: Qu illae nimio labore perficiunt, tu e levi ungue rimosa, cubi circumfovens limo, etiam raras frondes superiniice. Quod id fit ne vel limus crepet, vel cavernae aut sole penetrentur a frigore. — 47. *Taxum sine*; venenatam arborem. Ipse in colicis (E. 9, 30.): *Sic tua cyrneas fugiant examina taxos.* enim exinde pessimum gignitur. — 48. *Rubentes cancros*; o enim ipso pereunt. *Rubentes* autem cum uruntur: non quia naturam sint huius coloris. *Altae neu crede paludi*; ne f mergantur. — 50. *Vocisque offensa*; resonat Echo reperc quam apes vehementer horrere manifestum est. — 51. *P hiemem sol aureus egit*; secundum Physicos: qui dicunt tempore hic hiems est, aestatem esse sub terris: et versa cum hic aestas, illic hiemem. Quod etiam Lucretius exse et trahit in argumentum putealem aquam, quae aestate fr sima (Codd. Burm. et Guelf. II. *tepidior*) est: hieme ver dissima. — 54. *Metunt flores*; secant. Unde et *messore* sunt. Sane *meto*, *metis*, praeteritum perfectum facit *mes* 55. *Hinc*; ex floribus scilicet, ex quibus primo mel, mo efficiunt. *Nescio qua dulcedine laetae*; quadam arcana naturae. — 57. *Mella tenacia figunt*; quia cum inver favi, mel tamen inde non funditur. Unde ait *Tenacia*. Q resupinatis favis cohaerent. — 58. *Caveis*; alvearibus (; *et* pro dehinc). — 59. *Aestatem liquidam suspexeris agmen* ver serenum (V. *purum*, *serenum*. B. *puram*, *serenam*). — *Contemplator*; pro intuere (imperative). Nam tempus futu pro praesenti posuit ab imperativo modo. *Aquas dulcei frondea semper*; propter hoc ait supra (19.): *Et tenuis fugi per gramina rivus* etc. — 63. *Trita melisphylla*; Varro h herbam apiastrum dicit in primo (immo tertio, c. 16.) lib Operis Rustici. *Cerinthae ignobile gramen*; vile, ubique na scens. — 64. *Matris cymbala*; quae in eius tutela sunt, ideo quod similia sunt hemicyclis (codd. *hemicicliis*) caeli, quibus cin gitur terra, quae est mater deorum. — 66. *More suo*; natura ratione, cuius causa non redditur. Quis enim novit cur aeris sono redeant in alvearia? licet [ipse] paulo post (151.) dicat, *Crepitantia- que* (Guelf. I. Corybant.) *aera secutae*, *Dictaeo caeli regem pavere sub antro*. Sed hoc poëticum est. — 68. *Incessit*; ingruit, invasit. Alibi (A. 12, 596.): *Incessi muros, ignes ad tecta volare.* Et: *inces- sit regibus*, figuratum est: nam *incessit reges* dicimus. — 69. *Tre- pidantia bello Corda*; alacritate pugnandi: non timore. Alibi (G. 3, 105.): *Exultantiaque haurit Corda pavor pulsans.* — 70. *Morantes*; tarde incedentes. *Fractos*; collisos. — 73 *Trepide coeunt*; festinant inter se in alvearibus. *Pennisque coruscant*; quemadmodum scuta milites commovent. — 76. *Vocant clamo- ribus hostem*; provocant. — 77. *Ver nactae sudum*; serenum post pluvias. Ut (8, 529.): *Per sudum rutilare vident.* *Campos- que patentes*; [i. e. per] aërem purum et liquidum, non nubibus clausum: et ita *aër*, campus est apum, ut mare navium, [homi- num] solum. Ipse in quinto (199.): *Subtrahiturque solum.* —

79. *Glomerantur in orbem*; more bellantium. *Non densior aëre grando*; in aliis enim bellis victi tantum pereunt: in certamine [vero] apum etiam victrices. Nam dicturus est (238.): *Animasque in vulnere ponunt.* — 81. *Nec pluit ilice glandis*; (hoc est, non tantum glandis et) erit nominativus *haec glans.* — 83. *Ingentes animos*; Statius (Theb. 1, 417.): *Maior in exiguo regnabat corpore virtus.* Homerus (Il. ε, 801.): *Μικρὸς μὲν ἔην δέμας ἀλλὰ μαχητής.* — 87. *Pulveris exigui iactu*; quia cum pulverem viderint, sperant tempestatem futuram, quae eis plurimum nocet. — 89. *Deterior qui visus*; peior a malo dicitur: deterior a meliore. *Prodigus*; non mella conficiens, sed mella consumens. Ideo autem regem solum praecipit occidendum, quia eo amisso suus dissipatur exercitus. Nam (95.): *Ut binae regum facies, ita [et] corpora plebis.* — 91. *Squalentibus*; splendentibus: quod a squamis venit. Ut (A. 3, 467.): *Squamis auroque trilicem.* Nam si a squalore est, sordidum significat, ut (A. 2, 277.): *Squalentem barbam.* — 97. *Terram sicco spuit ore viator*; aut in terram: aut re vera terram, propter pulverem. — 99. *Paribus lita corpora guttis*; similibus, i. e. aureis (guttis) habentes distincta corpora. Nam *lita* est *illita*, *distincta.* — 100. *Potior soboles*; scilicet ad mella procreanda. *Caeli tempore certo*; et cum oriuntur Pliades, et cum occidunt: i. e. verno [tempore] et auctumno. — 101. *Dulcia mella*; non est superfluum epitheton. Nam ideo ait *dulcia*, quia sunt etiam amara, ut Corsicana, sicut in bucolicis (E. 9, 30.) diximus. — 102. *Liquida*; defaecata, sine sordibus: non quae fluunt, nam mala sunt. *Durum Bacchi domitura saporem*; apta mulso. Bene autem ait *durum saporem*: quia maiores vina asperrima mellis dulcedine temperabant. — 104. *Frigida tecta*; h. e. melle vacua inoperosa; contra, *Fervet opus.* E contra Terentius (Eun. 2, 2, 37.): *Nimirum hic homines frigent.* — 105. *Instabiles animos*; suadentes inanem vagandi licentiam. — 107. *Quisquam*; subaudis militum: aut certe quisquam de exercitu. — 108. *Altum ire iter*; aut ludendo [in] altum volare, aut in bella procedere, [alias non audebit. Et trahit translationem a militibus, qui in bellum processuri ducum praecepto signa tollunt: nam apes haec signa non habent, sed signa dicit ipsum motum bellandi inter se.] — 109. *Croceis floribus horti*; tam odoris optimi quam coloris: non enim dicit illic crocum solum esse debere. — 110. *Falce saligna*; facta in (al. *de*) salice: quasi in simulacro ligneo. — 111. *Hellespontiaci servet tutela Priapi*; non dicit Priapum illic esse debere, sed praecipit tales esse hortos: ut mereantur deum habere custodem. Hic autem Priapus fuit de Lampsaco civitate Hellesponti: de qua pulsus est et propter virilis membri magnitudinem, post in numerum deorum receptus, meruit esse numen hortorum. De hoc Horatius (Serm. 1, 8, 4.): *Nam fures dextra coercet, Obscoenoque ruber porrectus ab inguine palus: Ast importunas volucres in vertice arundo Terret fixa.* Dicitur autem praeesse hortis propter eorum foecunditatem. Nam cum alia terra semel aliquid creet, horti nunquam sine fructu sunt. — 112. *Ipse thymum*; [scil.] diligens rusticus, et cultor hortorum. — 115. *Irriget imbres*; i. e. aquas. Iuvenalis (3, 227.): *In tenues plantas facili diffunditur haustu.* —

117. *Vela traham: et terris festinem advertere proram;* illam allegoriam respicit, qua est usus in primo (G. 2, 44.): *Ades, et primi lege litoris oram.* Item (41.): *Pelagoque volans da vela patenti.* — 118. *Pingues hortos;* foecundos. *Biferique rosaria Paesti;* Paestum oppidum Calabriae est, in quo uno anno bis nascitur rosa. — 122. *Cresceret in ventrem cucumis;* in curvaturam. Ideo autem sic, quia per herbam. [Nam] rectus crescit si pendeat. Sane *hic cucumis huius cucumis* declinatur, sicut *agilis*, secundum idoneos. Nam neoterici [*hic cucumer*] *huius cucumeris* dixerunt: sicut *pulvis pulveris.* *Nec sera comantem Narcissum;* sero flores habentem. — 125. *Oebaliae turribus altis;* Oebalia ipsa est Laconia: unde de Castore et Polluce ait Statius (Silv. 3, 2, 10.): *Oebalidae* (Guelf. I. *Oebalie*) *fratres.* — 126. *Galesus* vero fluvius est Calabriae, qui iuxta civitatem labitur Tarentinam, in qua se hortos optimos vidisse commemorat. *Oebaliae* autem *turres* ait, quas condiderant hi qui de Oebalia venerant. Nam ut etiam in tertio Aeneidis (551.) diximus, Lacones diu bello attriti ab Atheniensibus (cod. Urs. *ab Messeniis*), et inopiam timentes virorum, praeceperunt, ut virgines eorum cum quibuscunque concumberent. Quo facto cum post victoriam iuvenes de incertis parentibus nati erubescerent originem suam; nam et Partheni[at]ae (Gu I. sparthenlatus) [i. e. de virginibus nati,] appellabantur; duce Phalanto, octavo ab Hercule, navigiis profecti venerunt ad oppidum Calabriae, quod Taras Neptuni filius condiderat: et id auctum habitaverunt. — 127. *Corycium vidisse senem;* a Cilicia. Corycos enim civitas est Ciliciae, in qua antrum illud famosum est paene ab omnibus celebratum. Et per transitum tangit historiam memoratam a Suetonio. Pompeius enim victis piratis Cilicibus, partim ibidem, [partim] in Graecia, partim in Calabria agros dedit. Unde Lucanus (1, 346.): *An melius fient* (cod. Urs. Guelf. I. *fiant*, Vos. Steph. Dan. *figent.* cf. A. 12, 359) *piratae magne coloni.* Male autem quidam *Corycium* proprium esse asserunt nomen, cum sit appellativum eius, qui more Corycio hortos excoluit. Quod etiam Plinii testimonio comprobatur. *Vidisse senem;* ordo est, Memini vidisse. Dicimus autem et memini videre. Terentius (Andr. 2, 5, 18.): *Memini videre, quo aequior sim Pamphilo, si se illam in somnis [amplecti maluit.]* *Relicti;* deserti atque contempti. Quis enim agrum non sperneret nulli rei aptum, non vitibus, non frumentis vel pascuis? — 130. *Rarum holus;* i. e. panctile (Cod. Urs. Guelf. I. *planctatile.* Fabr. al. plantatile) *Vescumque papaver;* quo vescimur. Nam est aliud lethaeum, quo non utimur. Nam (3, 175.): *Vescas salicum frondes* aliter dictum est. — 132. *Regum aequabat opes animis;* bene animis, non potestate: quia regum more cibis non comparatis utebatur. — 135. *Frigore saxa rumperet;* unus enim est, ut diximus

Ad v. 124. Burm. *Pallentes hederas;* dicit, se, nisi ad finem Georgicorum festinaret, etiam hortorum rationem et herbarum cultum adhuc scripturum fuisse. — Pertinent ad v. 116.

127) In versu Terentii Guelf. I. et Cod. Urs. *Pamph. uidisse illam in somnis.* Guelf. R. P. *si isse illam in somnis.* R. Vos. R. *sis ecillam in somnis.* B. *s seillam in somnis.*

(37.), effectus et caloris et frigoris. *Glacie cursus frenaret aquarum*; mira varietas. Nam supra (3, 360.) ait: *Concrescunt subitae currenti in flumine crustae.* — 138. *Aestatem increpitans seram;* tarde venientem, cum ille iam eius carperet fructus. — 139. *Ergo apibus fetis idem, atque examine multo;* ne sine causa hortos descripsisse videretur. — 141. *Illi tiliae atque uberrima pinus;* illi, uberrima scilicet: Nam per naturam et tiliae et pinus steriles esse dicuntur. — 142. [*Flore novo;* i. e. verno tempore, cum primum florere incipit.] — 144. *Seras*; maiores: quod nimiae difficultatis est. *In versum;* in ordinem. Ut (A. 5, 119.): *Triplici pubes quam Dardana versu Impellunt.* *Distulit;* transtulit. Nam mutavit praepositionem. — 145. *Eduram;* nimium duram, validam. *Et spinos iam pruna ferentes;* prunorum arbor spinus vocatur, genere masculino. Nam sentes, has spinas dicimus. — 147. *Spatiis iniquis;* angustis. Ut (A. 5, 203.): *Spatioque subit Sergestus iniquo.* Et dicit se carminis brevitate constrictum hortos plenius non posse describere. — 148. *Aliis*; Gargilium (Guelf. I. R. V. Steph. *Gargel.* B. Gargil. Mortulem. Guelf. II. Virgil. Mortal.) Martialem significat. — 149. *Naturas apibus quas Iuppiter ipse Addidit;* naturas pro moribus posuit. *Addidit* autem, aut dedit: aut re vera addidit. Necesse enim est, eas etiam ante habuisse mores aliquos proprios. — 150. *Pro qua mercede canoros;* ordo est: Expediam naturas apum (codd. *apium*): quae canoros curetum sonitus crepitantiaque aera secutae, Dictaeum coeli regem pavere sub antro. *Pro qua mercede*; i. e. gratia vel labore. — 153. *Solae communes natos, consortia tecta Urbis habent;* nam ut etiam Donatus dicit, tragicum est, et ultra carmen Georgicum, si accipiamus, pro qua mercede, exclamationem esse: ut sit, pro quanta hoc mercede fecerunt? scilicet ut Iovem alerent: quem Ops Saturni uxor Curetibus, Coribantibus, et Idaeis dactylis custodiendum dedit, in monte Cretae Dictaeo: ne eum Saturnus consumeret, ut filios omnes solebat. Quod ideo fingitur, quia Saturnus, ut diximus (A. 3, 104.), temporum deus est, quae in se revolvuntur in aeternum. Tunc itaque apes aeris sonum secutae, Iovem melle aluisse dicuntur: pro qua re eis postea praestitit Iuppiter, ut haberent liberos sine ullo concubitu. *Solae communes natos*; Plato in libris quos περὶ πολιτείας scripsit, dicit, amori reipublicae esse nihil praeponendum. Omnes praeterea et uxores et liberos, ita nos tanquam communes habere debere: ut caritas sit non libido confusa. Quod praeceptum nullum [animal] dicit praeter apes servare potuisse. — 154. *Magnis legibus;* i. e. aeternis, nunquam mutabilibus. Iisdem enim legibus semper utuntur: nec eas, ut homines, saepe commutant. — 155. *Novere penates*; carissima (Guelf. II. *carissimos*) habent. Ut (E. 1, 52.): *Hic inter flumina nota*; i. e. cara. — 157. *In medium quaesita reponunt*; quaesita et parta (Guelf. I. et V. *parata*) in commune conservant (Guelf. I. *reserv.*). Ipse alibi (1, 127.): *In medium quaerebant.* — 158. *Victu*; [pro] victui

Ad v. 152. Guelf. I. *Regem*, Iovem dicit; ordo est: pro mercede, qua pav.; neque enim potuit Iuppiter naturas addere, et sic nutriri. cetera de hoc inepta dicuntur.

(Guelf. I. et cod. Urs. *propter victum*). *Foedere*; pacto,
sim in alvearibus, vel in agris laborent. — 160. *Narcisi*
mam; Narcissi humorem. Quod autem ait *Narcissi la*
(Guelf. I. II. R. *lacrimas*), allusit ad fabulam: quia, ut
(E. 2, 48.), de puero est conversus in florem. — 161
favis ponunt fundamina; Graece πρόπολιν vocant,
cera, quae ferro vix potest frangi, quam colligunt de
arborum, et rasis lapidibus. Unde paulo post (203.) dici
etiam duris errando in cotibus alas Attrivere. *Tenace*
mella retinentes. — 162. *Adultos educunt foetus*; e
adultos faciunt. — 165. *Cecidit custodia sorti*; ex sort
adverbium est, quod traxit a militia. Legimus enim (A.
Partibus aequabat iustis, aut sorte trahebat. — 170. *A*
lentis Cyclopes fulmina; comparatio ad festinationem p
solam. — 177. *Cecropias*; i. e. Athenienses a rege Cecro
cae, ubi optima mella nascuntur. *Innatus*: insitus. *Urg*
mit. — 178. *Grandaevis oppida curae*; sicut senes mur
tur, nec in bella prorumpunt. — 179. *Daedala tecta*; in
Ut (A. 7, 282.): *Daedala Circe.* — 182. *Crocumque ru*
Sallustius in historiis ait, *In qua crocum gignitur*, gen
tro secundum artem usus est: hic poëtice masculino, refe
puerum, qui in hunc florem dicitur esse conversus. —
Ferrugineos hyacinthos; ferrugineos dicit, i. e. nigri
— 187. *Corpora curant*; se reficiunt. Ut (A. 8, 607.):
que et equos et corpora curant. Sane *curare corpus*, si
minibus dicamus, et cibo et lavacro intelligimus, vel al
si de apibus, tantum cibo accipimus. — 190. *Sopor suu*
aptus. Nam ideo *suus*, quia altum desinunt (dormiunt)
tura mellis, ut ipse alibi (A. 6, 420.): *Melle soporatam*,
catis frugibus offam. Sed melius, *suus*, pro exiguitate
culi sui. — 192. *Aut credunt coelo*; scilicet suos vol
193. *Aquantur*; aquam hauriunt ex vicino. — 195. *Ins*
fluctuantes. *Fluctu iact.*; i. e. iactante fluctu, stabiles ne
198. *Concubitu*; pro concubitui. Nam *indulgeo illi*
(Pro his cod. Guelf. I. *Nec c. ind.*, in libidinem non r
tur; v. mox.) *Nec corpora segnes In venerem solvunt*;

161) Guelf. I. *fundamine*, i. e. greco propolim collocant. latine durio
quae etc. Guelf. II. et B. i. e. propolineo vocant duriorem ceram.
i. e. propolin invocat duriorem cetera, (s. *sera*). Steph. Dan. Graece π
vocant. cf. Philargyr. ad v. 39.

Ad vv. 166. 67. 68. Burm. *Inque vicem*, divisit et tmesin fecit: nam
invicem, i. e. vicibus succedentes. *Aquas*, hic pro pluvias. *Agmin*
Ignavum, inutile, non aptum industriae: nam industrios gnavo
Pecus vetuste dixit, cum omnia animalia pecus dicantur. *Fucos*,
secundum Aemylium (Plinium), maior ape, crabrone minor, dictus
sit apibus nocens: quod, cum ipse nihil gignat, aliena consumit. *A*
bus arcent, ab alveariis pellunt. — Idem ad 171. 75. 76. *Prope*
properatione festinant; ipsi enim dicuntur Iovis fulmina facere.
vetuste, ut Plautus (Fragm.): *Properat prandium.* Et Ennius: *Festi*
Taurinis follibus, Plautus (Fragm.): *Quum folles taurini habent*, c
secant petras: ferrum ibi fit. *In numerum*, in ordinem. *Forcipe*, c
ex *forvo* et *capio*; forvum enim veteres calidum dicebant. *Forc*
forvicepa. *Si Parva* etc., si congruum est, res parvas magnis ac
Philarg.).

libidinem non resolvuntur. Persius (5, 57.): *Ille in Venerem putris.* — 199. *Nixibus*; pro partubus, a nitendo. Unde et *enixa* dicimus. — 202. *Refigunt*; figunt. — 204. *Sub fasce*; sub onere. Ut, *Iniusto sub fasce viam, dum carpit.* — 205. *Tantus amor florum*; et supra (3, 112.) de equis, *Tantus amor laudum, tantae* (codd. *tanta*; mox *curae* omitt. Guelf. I. II.) *est victoria curae.* — 208. *At genus immortale manet*; genus manet, scilicet per successionem. — 209. *Domus*; familia. Ut (A. 3, 85.): *Da propriam Tymbraee domum.* — 211. *Medus Hydaspes*; fluvius Mediae. De his autem gentibus Sallustius dixit: *Adeo illis ingenita est sanctitas regii nominis.* Quas [gentes] tamen apes dicit amore circa regem superare Virgilius. — 212. *Observant*; venerantur. Alias *observare* est callide advertere. Terentius (Andr. 1, 1, 142.): *Observes, filium, quid agat, quid cum illo consilii captet.* [*Mens omnibus una est*; i. e. concordanter operantur et vivunt.] — 214. *Diripuere ipsae*; quae etiam ipsae animam (Guelf. I. *animas* h. l. et in vers. Virg.) colligendo melli impendere consueverunt. Ut (204.): *Ultroque animam sub fasce dederunt* (ipsae diripiunt eadem mella). — 216. *Stipantque frequentes*; quasi quodam satellitio ambiunt. — 217. *Saepe attollunt humeris*; aetate scilicet fessum. — 218. *Pulchram mortem*; gloriosam: quippe quae pro rege suscipitur. Traxit autem hoc de Celtiberorum more, qui, ut in Sallustio legimus, se regibus devovent, et (V. ut) post eos vitam refutant (V. refutent). — 219. *His quidam signis atque haec exempla secuti*; locum hunc plenius est exsecutus in sexto, quem hoc loco breviter colligit, ut probet etiam apes partem habere divinitatis. Namque omnia animalia ex quattuor elementis et divino spiritu constare manifestum est. Trahunt enim a terra carnem, ab aqua humorem, ab aëre anhelitum, ab igne fervorem: a divino spiritu ingenium. Quod quia est in apibus sicut etiam in hominibus; namque metuunt, cupiunt[que], dolent, gaudentque: quae probantur ex his quae faciunt: dimicant enim, colligunt flores, provident pluvias; fateamur necesse est, etiam apes partem habere divinitatis. Ut autem hoc exemplis, i. e. rebus similibus comprobaret, Lucretium secutus est: qui dicit ea quae inter (Burm. *per*) se probare non possumus, a similibus comprobanda: ventum namque docet esse corporalem, non quod eum tenere vel cernere possumus, sed quod eius similis [atque] aquae effectus est, quam corporalem esse manifestum est. — 220. *Haustus aethereos*; divinos spiritus. — 221. *Deum namque ire per omnes*; ipse in sexto (724.): *Coelum ac terras camposque liquentes Spiritus intus alit.* Lucanus (9, 580.): *Iuppiter est quodcunque vides, quocunque* (codd. *quodc.* V. *quic.*) *moveris.* — 223. *Hinc pecudes*; hinc, i. e. ex deo, et divino spiritu sumunt omnia: cum nasci coeperint, ad vitam: ceterum corpus ex quattuor elementis est, ut diximus. — 225. *Scilicet huc reddi*; sine dubio etiam cuncta dissolvi et redire rursus in originem suam necesse est. *Morti*; i. e. perditioni. Nihil enim est quod perire funditus possit, cum sit τὸ πᾶν, i. e. omne in quod redeunt universa resoluta. Res autem haec quae mors vocatur, non est mors: quippe quae nihil perire facit, sed resolutio. Unde mire (Burm. *mors*) a plerisque [bene] interitus dicta est, quasi

interveniens, et mistarum rerum connexionem resolvens. Lucretius (1, 673.): *Continuo hoc mors est illius quod fuit ante* [*connexio.*] (Burm. connexum). — 228. *Si quando sedem angustam*; i. e. alvearia. Et proprie Augustum est tectum augurio consecratum. Abusive nobile, quasi maiestatis plenum. — 229. *Thesauris*; i. e. repositionibus: ac si diceret apothecis. *Sparsus*; pro spargens. Participium est pro participio. — 230. *Ore fove*; ipsos haustus scilicet. Et hoc dicit, Spargendo aquam imitare pluviam. Alii *Ore fave* legunt, ut sit tace. Etiam ipse in quinto (71.): *Ore favete omnes.* Horatius (Carm. 3, 1.): *Favete linguis.* *Fumosque manu praetende*; fumum etiam praefer. Quibus rebus cum territae illae discesserint, impune poteris mella colligere. *Fumos sequaces*; quippe apum (apium) persecutores. Ut (A. 5, 193.): *Maleaeque sequacibus undis.* — 231. *Bis gravidos cogunt foetus*; gemina est fecunditas mellis. *Duo tempora messis*; i. e. fructus. Iuvenalis (7, 112.): *Veram* (codd. Burm. *melam.* Guelf. II. *mellam*; dein *missam.* Vulgat. utrumque tuetur Guelf. I.) *deprendere messem Si libet.* — 232. *Taygete simul os*; Taygete una est de Pliadibus septem (R. V. Vos. VIII.). Ut autem etiam supra diximus, his mel praecipit colligendum, orientibus Pliadibus, i. e. verno: item quum occidunt, auctumnali scilicet tempore. — 233. *Oceani amnes*; Homeri est (Od. 10, 197.): *Πάρ᾽ ὠκεανοῖο ῥοάων.* *Amnes* autem bene ait, quia in morem fluminis eius fluenta reditura prorumpunt. — 234. *Aut eadem sidus*; australem piscem significat, qui aquarii undas ore suscipit. Unde etiam *Aquosi* addidit. Tunc enim hic piscis oritur, quo tempore Pliades occidunt (Cod. Urs. et Guelf. I. *quo temp. tendere in occasum pliades coeperunt*); nam ideo ait *fugiens.* — 235. *Tristior*; vel propter occasum, vel propter propinquantem iam hiemis asperitatem. — 236. *Illis ira modum supra est*; excedunt modum. Nam cum suo irascuntur interitu. — 237. *Spicula caeca*; brevia, quae possunt latere. — 238. *In vulnere ponunt*; non suo sed a se illato. Et ἀμφιβόλως dictum est, ut [alibi] (9, 108.): *Cum Turni iniuria matrem admonuit*, quam inferebat scil., non quam patiebatur. [Item] Sallustius: *Iniuria validiorum.* Scilicet quam inferebant validiores. — 239. [*Parces futuro*; scilicet tempore. — 240. *Contusos animos*; confractos.] *Res miserabere fractas*; i. e. afflictas. — 241. *Suffire thymo*; i. e. fumigare: ut exinde inimica illis animalia fugiant. *Cerasque recidere inanes*; dum sine melle sunt cerae. Hoc dicit, si nihil habuerint in alvearibus, vel te tollente, vel exedentibus (Guelf. I. II. *exced.*) pravis animalibus, apibus minutatim incisam ceram ministra. Stelliones (codd. *stilion.* i. *stelion.*) vero et cetera, thymi fumo ab eis repelle. — 242. *Ignotus*; ignobilis, vel ex improviso veniens. *Adedit*; consumsit. — 243. *Lucifugis blattis*; per noctem vagantibus (Bene dixit). — 344. *Immunisque fucus*; a labore scilicet: ventri tantum indulgens. — 345. *Imparibus armis*; inaequali consilio. Nam (quod) apes laborant, iste consumit. Alibi (A. 2, 99.): *Et quaerere conscius arma.* I. e. consilium. — 247. *Foribus suspendit aranea casses*; Virgilius quidem confundit: tamen sciendum, maiores animal ipsum masculino genere appellasse, *hic araneus*: retia vero quae faciunt, feminino [genere]. Ideo autem ait *Minervae*

invisa, quod ab ea in hoc animal puella Lydia commutata est, cum deam lanificio (Guelf. I. et Cod. Urs. *Lanificii*) provocasset inferior. — 252. *Vita tulit*; vitae longitudo, morborum creatrix. Sic in Bucolicis (E. 9, 2.): *O Lycida, vivi pervenimus.* — 254. *Alius color*; i. e. pallidus. Quia dixit supra (99.): *Ardentes* [*auro*], *et paribus lita corpora guttis.* — 256. *Funera ducunt*; cum exequiali scilicet pompa. Et ducere, proprie funerum est. Persius: *Nereo iam tertia ducitur uxor.* — 257. *Pedibus connexae*; hinc multi apes dictas volunt, quod se pedibus invicem tenent: licet crebrior sit illa opinio, quod sine pedibus primo esse dicuntur. Ut (310.): *Trunca pedum primo.* — 260. *Tractim*; sine intermissione, iugiter. — 261. *Frigidus ut quondam silvis immurmurat Auster*; tres comparationes singulis impletae versiculis de Homero translatae sunt, quas ille binis versibus posuit. — 264. *Hic iam Galbaneos*; i. e. cum [iam] hic processerit morbus, galbanus incendenda est, non, ut supra dixit, thymus. Mel etiam in alvearia, medicatum tamen (est) inferendum: non ut supra cerae inanes. — 267. *Gallae saporem*; multi pilas cyparissi accipiunt florem. — 271. *Est etiam flos in pratis* etc.; plene hanc herbam, ut etiam supra, arborem felicis mali exsequitur. Nam dicit ubi creetur, qualis sit, quid possit — 274. *Aureus ipse*; flos scilicet. — 275. *Violae sublucet purpura nigrae*; mire ait *sublucet*: ut ostendat purpurei coloris folia quodam virore (Burm. *nitore*) esse perfusa. — 277. *Tonsis in vallibus illum*; non silvosis. Unde contra est (E. 5, 63.): *Intonsi montes.* — 278. *Prope flumina Mellae*; Mella fluvius Galliae est, iuxta quem herba haec plurima nascitur. Unde et *Amello* (B. R. Guelf. II. *Amella*) dicitur, sicut etiam populi habitantes iuxta Lemannum fluvium *Alemanni* dicuntur. Lucanus (1, 396.): *Deseruere cavo* (Vos. cave. V. cava) *tentoria fixa Lemanno.* — 281. *Sed si quem proles subito defecerit omnis*; miro usus est ordine. Nam primo ait, quemadmodum animalia apibus inimica pellenda sint: deinde quibus medicaminibus morbo possint carere: nunc dicit penitus amissae qua possint ratione reparari. — 283. [*Tempus*; subaudi *est nunc*.] *Arcadii magistri*; Aristaei (Burm. *Aristaeum*). — 284. *Caesis iuvencis*; verberibus occisis. Bono autem sermone usus est: nam *caedi* interdum *occidi*, interdum *verberari* significat. — 285. *Insincerus cruor*; vitiatus, corruptus. Nam ideo verberantur, ut ex putrefacto cruore vermes creentur, unde apes sunt. — 286. *Altius omnem Expediam*; contra in Aeneide (1, 342.): *Sed* (Guelf. I. *est: Et*) *sequar fastigia rerum.* Sane sciendum Plinium, (11, 20.) dicere de bubus apes, de equis crabrones (codd. *scabrones*; Guelf. I. *scrabon.*),

256) In versu Persii (2, 14.) V. *Nero*; Guelf. I. II. et unus cod. Burm. *Nerio*. Dein B. R. Guelf. II. *testi adducitur*. Guelf. I. *tertio duc*. In Guelf. II. secunda manus superscripsit *tertio*. —

Ad vv. 269. 270. Burm. *Defruta*, vina decocta, et defraudata proprio sapore. *Graveolentia centaurea*, herbae hoc genus est, a Chirone Centauro repertum, a qua et curatus dicitur, cum Herculis, excepti hospitio, pertrectanti arma, telum excidisset in pedem. quare aliqui *Chironium* appellant. Folia sunt lata et oblonga, serrata, ambitu densa a radice, caule circumgeniculato, trium cubitorum.

de mulis fucos, de asinis vespas [sicut in Aeneide (1, 435.) diximus, pro]creari. — 287. *Pellaei Canopi*; *Canopus* civitas est iuxta Alexandriam, quam Alexander condidit instar chlamydis suae: qui fuit de civitate Macedoniae quae Pella (Steph. *Apella*. Dan. et codd. nonnulli *Appella*) nominatur. *Canopus* autem dicta est quasi *canobus*, a *Canobo*, Menelai gubernatore, illic sepulto. — 289. *Faselis*; brevibus naviculis, quibus utuntur cum stagnaverit Nilus. — 291. *Nigra fecundat arena*; novum enim semper limum trahit, qui efficit fecunditatem. [Lucanus (4, 135.): *Sic, cum tenet omnia Nilus, Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.*] Unde et Nilus dictus est quasi *νέαν ἰλὺν*, (Guelf. I. *in elea maxit*), i. e. [novum limum] trahens. Nam antea Nilus (Guelf. I. *Indus*) Latine Melo dicebatur. — 294. *Iacit salutem: iacit* pro habet, et ponit apum (apium) reparandarum salutem. Cicero (pro Mur. 6.): *Iacta sunt fundamenta defensionis meae.* — 295. *Ipsos contractus*; ad sustinendum tantum et coartandum bovis cadaver. — 296. *Angustique imbrice tecti*; licet et *hic imbrex* (Guelf. I. bis *imbrix*) lectum sit, melius tamen secundum Plautum *haec imbrex* dicimus: Namque ait (Mil. gl. 2, 6, 24.): *Fregisti imbrices meas Dum te dignam sectaris simiam.* — 298. *Obliqua luce fenestras*; quae ex obliquo lumen infundunt, ut in horreis cernimus. — 301. *Multa reluctanti*; pro *Multum*, nomen est pro adverbio. — 302. *Solvuntur viscera pellem*; liquescunt et putrefiunt. — 303. *Ramea fragmenta*; fracta de ramis, i. e. ramorum fragmina. Dicimus autem et *hic ramus* et *hoc ramale*. Persius (1, 3.): *Ut* (R. at) *ramale vetus. Casiasque recentes*; statim captas. — 305. *Zephyris primum impellentibus undas*; [incipiente unda,] vult hoc sub occasum hiemis fieri. — 308. *Teneris tepefactus in ossibus humor*; utpote bimi vituli, in quo plurimum ferventis est sanguinis. — 309. *Visenda modis animalia miris*; et quod ex cadavere nascuntur animalia, et quod apes ex vermibus procreantur. — 310. *Trunca pedum*; i. e. sine pedibus. Et bene addidit *primo*. Nam postea tam pennas quam pedes accipiunt. *Pennis miscentur*; inter se pennarum levitate conveniunt. — 315. *Excudit*; studiose repperit. — 316. *Ingressus*; exordia. (Codd. Burm. et Guelf. II. Ingressum, exordium.) [Nam est accusat. plur.] *Nova experientia*; nullo docente, ars per usum reperta. — 317. *Pastor*; Aristaeus. Filius fuit Apollinis et Cyrenes, filiae Penei, fluminis Thessaliae: qui cum Eurydicen nympham uxorem Orphei vitiare voluisset, et illa fugiens a serpente fuisset occisa, Nympharum iracundia cunctis animalibus perditis funditus et cunctis apibus, matris imploravit auxilium. — 319. *Extremi amnis*; i. e. summi, unde nascitur, et sic dicimus: *Proh supreme Iuppiter*, i. e. summe. — 321. *Mater Cyrene, mater*; invidiosum est nomine parentes (codd. Burm. *parentis*) vocare. Unde est paulo post: *Et te crudelem nomine dicit.* Sic in duo-

296) Burm. *Imbricem* quidam volunt *tectum*, quidam canalem, qua repellitur pluvia. *Imbrex* tamen dicitur, quod imbrem arceat: licet etc. — In versu Plauti codd. Burm. et Guelf. II. *dictum* pro *dignam* et V. *simia* pro *simiam*. — Ad v. 299. Burm. *Bina* etc., aetatis biennii: bimus namque (trimusque), biennis, triennisque dicitur.

decimo (652.) in desperatione ait: *Ruitque* (B. Vos. *Irruitq.*, R. *iru.*) *implorans nomine Turnum. Gurgitis huius*; i. e. Penei fluminis. — 324. *Invisum fatis genuisti*; [si] natus ex diis, invisus est fatis. Sic in primo Aeneidis (251.): *Nos, tua progenies, coeli quibus annuis arcem.* Item (615.): *Quis te nate dea, per tanta pericula casus Insequitur?* — 326. *Vitae mortalis honorem*; [bene *honorem* ait, quia] bene arare, [animalia] bene pascere, apes etiam habere, [erat honor.] Nam in ingenti honore fuit rusticitas (Guelf. I. et Urs. cod. habere, ingens honor fuit rusticis. Ita alibi etc.). Alibi (1, 507.): *Non ullus* (Guelf. I. II. *nonnullus*) *Aratro Dignus honos.* — 327. *Custodia sollers*; diligens et perita industria. — 328. *Te matre relinquo*; ac si diceret. Sub ea perdo usum laboris, sub qua augere debueram. — 329. *Felices*; fertiles. *Fer*; infer. *Interfice messes*; secundum Pythagoram, qui animam habere dicit cuncta crescentia. Unde [et] alibi (E. 7, 57.): *Aret ager vitio moriens.* — 331. [*In vites*; contra vites. *Molire bipennem*; ut eas succidas.] — 332. *Taedia laudis*; taedium est angor mentis et animi, non corporis [in]valetudo. — 333. *Sonitum thalamo sub fluminis alti*; cur non etiam vocem audivit? Scilicet quia in ima fluminis parte erat, lanificiis occupata. — 334. *Milesia vellera nymphae*; pretiosa. Cicero, *Iam quid a Milesiis lanae publicae abstulerit?* — 335. *Hyali saturo fucata colore*; vitreo, viridi, nymphis apto. *Saturo* autem largo, abundanti: aut certe Tarentino, a Satureio oppido (Guelf. I. et cod. Urs. *a Satyro* (s. *Saturo*) *iani opp.* Ursin. a Saturo Tarenti opp.). Iuxta Tarentum enim sunt baphia (Guelf. I. Vasa), in quibus tingitur lana. — 336. *Drymoque Xanthoque*; hae sunt, ut multi volunt, de quibus ait Iuno (A. 1, 71.): *Sunt mihi bis septem praestanti corpore nymphae.* Sed magis poëtice conficta nomina accipiamus. Sane mira varietate usus est: nam ne continuatio nominum posset creare fastidium, in aliis habitum, in aliis commemorat virginitatem, in aliis pulchritudinem. — 342. *Pictis incinctae pellibus ambae*; nebridas habentes. Sed hic venatricum est habitus: quem ideo Nymphis dat (Guelf. I. *damus*), quia multas eas (Burm. coni. *lanificas.* Guelf. I. hab. *deas.* Probo. Fabr. al. *ex eis.*) legimus ex venatricibus factas. Ut: *Et tandem positis velox Arethusa sagittis.* Notanda autem [est] figura honestissima facta ex repetitione sermonis. Ut: *Oceanitides ambae, Ambae auro pictis incincta pellibus ambae.* — 345. *Curam inanem*; definitio est amoris. — 346. *Vulcani Martisque dolos*; secundum Donatum hic distinguendum est: ut *Dolos* ad Vulcanum: *Furta dulcia*, i. e. adulterium, referamus ad Martem: Scimus enim, quod Sole indicante, Mars cum Venere deprehensus est, et per artem Vulcani est religatus catenis. — 347. *Atque Chao*; et a Chao narrabat crebros amores deorum. — 352. *Summa flavum* (codd. Burm. et Guelf. II. *placidum*) *caput extulit unda*; mire veritatem per transitum tetigit: Namque Arethusae fons dulcia fluenta inter medios habet (codd. Burm. et Guelf. II. *se hab.*

334) In Cic. loco (in Verr. 1, 34. cf. supr. 3, 306.) Dan. Steph. *nam q.* Guelf. I. Nam quidam M.; B. R. Guelf. II. Iam quidam Mil. Dein R. *abstruerit.*

Burm. *servat.* Guelf. I. *duleia aquae fl. per medios emittit fl.*) fluctus. — 354. *Cyrene soror;* propter similitudinem potestatis ait *soror.* Nam Cyrene, Thessaliae (Guelf. I. *Thessala*): Arethusa vero de Elide. *Tua maxima cura;* quem plurimum diligis. — 355. *Penei genitoris ad undam;* aut tui [genitoris], aut honoris est. Ut (A. 8, 540.): *Tibri pater.* — 357. *Nova formidine mater;* magna. Ut (E. 3, 86.): *Pollo et ipse facit nova carmina.* — 358. *Fas illi limina divum Tangere;* utroque enim parente deo nascebatur. Ideo *fas tangere* ait. — 363. *Speluncisque lacus clausos;* mirans, per omnia subaudimus. Lacus autem dicit fontium et fluviorum receptacula. Haec autem non sunt per poëticam licentiam dicta, sed ex Aegyptiis tracta sunt sacris: nam certis diebus in sacris Nili, pueri de sacris parentibus nati, a sacerdotibus nymphis dabantur: qui cum adolevissent, redditi narrabant, lucos esse sub terris, et immensam aquam omnia continentem, ex qua cuncta procreantur. Unde est illud secundum Thaleta (382.): *Oceanumque, patrem rerum.* — 367. *Phasimque;* fluvius Colchidis. *Lycumque;* fluvius Asiae. — 368. *Enipeus;* Thessaliae fluvius. *Pater Tyberinus;* Tyberis et Anio Italiae sunt fluvii. — 370. *Saxosumque sonans Hypanis;* Ponti fluvius. Et *saxosum* legendum [est], non *saxosus*, ne sint duo epitheta: quod apud Latinos vitiosum est. *Mysusque Caicus;* qui per Mysiam labitur. — 372. *Eridanus;* fluvius Italiae, qui et Padus vocatur. — 373. *Purpureum* autem, nigrum ex altitudine accipimus. Nam Padus non in Rubrum mare, sed iuxta Ravennam in Adriaticum cadit. Et purpureum Graecum est epitheton: [mare rubrum etiam dixit] Homerus, εἰς ἅλα πορφυρόεσσαν. Unde apparet Victorinum hoc loco errasse, qui *purpureum mare* rubrum esse dixit, quod est iuxta Indiam. — 375. *Fletus inanes;* his enim movebatur rebus, quarum erat facilis reparatio; [ideo *inanes* dixit.] — 376. *Dant ordine fontes;* rite secundum morem (Guelf. I. Dan. al. *ordinem*) epularum. *Mantilia;* quibus manus terguntur. *Plena reponunt Pocula;* iterant, (vel) saepe offerunt. — 379. *Panchaeis adolescunt ignibus arae;* i. e. ture, Arabicis odoribus. *Adolescunt* autem pro incenduntur. Κατ' εὐφημισμὸν ponitur. — 380. *Maeonii Bacchi;* Lydii vini. *Carchesia* autem poculorum sunt genera. — 381. *Oceano libemus, ait;* quasi Nympha Oceano sacrificat. — 382. *Oceanumque patrem;* [quod ex eo omnia gignantur, et originem ducant] secundum Thaleta, ut supra diximus. — 383. ***Centum quae silvas, centum quae flumina servant;*** aut ducen-

355) Guelf. I. Penei genitoris. ait qui t', (tibi) tuique genitoris. et ut honoris esset, ut thibri p. Guelf. II. qui tui aut honor. est. *Genitoris* omitt. B. R. Vos. Fabr. al.

363) Guelf. I. *humida regna*, aequora; *genitricis*, matris. Mirans etc.

367) Idem: *Phasim*, fluvius est apud Colchidos; *fasin*, fluvius sestie, licus asie fluvius.

376) Post *terguntur* (B. R. Vos. Guelf. II. *tergunt*) Burm. add. Varro appellat *mantelia*, quasi *manutenias*. Ceterum Plautus huius singulare *mantellum* posuit in Captivis (3, 3, 6.): *Nec hi sycophantiis, nec fucis ullum mantellum obiiciam.* Lucilius autem *mantella* dicit: Mappas, mantella, merumque, quae Graeci μάνδυα vocant.

tas esse dicit: aut finitus est [numerus] pro infinito. — 384. *Perfudit nectare vestem*; i. e. in ignem vinum purissimum fudit: post quod quia magis flamma convaluit, bonum omen ostendit. — 387. *Est in Carpathio Neptuni gurgite vates*; Carpathos, insula contra (Guelf. I. cod. Urs. *iuxta*) Aegyptum, a qua vicinum pelagus Carpathium appellatum est. Hic aliquando regnavit Proteus relicta Pallene civitate Thessaliae, ad quam tamen reversus est postea: quod ostendit hoc loco, dicens, Patriamque revisit Pallenen. — 388. *Magnum qui piscibus aequor*; equi enim marini prima parte equi sunt, postrema resolvuntur in pisces. — 393. *Quae sint, quae fuerint*; ut Homerus (Il. α, 70.): Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. — 394. *Ita Neptuno*; ubi deest ratio (Guelf. I. ubi detractio est. Guelf. II. *ubi dextracio.*), sic loquitur. Nam ita et in tertio (2.) dixit: *Sic* (Guelf. II. omitt. *sic*. Guelf. I. hab. *dum*) *visum superis*; quum praemisisset *immeritam*. — 395. *Armenta et turpes phocas*; magnas. Ut (G. 3, 52.): *Cui turpe caput.* Phocae sunt boves marini. — 397. *Expediat morbi causam: eventusque secundet*; duo enim ista requiruntur in oraculis, causa mali, et remedium. — 398. *Sine vi non ulla dabit praecepta*; ne eum sperare posset precibus flecti. — 400. *Doli circum haec demum*; circa vincula novissime eius desinent doli, i. e. formarum varieta[te]s: cuius figmenti physicam volunt esse rationem: nam homo habet in se libidinem, stultitiam, ferocitatem, dolum: quae dum in eo (Guelf. II. B. R. V. *in uno*; Guelf. I. et cod. Urs. *invicem*. Fabr. *invicem in uno*) vigent, pars illa quae vicina divinitati, i. e. prudentia non apparet: quae tunc potest suas vires tenere, cum fuerint illa religata, i. e. cum quis caruerit omnibus vitiis. Unde sacerdotem hunc dicit tunc (codd. Burm. *hunc*) posse vaticinari, et suscipere divinitatem (Vos. *dei vicinitat.* B. R. Guelf. II. *vicinit.*), cum religata in eo fuerint ignea cupiditas, silvestris asperitas, lapsus[que] animi aquarum mobilitati similis. — 401. *Medios cum sol accenderit aestus*; fere enim numina tunc videntur. Lucanus (3, 423.): *Medio cum Phoebus in axe est, Aut coelum nox atra tenet: tunc ipse* (V. ipsa) *sacerdos Accessum dominumque* (R. V. Vos. dominamque) *timet deprendere luci.* (Guelf. I. add.: *Cum sitiunt herbae*, quando siccantur.) — 403. *In secreta senis ducam*; fere omnes dii marini senes sunt. Albent enim eorum capita spumis aquarum. — 407. *Atra tigris*; i. e. saeva. — 412. *Tanto nate magis*; alii legunt, Tantum nate magis. — 415. *Liquidum ambrosiae diffudit odorem*; unxit eum, quo posset esse videndi numinis capax (et habere licentiam). — 418. *Habilis*; vegetabilis. *Specus ingens*; in singulari numero *hoc specus*, in plurali *hi specus* dicimus. (Guelf. I. *exesi*, vacui.) — 421. *Deprensis*; periclitantibus. [Verbum nauticum e t, cum tempestate occupantur. Sic alibi (A. 5, 52.): *Argolicove mari deprensus.*] — 422. *Tegit*; tegere consuevit. Nam tunc illic

387) Burm. in fine add. Hoc ideo dicit, quia Proteus, antequam in Aegyptum commigraret, Thraciae fuit incola, ubi habuit uxorem, ex qua filios Telegonum et Polygonum, qui, cum advenas secum luctari adigerent, et excruciarent, ad postremum ab Hercule victi et interempti, patris animum perculerunt: quapropter taedio praesentium rerum solum vertere coactus, Aegyptum petiit.

non erat. *Obice*; obiectione. Et melius *hic obex*, quam *haec obex* dicimus. (Guelf. I. *Iuvenem*, *Aristaeum*.) — 423. *Aversum a* (codd. omitt. *a*) *lumine*; paululum obliquum a lumine. Et sciendum Proteum temporalem suscipere divinitatem, alioquin potuit Aristaeum cognoscere latitantem. — 425. *Iam rapidus*; hic distinguendum propter duo epitheta. *Sirius* autem stella est in ore Canis, per quam nimios aestus accipimus. *Sitientes Indos*; populos subsolanos. — 427. *Cava flumina*; alta. Lucanus (1, 396.): *Deseruere cavo tentoria fixa Lemanno.* — 438. *Vix defessa senem passus componere membra*; aviditatem exprimit tenere cupientis. Unde eum contra matris praeceptum cito in Proteum fecisse impetum dicit, per quod incontinentes animos hominum docet poëta. — 444. *Hominis ore*; humana scilicet voce. — 445. *Nam quis te iuvenum confidentissime nostras*; i. e. quisnam. Hodie enim *Nam* particula postponitur, antea praeponebatur. Terentius in Phormione (5, 1, 5.): *Nam quae est haec anus a fratre egressa meo?* — 447. *Proteu*; vocativus Graecus est, ut Orpheu. *Fallere cuiquam* (Guelf. I. *quisq.*); alii quicquam legunt. Hoc autem dicit: Quum omnia noveris, desine adventus mei causam velle cognoscere (Guelf. I. *fallere.*) — 448. *Deum praecepta*; propter matrem hoc posuit nomen (Guelf. I. *hoc dicit*). — 452. *Graviter frendens*; cum ingenti tumultu. — 453. *Non te nullius*; i. e. non humilis, sed magni. — 454. *Magna luas commissa tibi*; i. e. magnorum scelerum est ista persolutio. Et alii ita distinguunt, ut sit, a te commissa. Alii *Tibi has miserabilis Orpheus*; non humile autem numen dicit Tisiphonem, i. e. mortis ultricem. Nam ideo Tisiphone dicta est, quasi cui cura est τίσις φόνου, i. e. mortis ultio. — 455. *Haud quaquam ob meritum*; i. e. non tales quales mereris. Nam eius uxori (Guelf. I. II. R. *uxoris*) causa mortis fuisti. Inferret autem digna supplicia, nisi fata prohiberent: quibus faventibus ita numinum minora infert, licet maiora non possit. — 458. *Moritura puella*; merito non vidit: quippe moritura (serpentem). — 459. *Servantem ripas*; tenentem. Ut (A. 7, 52.): *Tantas servabat filia sedes.* — 460. *At chorus aequalis Dryadum*; ergo et Eurydice Dryas: et bono compendio eius praetermisit interitum. *Supremos montes*; summos. Ut (Terent. Adelph. 2, 1, 42.): *Pro supreme Iuppiter.* — 461. *Rhodopeiae arces*, *Altaque Pangaea*; Rhodope mons [est] Thraciae, sicut Pangaea (codd. *Panchea*). — 462. *Rhesi Mavortia tellus*; quam postea Rhesus tenuit. Et est Prolepsis ex persona poëtae. Quo enim tempore Orpheus fuit, Rhesus necdum regnabat in Thracia. — 463. *Hebrus*; fluvius Thraciae gelidissimus. *Actias Orithyia*; Atheniensis Nympha, quam Boreas in suum matrimonium rapuit. — 464. [*Ipse*; Orpheus.] *Cava testudine*; periphrasis citharae, cuius usus repertus est hoc modo. Quum regrediens Nilus in suos meatus varia in terris reliquisset animalia, relicta

423) B. R. Guelf. II. pro *cognosc.* hab. *irescare*, s. *irascare*. Vos: cum irascare Cyrene deprehendit scire Latinitatem. V. cum irascare timere deprehendit scire Latinitatem. Guelf. I. potuit praescire etiam Arist. latit.

460) Guelf. I. *Supr. m.*, hic *supremos* longe positos. Implerunt et supr. m., bene dixit *supr.*, ut etc.

tiam testudo est: quae cum putrefacta esset, et nervi eius remansissent extenti intra corium, percussa a Mercurio sonitum ledit: ex cuius imitatione cithara est composita. *Aegrum amorem*; moestum, deceptum. — 465. *Solo in litore*; deserto, in quo sine uxore morabatur. — 467. *Taenarias etiam fauces*; Taenarus Laconicae promontorium est circa finem Maleae, ubi inferorum dicitur esse descensus. — 469. *Manesque adiit, regemque tremendum*; haec omnia ad laudem pertinent citharae, qua fretus ista superavit. — 470. *Nesciaque humanis*; ad exitum futurae rei respexit, non ad principium. Nam primo meruit Eurydicen. — 471. *Erebi de sedibus imis*; de interioribus tenebris inferorum. — 482. *Implexae*; involutae, implicitae, ἐμπεπλεγμέναι. — 484. *Ixionei vento rota constitit*; deest *Cum*. Et hoc dicit, cum vento suo rota constitit: i. e. cum causa volubilitatis quievit. — 488. *Incautum amantem*; epitheton amantis est. — 489. *Ignoscenda quidem scirent si ignoscere manes*; participium sine verbi origine. Non enim facit *ignoscor*, sicut nec *triumphor* (nec) *regnor*. — 490. *Eurydicemque suam iam*; alii legunt: *Iam luce sub ipsa*. — 491. *Victusque animi*; sic hoc loco dixit ut (E. 12, 19.): *O praestans animi iuvenis*. *Respexit*; i. e. commisit in legem, sibi datam. — 492. [*Ibi omnis effusus*; i. e. functus et frustratus. *Tyranni*; i. e. Plutonis.] — 493. *Terque fragor stagnis auditus avernis*; quasi exultarent umbrae reditu Eurydices. Lucanus in Orphea dicit factum strepitum redeunte Eurydice ob hoc, quia *gaudent a Luce relictam* (Burm. coni. *reductam*) *Eurydicem, iterum sperantes Orphea manes*. — 495. *Iterum crudelia retro Fata vocant*; Ovidius: *Bis rapitur, vixitque semel* (Guelf. I. *vixitq. t'* (*ter. s. tibi*) *semel*). — 496. *Natantia lumina*; in mortem reducta. — 498. *Invalidas palmas*; in umbrae tenuitatem redactas. *Heu non tua*; quia supra dixit, Eurydicemque suam iam. — 500. *Fugit diversa*; i. e. per diversa. — 502. *Praeterea*; postea. Ut (A. 1, 408.): *Et quisquam numen Iunonis adoret Praeterea?* — 503. *Amplius obiectam passus transire paludem*; mysticum est. Dicitur enim bis eandem umbram evocari non licere. — 507. *Ex ordine*; sine intermissione. — 508. *Deserti*; asperi, inculti. *Strymon* autem fluvius est Thraciae, circa quem ad extinguendum amoris morabatur calorem. *Haec*, i. e., talia qualia ipse commemorat. — 510. [*Agentem*; i. e. moventem.] — 513. *Philomela*; pro quavis ave. Nam species est pro genere. — 514. *Flet noctem*; iugi nocte, continuo fletu. — 517. *Tanaimque nivalem*; fluvium Scythiae. *Nunquam viduata pruinis*; semper nivibus plena. — 518. *Quo munere matres*; nuptiali scilicet. — 520. *Cicones* autem Thraces mulieres sunt, quae, ab Orpheo spretae, discerpsere (codd. *carps.*) eum per Liberi sacra simulata. — 523. *Mar-*

489) Guelf. I. add. Et aliter, *ignoscenda* participium passivum sine sb'a (substantia) verbi. Terentius: culpam conu̅tam non ego sed ea quae sit ignoscenda.

514) B. R. continua flere diupete. Vos. continua flet o̅dii. V. petendii. *continua* hab. etiam cod. Urs.; Guelf. II. iuge noctem continua fleto clipete. Probe Guelf. I. Iugiter noete continua flet.

morea caput a cervice revulsum; i. e. pulchra Sane alludit ad id quod dicit Ovidius (Metam. 11, 56.) quia cum caput eius delatum serpens ad ripam mordere voluisset, est conversus in lapidem. — 524. *Oeagrius Hebrus*; Oeagrus fluvius est, pater Orphei: de quo Hebrus nascitur, unde eum appellavit Oeagrium. — 528. *Haec Proteus*; subaudi dixit. — 530. *At non Cyrene*; deest territa est: quod ex sequentibus datur intelligi. — 535. *Pacem petens*; beneficium, benevolentiam. *Faciles Napaeas*; exorabiles nymphas, [et] ad ignoscendum paratas. Sane sciendum easdem esse Napaeas, quae et Dryades sunt. Nam supra ait (460.): *At chorus aequalis Dryadum.* — 540. *Intacta cervice*; indomita. Et dicit [ita] animalium sacrificium esse faciendum, ut non tantum occidantur hostiae [, sed caedantur.] — 545. *Orphei*; dativus est Graecus. *Lethaea papavera mittes*; agrestia. — 546. *Placatam Eurydicem vitula venerabere caesa*; hypallage, pro veneratam placabis (R. Vos. Guelf. II. *placabilis.* Guelf. I. pro ven.; et *placatam* pro placabilem.) — 548. *Praecepta facessit*; facit: frequentativum est pro principali. Aut certe ideo *Facessit*, quia plures hostias immolavit. — 554. *Subitum, ac dictu mirabile, monstrum*; res enim haec ex improviso venit, ut apes ex bubus erumperent. Nam (al. *quia*) praecepta Cyrenes, tantum ad placandum numina pertinebant. Notandum sane, quia ex hoc eventu illa ars inventa est, quam supra memoravit: et melior facta per industriam. — 556. *Stridere apes utero et ruptis effervere costis*; haec verba et secundae sunt coniugationis et tertiae: nunc tamen tertiae. — 558. *Uvam demittere ramis*; in morem uvae, i. e. botryonis, defluere: quod Graeci βοτρυδὸν dicunt. — 559. *Haec super arvorum cultu*; primum librum per hoc significat: per *pecora* autem, tertium et quartum, quia et apes pecora sunt. Per *arbores* secundum. Et hoc dicit: Haec ego, i. e. Georgica scripsi, dum Caesar in oriente pugnaret. — 561. *Euphratem*; Orientis fluvium. *Fulminat*; fortiter facit. *Victorque volentes Per populos*; unum virtutis est, aliud (Burm. *alterum*) iustitiae. Nam vincere, virtutis est: iustitiae vero, non invitis, sed volentibus imperare. — 562. *Viamque affectat Olympo*; praeparat sibi divinos honores. *Parthenope*; i. e. Neapolis, quae primo ex corpore unius Syrenis illic sepultae Parthenope est appellata. — 564. *Studiis florentem ignobilis oci*; i. e. artis poëticae, quam ocium ignobile appellavit, ne quid de se videretur arrogans dicere. — 565. *Carmina qui lusi pastorum*; qui etiam Bucolica scripsi. *Audaxque iuventa*; aetate iuvenili (codd. *iuvenali*). Nam ut diximus supra, viginti octo annorum Bucolica scripsit. Et bene breviter a se scriptarum rerum exsecutus est titulum.

523) Post *pulchra* Burm. add. Constat enim caput Orphei in Hebrum proiectum, et id fluctus in Lesbum insulam detulisse. Hebrus autem fluvius in Thracia est, qui ex fontibus Rhodopae montis prolabitur: dictus ab Hebro, Boreae fratre, quem Oeagrium ab Oeagro patre dicunt. Sane etc.

530) Guelf. I. add.: et aliter, scil. discessit.

VIRGILII MARONIS

INTERPRETES VETERES

ASPER CORNUTUS HATERIANUS LONGUS NISUS PROBUS SCAURUS SULPICIUS ET ANONYMUS

EDENTE (EX COD. VERONENSI PALIMPSESTO)

ANGELO MAIO.

Ecl. 3, 27. *Stridenti* etc.; significanter illud Theocriti (5, 7.) translatum locavit: *Ἀρκεῖ τοι καλάμας αὐλὸν ποππύσδεν ἔχοντι.* *Disperdere*; eleganter ex loco, quod in triviis; re, quod *stipula*; sono, quod *stridenti.* — 29. Vitulam; M. . . operis auditor parat . . . apud veteres . . . bantur . . . ut *comici adipiscerentur praemii loco* arietes; at *tragici* hirquos; *heroici* . . . lyrici tauros. — 30. *Bis venit ad mulctram*; adnotandum, quod hic mulctram feminino genere posuerit, cum alibi neutro (G. 3, 177.): *Inplebunt mulctralia vaccae.* Hoc autem est ex illo Theocriti (8, 14.): *Μόσχον ἐγὼ θήσω, τὺ δὲ θὲς ἰσομάτορα ἀμνόν.* et reliqua. *Binos* etc.; suo more binos pro duobus, ut alibi (A. 1, 313.): Bina manu lato crispans hastilia ferro. Praedicatio vitulae est quae duo . . . — 31. *Quo pignore certes*; quo opere confligas, vel quod praemium ad certamen exhibeas. — 34. *Bisque die numerant*; *Ambo ineuntes* numerum non sinunt quicquam de grege imminuere. *Alter et haedos*; alteruter etiam haedos, ut cura propensior indicetur, cum etiam haedorum numerus requiratur. — 37. *Alcimedontis*; fictum nomen artificis, nusquam enim laus huius operis invenitur. Et voluit obscuriorem sensum reddere . . . faedera . . . orum pignus futurae concertationis adiuvit. — 38. *Torno facili* . . . scalptura . . . — 39. Corymbi sunt hed. . . fructus granis h . . . inter se coëunt. — 40. *In*

medio; Cornutus sic aestimat: Dicit *in medio sicut illud*: In medio mihi Caesar erit, pro eminebit. *Duo signa*; duos libros putatur ostendere, quos nondum publicaverit. *Et quis fuit alter?* . . . ta de pluribus sit. Alii namque Endoxum (*Eud.*) tradunt; plerique Aratum . . . ae nomen ascribserit; nonnulli Archimeden; quidam Hippasychum (*Hipparchum?*), vel etiam Eudaemonem. De Hesiodo . . . ntis convenit. Aliqui Eupliden (*Eucl.*) astrologum significari putant. — 50. *Venit ecce Palaemon*; Palaemonem Augustum intelligit, qui index sit poëtarum. . . . .

Ecl. 5, 88. At tu sume pedum; . . . praemiis alax hectorque (*pr. alacer uterque*) discedunt. Pedum autem est baculum recurvum, quo pastores utuntur ut adminiculum pedum sit, ut ait Ennius in Ifigenia: Gradum preferre pedum nitere. Cessas o fid . . . *Porro est recurvum quia eo* pastores pedes ovium retrahere soleant. Ut autem inputaret munus suum, ait: quod me cum saepe rogaret non tulit Antigenes. Additque: et erat tum dignus amari. Cetera etiam ad laudandum pedum dicuntur.

Ecl. 6, 1. *Prima Syracusio*: aut (*haud?*) nostra ex omnibus, quasi primus latine bucolicon Vergilius scribserit . . . siciliensi, i. e. Theocriti. Est autem ὑπέρβατον. Nam ordo hic est: Prima nostra Thalea dignata est . . . γοριχῶς, quasi primus ex Romanis bucolicon condiderit . . . *Syracusio*; versu Theocriti. Ideo dictum, quia Syracusae metropolis Siciliae civitas, de qua Theocritus . . . *Dignata est*; Adroganter dictum, quasi potuerit maiora scribere *quam bucolicon*, quod ex facili compositione . . . Nec sicut olim lusit Anacreon vel vercnensis Catullus: Cui dono lepidum novum libellum, Arido modo pumice expolitum? Corneli tibi; namque tu solebas Meas esse aliquid putare nugas. Item Horatius (Serm. 1, 9.): Ibam forte via sacra, sicut meus est mos. Nescio quid meditans nugarum. — 2. *Silvas habitare*; antiqua consuetudine, sicut (E. 2, 29.): Adque humiles habitare casas . . . magnas, ut Graeci dicunt πλέει τὴν θάλασσαν. Et alibi Vergilius (A. 3, 191.): Cava trabe currimus aequor pro *super aequor*. — 3. *Cynthius*; i. e. Augustus aurem. . . vellit, sicut iis solemus facere, quos admonemus. — 4. *Vellit*; praeteri (*praeteriti*) temporis, ut admonuit. — 5. *Deductum carmen*; tenue, gracile, subtile, quale bucolicis . . . origo ab aucipe em . . . quia hae deductiores sunt, i. e. tenuiores. — 6. *Nunc ego*; ordo hic est: Nunc ego, Vare, agrestem tenui musam modulor harundine, supersunt autem qui laudes tuas dicant. Curant κατ' ἐξοχὴν legendum: dicere cupiant, sed inplere non possint. — 7. *Tristia condere bella*; aut epitheton est omnium bellorum tristia, aut specialiter ad civilia respicit, *quae fuerunt* tristia, sed illis, contra quos gesta sunt. Condere pro componere. Sic Horatius (Epist. 1, 1, 12.): Condo et compono quae mox depromere possim. — 9. *Non iniussa cano*; *Cornutus* putat hoc ad Musas pertinere; sed illud magis accipiendum, Cynthius aurem vellit et admonuit: *nempe quod nutu* Augusti admonitus sit, ut bucolicas scriberet. Si quis tamen haec quoque si- quis; iucunda ἐπανάληψις . . . et c . . . ticis. — 10. Te nostrae, Vare, myricae; hoc est, te etiam humilia canent. Et pastor alibi (E. 9, 10.): Carminibus vestrum servasse Menalcam . . . . nuninibus (*nemoribus*), nostris caneris. Varum ergo

quitur hoc epicedio, cui etiam conloquia *creditur nec non sermonis* inpendere. Duobus tamen illis pastoralia nomina git. Silenum vero Sirona philosophum *intelligit. Nam Si*- et Vergilius audivit. Hic tamen Siron epicureus traditur. . . Ecl. 7, 22. *Quale meo Codro*; Codrum plerique Vergilium iunt, alii Cornificium, nonnulli Helvium. Quod s . . . Cinputant, de quo bene sentit. Similiter autem hunc Codrum egiis Valgius honore *et* laude . . . *Cornific*(i) appetat. Et am in ecloga (*elegia?*) de eo ait . . .: Ille canit quali tu e ca . . . . . . solet numeros dicere, Cinna, tuos. Dulcior unquam pylio profluxerit ore Nestoris . . . aut . . . pectore . . . . . . credis mihi . . . Noctem non hilarum posset . . . leris in . . . quantum si gurgite rautae (*raucae*) Criseae quaeumina castaliae . . . qui accipiendus est φυσικῶς. — 24. *Hic ta* etc.; arguta, sonora, ut est (A. 7, 14.): Arguto percurpectine telam. — 30. *Vivacis cornua cervi*; ἔλλειψις; non addidit: aut consecravit aut posuit, sicut illic (A. 3, 288.): as haec de Danais victoribus arma. Homerus (*Hesiodus*) Ἐννέα μὲν ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη Ἀνδρῶν ἡβώντων, ος δέ τε τετρακόρωνος· Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται· ρ ὁ φοῖνιξ Ἐννέα τοὺς κόρακας· δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοίνικας γαι εὐπλόκαμοι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο. (cf. Plin. Hist. Nat. 7, — 33. *Sinum lactis*; Asper. Sinum est vas vinarium, ut o significat, non, ut quidam, lactarium. Plautus in Curne (1, 1, 75.): Cedo, puere, sinum. Et respondetur: Quasi gynam dicas in qua Chium vinum solet esse. Sinum ergo atulum . . . e sinus vocitatum. Hic autem sinum lactis vas cumque lacte onustum. Varro de vita PR. (*Populi Romani*) .: *Lepestam vas dicebant* ubi erat vinum in mensa positum, galeolam aut sinum. Tria enim haec similia sunt, pro quinunc *acratoforon* ponitur. Atta in Megarensibus: „Nempe sinus apud mensam, ubi sermo solet suboriri seditiosus." — *Nerine Galatea* . . . m, oceanina. Galatea Nerei filia a Pomo cyclopo (*cyclope*) adamata conplexum eius evitans in se praecipitat . . . Alii Corneli epitheton. Dicit Nerine ecla)raret (sicu)lam esse Galateam. . . . .

Ecl. 8, 21. *Incipe* etc.; antiquorum more hanc clausulam epódon repetit Theocritum (1, 64.) secutus: Ἄρχετε βουκολικᾶς μοῖσαι φίλαι ἄρχετ' ἀοιδᾶς. — 22. *Maenalus* etc.; mons liae. *Argutum nemus* . . . ut illud (A. 7, 14.): *Arguto* perns pectine telas. — 29. (*Mopse*); . . . c . . . vel de morinonnullas culpas . . . (s)ubitas pleraeque ap . . . in reatum ae sint. Et (ait) quod mulier in publico osculum offerre erit nec obtulerit plexibil . . . Ob id enim institutum hoc veteres habebatur, ut probaret se temulentam in publico fuisse . . . nuptias . . . intulisse. — 30. *Sparge marite nu*- nuptiali festo nuces dividi vel in solum abici solent. Sic orum colligentium *strepitu* vox puellae non auditur. Vel ne sta verba ad aures ferantur. Est et illa opinio, quod qui as *contrahunt* lusus incaviti (*incauti? inviti?*) relinquunt, Terentio (Andr. 1, 2, 19.): Nunc hic dies aliam vitam alios es postulat. *Tibi deserit* etc.; hoc est, tibi hesperus ab Oeta e consurgit. Inde etiam raptus ille ritus. . . — 32. *O digno*

20*

coniunctu viro; vindictae loco degeneris viri carpit societatem. — 33. Dumque tibi est odio mea fist.; ἐρωτικῶς, quasi non ipsum *oderit, sed* genus vitae. An omnia apud eum posita odit, quia ipse despicabilis sit? — 34. *Hirsutumque supercilium*; morum gravitas luxum refutans. *Promissaque barba*; annis virilibus pasta. . . . .

Georgicot. 2, 91. *Sunt Thasiae vites, sunt et Mareotides albae*, indiscretim locavit, ut quas quisque voluerit, pro terrarum situ eligat. — 93. *Et passo Psythia utilior* . . . seu quod expandi soleat ΠΑΝΣΑΘΙΟΝΕΙ. *Lageos*; uva leporini coloris, unde et vocabulum *sumitur*. Vel quia lepores ultra alias adpetunt, sive quod laugon (*languon*) est iuxta dialecticos pedibus *infirmus* . . . ac per ebrietatem ruere; unde et pigros vel otio deditos languonas vocarunt . . . poëta evidenter notavit: Temptatura pedes olim vincturaque linguam. — 98. Phanaeus promuntorium in Chio insula, ubi Liber et Apollo maximo *honore* coluntur . . . nes. — 99. Argitis graeca quasi argeotis. Minor uva haec melior quam i(ll)a maior. — *Rhodia*; de Rhodo insula. *Dis accepta*; quod ex ea maxime numinibus sacrificatur . . . poculis vel pomis parantur. — 105. . . . maxime harenosum . . . i. e. litus harenosum ac Libyae. — 113. *Bacchus* etc.; colles patentes sine umbra amat Bacchus, vites bene proveniunt. Taxi arbores floribus venenatis . . . *frigidis* locis abundant, tepidioribus denegantur. — 115. *Eoasque domos Arabum*; Arabia orientis regio abundantissima. *Pictosque Gelonos*; Thracas, corporibus interlitis inlustri . . . membra. Sic et alibi (A. 4, 146.): *Pictique Agathyrsi* . . . de versicoloribus eorum vestibus pictos putant dictos. — 116. Nigrum hebenum; . . . materiam nigram et levem. Observandumque quod masculino genere dixit. Nisi forte . . . num (*per neutrum?*) locutus sit. . . . . — 289. Tenui vitem committere sulco; parum profundae fossae; et fructuosior habetur vinea, quae non in profundum nimium *in*foditur. — 291. Aesculus arbos glandifera, parvas tamen bacas ferens. — 298. *Vergant*; declinent, spectent. — *Neve* etc.; . . . arboris fructus . . . assandas in sacras carnes. Etiam verua ex ea faciunt, sicut ipse alibi (395.): Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram, Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis . . . . vitibus pecudem caprum immolant Libero . . . ede plectantur, ut hanc arborem Deo velut sacrificalibus flammis . . . a dicuntur vitium sine fructibus summitates de flagri similitudine quae ante bimatum . . . postea palmites . . . naturali humanae palmae simili . . . quod in partes multifidas dividitur ut digiti. . . . . — 352. *Urgerent*; premerent. — 353. *Findit canis aestifer arva* . . . . signum illud formatum putetur. Est enim in lingua extima caniculae stella ardentissima quae solet germina male operta torrere. — 368. . . . tibus sumant intellegi . . . *creverint*. *Stringe comas*; attonde luxuriantem. — 373. *Cui super indignas hiemes*. . . . pecus supra elementorum vim nociturum intellegat, nisi caverit. . . . . — 553. *Septem arces*; septem (montes) . . . etiam dies sacer septimontii constitutus est. — 536. *Dictaeus*; Graeci . . . — 538. *Aureus Saturnus*; aurei

saeculi auctor, cuius in Italia latentis regnum iustissimum . . . qui . . .

Georg. 3, 1. *Te quoque, magna Pales*; . . . Palem invocat de pecorum studiis proventibusque dicturus *quibus praesidet* Pales. *Εὐπόρως* quidem se parat . . . (ha)esitant, quod a Deo *inchoaverit*. Sed in eo (*libro I.*) Maecenatem ad vicem numinis est precatus. *Magna Pales*; potest communi . . . et magnis . . . relligionem . . . coli statuit, et cuius die Romam condidit, i. e. Palilibus. Sic et alibi poëta (G. 3, 294.): Nunc veneranda Pales . . . et Pales Matuta, cuius templum Atilius Romulus vovit. *Ἀντιδιαστέλλων* unde magn . . . — 2. *Pastor ab Amphryso*; . . . Admeti pecus traditus est, qui iuxta Amphrysum Thessaliae fluvium huic subiacuit. *Lycaei*; Lycaeus mons Arcadiae, circa quem Pan Deus colitur, Arcadia abundat his etiamnum relligionibus, unde et idem Pan Lupercus colitur. — 3. *Cetera quae vacuas tenuissent mentes*; vacuas mentes scribentium intellegendum. Sic Lucretius (4, 910.): Vacuas aures animumque sagacem. Accipitur et vacuas, otiosas. — 4. *Omnia iam vulgata*; in vulgum data ac per hoc relinquenda . . . (s)ensui libentius tra . . . mussationes persequi . . . dure Herculi imperitantem . . . circa eum exercentem. Unde illud est (G. 1, 63.): Homines nati durum genus . . . Stheneli filius rex Argivorum Herculi athlas XII. imperavit. — 6. *Hylas puer*; . . . filius inter Argonautas comes Herculis, in Mysia raptus a Nymphis et sonitu *proditus* rivi est. *Et Latonia Delos*; Apolline et Diana Latona gravida insequentem draconem Delo invecta vitavit. *In coturnicem* avem, quae graece *ὄρτυξ* dicitur, versa . . . poëta. — 7. *Hippodameque*; Oenomai filia . . . velocit . . . certamine exsuperavit, quae per fraudem . . . ercori filio . . . oum. *Umerique Pelops* . . . Mythici tradiderunt, Tantalum Iovis filium . . . antem Pelopis . . . adfixum . . . et ut lautissimis dapibus (adpositis), furiarum agmine prohibeatur attingere . . . pulae genus . . . pellatum. S. . . Servilianus historiarum scribtor . . . verit eburnum appellatum tradidit. Minerva . . . ex ebore . . . cetera (lucu)brare parassent. — 11. *Aonio vertice*; Helicone Boeotiae monte musis sacro, quae Vergilium ad romanam linguam sequantur. — 12. *Idymeas palmas*; (palmas) Idymeorum. Regio Iudeae Musarum numini sacra. Eleganter autem regionum conla . . . q . . . dixerit idymeas specialiter palmas, quia illic et plures et proceriores proveniunt. — . . . . 351. *Rhodope porrecta sub axem*; i. e. ad septentrionem porrecta. Longissime autem hic mons iuga sua extendens . . . mons hic in declinat . . . — 364. *Umida vina*; non per se umida, sed aquae admixtione . . . o, et ideo gelu stricta. Purum enim numquam gelatur. — 376. *Secura otia*; nihil laboris habitura, cum latibulo . . . — 382. *Rhiphaeo Euro*; Scythico. Sed nunc Eurum non suo nomine significavit, quia ab oriente flatus illius est. Sed per metalemsim quemcumque ventum dixit. Attamen Aquilonem proprie accipiemus cui . . . — 391. *Munera sic niveo*; . . . traditur speciosi arietis munere lunam a Pane delusam fuisse . . . vellera quaedam. Nitapannos (*Ita Panos*) et Paniculas vocaverunt. — 402. *Calathis*; quae vulgo panaria vocant. . . . .

Georg. 4, 444. *Hominis ore*; De . . . quia vaticinaturus est, os hominis traditur induisse, ut loquens responsorum seriem, ab Aristeo pos(sit) intellegi. — 445. *Nam quis te*; pro quisnam, poëtica usurpatio, ut reversione syllabarum loquendi . . . quia nondum se divinatio tota collegerat. Et minaciter correptus irascitur. — 451. *Ardentes oculos*; divinaturi imaginem . . . *aspectu* commotiore designat. — 463. *Actias Orithyia*; Attica quae Acte aliquando vocata est, ut Callimachus et alii tradiderunt. Orithyia Erichthaei filia. Haec a Borea rapta (et advecta) in Thraciam edidit ex se Zethum et Calain. Per Orithyiam autem ultimam Thraciae partem significat ad septentrionem locatae. — . . . . 524. *Oeagrius Hebrus*; epitheton fluminí de regis nomine qui a patria Oeagr(iu)s aut Orphaei (*Orphei*) patris. — 535. *Faciles Napaeas*; quia Graeci nemora nape vocant. Faciles Nap., fluctuantes, natura *flexibiles*.

Aeneid. 1, 1. *Arma virumque cano*; . . . ad litora cogant. Arma (partim) ponuntur pro *instrumentis rusticis*, ut (G. 1, 160.): *Dicendum et quae sint duris agrestibus arma*. Ponuntur pro caestibus (A. 5, 425.): Paribus palmas amborum innexuit armis. Ponuntur pro pistor(um) *instrumentis* (A. 1, 177.): *Cerealiaque* arma expediunt. Ponuntur proprie suo nomine arma cum telis (2, 668.): Arma viri ferte . . . parte orationis. Ponuntur pro fulgore (3, 517.): Armatumque auro circumspicit Oriona. Signum . . . (9, 773.): Ferrumque armare veneno. Accipitur (*accipiuntur*) et pro bello, ut hic: Arma vir.q. c. — Arma semper plurali numero enuntianda. Sed hic *per μετωνυμίαν* bellum intellegetur. *Μετωνυμία* est per id quod continet id quod continetur, ut dicitur Ceres pro frugibus, arma pro bello. — Vir tribus modis ad intellegentiam datur. Ponitur enim natura, virtute, adfinitate. Natura (7, 444.): *Bella viri pacem*que gerant. Accipitur pro virtute (10, 361.): Haeret pede pes, densusque viro vir.' Adfinitate (E. 8, 32.): O digno *coniuncta* viro. — Canere quatuor significationes habet. Ponitur pro cantare (1, 742.): Hic canit errantem lunam. Ponitur pro *plorare* (2, 124.): Multi crudele canebant exitium. Ponitur pro vaticinari (6, 76.): Ipsa canas, oro. Pro carmine hic accipi*tur*. — *Troiae ab oris*; per perifrasin circumlocutus est ab oris Troiae pro a Troia. Significantur autem *litora*, ut est (1, 538.): Pauci vestris adnavimus oris. Significantur fines (3, 396.): Italique hanc litoris oram. Significantur clipei partes (10, 588.): Subit oras hasta per imas. Significantur et regiones, ut hic: Troiae qui pr. ab or. . . . scribamus. — 3. *Iactatus et alto*; altum significat mare, ut hic. Significat et caelum (1, 297.): Maia genitum demittit ab alto. Significat *profundum*, ut (6, 237.): Spelunca alta fuit vastoque immanis hiatu. Significat amplum, ut (G. 4, 462.): Altaque Pangea. Significat *magnum ut* (10, 875.): Sic pater ille Deum faciat, sic altus Apollo. — 10. Insignis ponitur pro admirabili, ut hic: Insignem pietate virum. Ponitur pro precioso, ut illic (8, 166.): Insignem pharetram. Ponitur pro decoro (9, 583.): Insignis facie, genitor quem miserat Arcens. — 11. *Inpulerit*; hic coëgerit; alibi significat inpingere (1, 82.): Inpulit in latus. Significat et temptare (2, 55.): Inpulerat ferro. Significat aperire

621.): Inpulit ipsa manu portas. — 12. *Urbs antiqua fuit;* ositio. *Tyrii coloni;* hi qui a Tyro *profecti Carthaginem* iiderunt. . . contra (punicas) . . . regiones posita, sed quon . . . qui itali nu . . . — 16. *Hic illius arma; Iunoni* rum, hastam et cassidem tradunt. Venus etiam armata pertur. Est autem . . . a currus . . . matris Deum vehitur, e et Iunoni potest hoc vehiculum deputari, sicuti ipse poëta (G. 3, 532.): Quaesitas ad sacra boves Iunonis, et uris Inpas ductor alta ad donaria currus. — 21. *Belloq. superbum;* posuit superbum, ut in tertio (326.): Iuvenem superbum. intellegitur et . . . *gloriosum*. Accipitur clarum: Ultroque rbum. Intellegitur et imperiosum (12, 236.): Nos patria sa, dominis parere superbis cogemur. — . . . .

Quae te, genitor; genitor melius quam pater, quia pater fit doptione, genitor nonnisi qui genuerit. *Vertit;* . . . vel imavit, i. e. de proposito retraxit; ut alieno instinctu, non sua te mutatus est. — 240. *Fortuna ponitur* interdum pro statu rto, ut illud (1, 454.): Dum quae fortuna sit urbi. Saepe tur pro adversa, ut hic: Nunc eadem fortuna viros. Alido pro prospera (11, 413.): Nec habet fortuna recessum. pitur pro occasione (9, 240.): Si fortuna permittitis uti. *pitur et pro* successu (12, 920.): Sortitus fortunam oculis. rdum pro necessitate (9, 41.): Siqua interea fortuna fuisset. —

Antenor potuit; Antenor Troianorum primatibus mixtus de enda Helena saepe auctor fuit, Menelaumque et Ulixen ne dis insidiis sternerentur admonuit, et, ut ab aliquibus tradiipse defendit; ob quod meritum, capto Ilio, incolumis eva-Hic iuxta fontem Timavi . . . urbem statuit, quam Patavium inavit. — 243. *Illyricos sinus;* Cadmus, Agenoris filius, tis Thebis, comite Harmonia coniuge, fortunae iniurias *inens*) fines Macedoniae supergressus, parvulum filium, qui Illyricum fluvium ab Harmonia editus fuerat, dereliquit. serpens spiris suis innexuit, et donec ad adultos veniret s amplexu corporis fovit, imbuitque viribus, quibus omnem regionem sibi subdidit. (Hic) ex vocabulo suo Illyrium *deinavit*. — 247. . . . quas aves Antenor secutus traditur ex nso. Sunt qui Patavium a Patena palude dictum putant, e) *prope civitatem fuisse dicitur. Alii a* Pado flumine von volunt, ut littera una sit mutata postea ex Padavio. Anteautem traditur *Henetos*, qui ex gente Paphlagonum secuti t, amisso duce Poelemene (*Pylem.* v. Liv. 1, 1.), adposito mmate (*digam.*) Venetos appellasse . . . Homerus ita ait , 851.): Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ. — *Genti nomen dedit;* potest pro *progenie accipi*, ut est (5, : Cui genus et nomen quondam natique fuissent. Et alibi 9.): Et nos aliquod nomenque decusque gessimus. *Hinc di-Patavini* gentiles se Romanorum. Sed haec intempestiva praetatio (*interpret.*) est. — 249. . . . Antenoris . . . Aponi . . . tus. Apollo dictus . . . dolores fuget. — 260. *Magnam Aenean;* Aeneas uxore et regno potitus, Latino mortuo, cos certamine premens, in conflictu bellico *requisitus nus*comparuit, et Numici fluminis gurgite haustus putatur, cui iius, hostibus devictis, in loco quo . . . r apparuerat, Aeneae

indigeti templum dicavit (cf. Liv. 1, 2. Dionys. Hal. 1, 64. Tibul. 2, 5, 43.), ad quod pontifices quotannis cum consulibus veniunt sacrificaturi. . . . .

Aeneid. 2, 81. *Fando*; . . . et Pacuvius in Teucro: Nihilne a Troia adportat fando? Lucilius in .II.: Fandam adque auditam iter ab ima fl . . . *Hic ergo* patiendi vim non agendi habet. Supra vero (2, 6.): Quis talia fando Myrmidonum, activo modo enuntiavit. — 82. *Belidae nomen Palamedis*; Nauplii quidem filius Palamedes, sed longius repetit ab origine Belidis epitheton *nempe ad Belum usque* refert. Origo autem eius talis traditur: Epaphus Iovis et Ius filius de Euxia Elidis amnis filia Memph . . . ex qua et Neptuno Belus et (Agenor) nati sunt; ex Belo Danaus et Aegyptus; ex Danao a Mymene soror . . . Neptunius Nauplium. Huius Protaeus (*Proetus*), et Proeti Laernus; cuius Naubolus filius; et inde Clytius; *tum ex hoc Nauplius*; et ex eo Palamedes, de quo nunc Sinon loquitur. Varro (*Atacinus*) Argonautarum primo: Ecce venit Dana(i) multis . . . Namque satus Clytio Laerni quem Nauholus ex se, Laernum Naupliades, Proetus sed Nauplion edit, *Filius huic Palamedes quem Danai nece perdunt.* — 83. *Falsa sub proditione*; Filaetia est (qua . . . pati reum) per Palameden. Nam qui genus trahebat a Belo non potuisset a commilitio vacare Graecorum; proditusque in illa simulatione furoris . . . corrupto satellite eius (noctu aliquid) auri in tabernaculo illius obruit fictasque de proditione mox futura litteras Agamemnoni dedit; quod cum penitus adseveratum fuisset, innocens Palamedes damnatione *occiditur*. — 90. *Pellacis*; circumventoris, vel etiam corruptoris, a verbo qu(idem) pellicio, i. e. circumvenio sollicito tra . . . Lucretius (5, 1002.): . . . . . . placidi pellacia ponti. — 101. . . . tea quidem ad alias personas pertinentia proferuntur. Ceterum ad ipsius Sinonis actus venitur. — *Iamdudum sumite poenas*; iamdudum (hic) *est quamprimum*; ut (1, 580.): Iamdudum erumpere nubem ardebant. Plerique tamen sic distinguunt: Idque audire sat est iamdudum . . . sequatur postea quasi ex fiducia . . . — 104. *Hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridae*; elegans fraudium color, ut quidquid suppliciorum Sinoni fuerit inlatum, Graeci sint vindicandi. — 155. *Vos arae ensesque nefandi quos fugi* . . . mma conferitur. Nam neque ullis adpetitus insidiis est, neque devotus hostiae, neque fugiendi . . . denique sic de omnibus iurat, ut per ea quae non fuerunt dans sacramentum careat obiurgatore. — 163. Impius Tydides genere; inde impius nomine. — 164. *Scelerumque inventor Ulixes* . . . suae potestatis . . . nocte occisis arcis custodibus Diomedes et Ulixes in castra Palladium . . . Ac tunc Diomeden Ulixes, ut tantae laudis titulum adquireret, temptavit occidere. — 165. *Fatale Palladium*; in quo fatum Troianorum constabat. Alibi (2, 237.): Scandit fatalis machina muros. Fata quatuor modis (sum)untur. Aut enim ab his dis . . . edem et Parca . . . quae et responsorum significatione intelleguntur, ut est (2, 13.): *Fracti bello fatisque repulsi.* Aut univers . . . constituta, ut (2, 554.): Haec finis Priami fatorum. Aut (6, 147.): Quo te . . . ac . . . fata vocant. I. e. quo ae(in) . . . (adiuvante) Deo aguntur . . . *Et quo quemque modo fugiat feratque laborem* (6, 893.). Traduntur etiam . . . fatalia fuisse,

ex qua significatione hic dicitur fatale Palladium. — De Palladio sane (haec pauca). Duo Palladia traduntur *extitisse*, (alterum) in Attices regione, *alterum* in Troade. Adque illud quod Athenis repertum est, videbatur ponti inlabsum: unde apud illos tu . . . γεφυρῖτις Ἀθηνᾶ. Alii sic existimant, quod hoc ex Samothracia in Troiam Dardanus transtuli(t) (cf. Dionys. Halic. 2, 66.) . . . megalos vocant; cui responsum fuit, tamdiu mansuram Troiam, quamdiu id mansisset *incolume*. — . . . . 170. *Aversa Deae mens* . . . Iunone (1, 482.): Diva solo *fixos oculos* aversa tenebat. — 171. *Tritonia;* . . . alii in Libya esse confirmant. Quidam etiam paludem interpraetantur, ut Santra Antiquitatum libris . . . θρεῖν sit φοβεῖσθαι, et Minerva hominibus in proeliis metum iniciat. — 173. *Salsus sudor iit;* hoc epitheton demonstrativum, quo totius corporis sucus etiam gustu poterit agnosci. *Namque* laborando manat de corpore sudor. Probus malo epitheto putat usum poëtam. Critici vero naturalia *epitheta* nusquam inhoneste putant locari. — 178. *Omina ni repetant Argis, Numenque reducant* . . . relligionem. Omina vitiose repetuntur . . . o unde progredi . . . am proficiscitur, inde saucius nulla re gesta memoriae mandanda, obiecta relligione Numinum rediit . . . amque repetiit . . . si forte quispiam princeps senex recipiebat (sortisque) adque auspicium repetebat domo. — . . . . 288. *Graviter gemitus imo de pectore ducens* . . . . prior versus (*videlicet: Ille nihil; nec me quaerentem vana moratur*) adstruxit cum dicitur *gemitus imo* de pect. duc. Summa autem celeritate enuntianda sunt omnia quae debent urgere fugiturum. — 293. *Sacra suosque tibi commendat Troia;* eleganter ait, Troiam (*Troia*) commendat, potius quam ipse commendare se dicat. Cuncta enim sic Aeneas agit, ut vid*eatur patriae* praestitisse quod fugit. Sunt autem in his versibus, quae cum ἐκτάσει pronuntianda sunt, Sacra quae ostendo . . . quae sola habet, tibi commendat, qui solus de civibus remansisti. — 295. *Pererrato statues quae denique ponto;* vaticinii more somnii monita clauduntur, ut sit securitas prae . . . cum . . . postremitat(em) . . . magna. Ita dictum et illud (3, 159.): Tu moenia magnis magna para. — 299. *Quamquam secreta parentis Anchisae domus;* e . . . saevire incipie(ns) . . . ideoque remotam patris domum fuisse confirmat, cum Metrodorus referat, Anchisae aedes in loco . . . troianae urbis fuisse. — 302. *Excutior somno* . . . tis solemus expelli, sic incusso torpore subito horrore quassamur. — 305. *Rapidus montano flumine torrens;* Asper. Montano, magno; aut quod monte decurrat. Rapidus et torrens dicitur, qui aestate arescens, hieme attollitur, quem Graeci χοσμάρρουν (χειμάρ.) vocant. Sed nos ei nomen *ab aestate* posuimus, Graeci ex hieme. — 310. *Iam Deiphobi dedit ampla ruinam; observandum quam sapienter* primam Deiphobi domum arsisse confirmet, de quo in VI. (494 sqq.) additur, quod ilicet post interitum Paridis Helena ei tradita sit, et ob id in eius domum primam Graecorum *incursionem nunc dicit fu*(isse). — 311. Iam proximus ardet Uc.; pro domo Ucalegontis nomen ipsius posuit, sicuti dicimus ei ad cuius domum ierimus, (ad t)e fui. *Ita supra* (193.): Ultro Asiam magnam Pelopea ad moenia bello venturam. Nam per Asiam incolae Asiae intelleguntur. —

Clamorq. virum clangorq. tubarum; Homerus nullum tubarum usum in nocte cons'tuit. *Immutatum ordinem rerum omnium* etiam ex hoc confirmat Aeneas, quod ad convocandos socios non solum ignis indicio *verum etiam* tubarum sonitu Graecorum multitudo commota sit. — . . . . 472. *Sub terra* etc.; conveniens comparatio, ut sicut serpens sub terra latuerit, et in auras subito eruperit; ita et Pyrrhus in equo clausus tali specie in bella processerit. — 473. *Positis exuviis;* quaeritur ab aliquibus, utrum bene positum sit exuviis in significatione pellis. Dialectici enim tradunt, inde bene dici exsuvias, unde dici et induviae recte possint. — 479. *Correpta dura bipenni;* . . . acutum vocarunt, unde et bipennis dicitur ex utraque parte acuta. — 496. *Spumeus amnis;* plus est spumeus quam spumosus, ut est (1, 191.): Nemora inter frondea, pro *frondibus onusta.* — . . . . 623. *Numina magna;* vel primae inter caelestes potentiae; vel magna intoleranda; cum in excidium Ilii saevitiam etiam multitudo cumulaverit. — 632. *Descendo ac ducente Dea;* alii legunt Deo; fatum volunt dictum. Sallustius quoque auctor est, occultam potentiam Deum vocari (f)*atum:* Ut tanta repente mutatio non sine Deo videretur. Ipse etiam poëta alibi (4, 576.): Sequimur te, sancte Deorum, quisquis es. Qui vero legunt Dea, matri adtribuunt Aeneae liberationem. — 633. *Flammaeque recedunt;* ad id refertur quod . . (2, 505.): Danai qua deficit ignis. . Sed cum (epichi)remate hoc dictum est, ut Veneri obtempe(rent) flammae obsequentes. Et ita antea spopondit filio securitatem (2, 620.): Nusquam abero. . . . flammis opprimatur incendii. Tale est etiam illud quod praestitit Aristeo cum dixit poëta (G. 4, 361.): Curvata in montis faciem circumstetit unda. — 649. *Fulminis adflavit ventis et contigit igni;* . . . cuius rei Vergilius sciens, voluit seriem facti huius evolvere. Epicuri (*Epicurii, Epicurei*) autem ita tractant, ut poëta elocutus *est*, ventumque igneum fulmen vocant, ac nubibus excuti aiunt, sicut et Lucretius (6, 294 sqq.) tradit. — 657. Men' efferre pedem genitor; non sine te, neque . . . et amans . . . fatalis sed tertio . . . (in)probetur eventus . . . et (il)lud de Aeneae pietate, ut nollet etiam ipse discedere, si pater detrectet evadere. — 664. *Hoc erat, alma Parens;* scandendi difficultatem primae syllabae brevitas facit, nisi .o. vocalem, aut finis partis orationis . . . et, aut .c. consonantis literae, aut (g)em . . . dum in utraque syllaba sonum praestat pro duabus posita, ut illud (11, 16.): Mezentius hic est. — 665. *Eripis;* pro eripiebas, aut ereptura eras. — 668. *Arma viri ferte citi;* . . . potius instiget, subdendum est armet. Adque id ita duplicis causae ratio deposcit, ut et pro consuetudine hominum . . . eorum qui morantur tarditas increpetur, et ad invidiam pertineat Anchisae, qui filium conpulerit periclitari. — *Quaerunt aliqui, cur arma petat, cum Graecorum* armatus Aeneas ante arma fefellerit? sed Graecorum habebat (2, 389.). — 670. *Numquam omnes hodie;* sic in Bucolicis (3, 49.): Numquam hodie effugies. Plautus in Colace: Si me hodie invitaverit, numquam quicquam . . . Titinius in Iurisperita: Numquamne mihi licebit hodie dicere? Cato in contione: Apirensium (*Epir.*) bellum fecimus . . . tris missi ad(versus . . . quos . . . censorem habuistis, neque) . . .

npli pectore adsecutus. — 673. *Conplexa pedes*; σχῆμα διανοίας. Haec enim omnia non tam narrationem quam . . . spectaculum . . . ante nuntiantur. — 674. *Parvumque patri tendebat Iulum*; plus est quam si dixisset: Mihi ut ad retinendum . . . tis vis affectionis esset (hoc omine). — 678. Et coniunx *quondam tua relinquor*; feminei doloris obiectio, qua nec decus ea (*decore a*) marito uxor relinquenda proponat . . . prius personas ad suffragium retentionis obiciat; tamen ubi ad suum pervenit nomen, oblivionem *sui* accusat. — *At pater Anchises*; peritum multarum disciplinarum Anchisen fuisse . . . ssunt. Naev*ius* . . . qui ita deo (de eo) ait: Doctus Anchisa, quem Venus pulcherrima Div(um) fata docet, divinum ut pectus haberet. Plu . . . po(ëta nov) serenum erat. — 693. *Intonuit laevum*; sinistrum i. e. bonum, ab eo quod . . . ideo dictum sit . . . quod in posticis, i. e. ratum. Sed fulmen unde exoritur, id servari oportet, et tonitru ubi desinit . . . sinist(r)a tonat, optimum fit auspicium, si modo non posticis sed anticis evenit. — 694. *Stella facem ducens*; . . . qui ait, Troianos stellam ducem discessionis habuisse . . . um exactius. Quid si facem ducens? Omnes enim qui de prodigiis aliqua scribserunt, aiunt, quod si . . . o exciderit . . . rtendas. Atqui Anchises velut bonum auspicium esse laetatus est . . . a peritis magis acceptum est, quod in re . . . dolosis adversa signis prodigia casibus expe . . . — 703. *Vestrum hoc augurium*; discessionis et (vaticinii . . . reparandae gentis interpre . . . ut non perisse Troiam signorum praesentium maiestate doceatur; qui numinum favor a *seren*itate reseretur. — 714. *Cereris desertae*; quasi a filia derelictae, perpetuumque epithetum faciunt propter raptum Proserpinae, vel . . . m quem postea aput inferos vidit Aeneas (cf. 6, 484.). Imitatione sane huius epitheti, et inde tracta existimatur . . . „Ara est Isidis desertae „sic appellatae propter huiusmodi causam: quia quondam ex li„bris . . . et per inprudentiam agnae hostia consecrata, quod „victimae genus adeo a cultu Deae eius alienum est, *ut qui* „*sacra* eius celebrant, agmina carne penitus semet abstineant."— 717. *Cape sacra manu*; Varro secundo historiarum (*annalium?* cf. Charis. p. 81, 17 ed. Putsch.) refert, Aenean, capta Troia, arcem cum plurimis occupasse, magnaque hostium . . . *obtinuisse* abeundi potestatem. Ita . . . auferre. Cumque circa (arma) opesque alias ceteri morarentur, Aenean patrem suum collo *extulisse*; *mirantibus*que Achivis hanc pietatem, redeundi Ilium copiam datam, ac Deos Penates ligneis sigillis vel lapideis, terrenis quoque Aenean . . . quam rem Graecos stupentes omnia sua auferendi potestatem dedisse, eaque . . . — *At*ticus de patre consentit, de Penatibus negat, sed ex Samothracia in Italiam devectos. Contra quam opinionem refertur . . . a Vestae, incensis Deae eius aris, ex ruinis troicis liberata. Additur etiam a L. Cassio Censorio (*Hemina?*), miraculo magis Aenean patris . . . rem inter hostes intactum properavisse. Item (*Varro?*) historiarum libro I. ait: Ilio capto . . . *Pe*natibus umeris inpositis erupisse, duosque filios Ascanium et Eurybaten bracchio eius innixos ante ora hostium prae . . . s etiam ei naves, concessumque, ut quas vellet de navibus securus veheret. — 719. *Flumine vivo; solent quid*am calumniari quid dixerit vivo. Sed est et

consuetudo ut dicatur aqua viva quae suo tantum rivo meat . . . semper means in eo paludis portu nec mori torpescens. — 721. *Latos umeros*; *iure* dictum est latos, nec notanda iactantia est in veritate, sicut illud in primo (378.): Sum pius Aeneas. — 723. *Succedoque oneri* . . . sustollo validis umeris . . . genitorem Elisio na . . . sacra contactu (vetat). *Dextra se parvus Iulus inplicuit*; et dictum inplicuit propter pueri trepidationem . . . .

Aeneid. 3, 691. *Comes infelicis Ulixi*; Cornutus. Num indecore hoc dicitur, qum sit Ulixes hostis Aeneae? Asper. Non indecore sed patic (*pathetice*) . . . magnifice, quoniam eadem erroribus et periculis patiebatur Aeneas. — 693. *Plemyrium undosum*; Longus. Plemurium fuit emendatum Plemyrium promuntorium Siciliae. Dictum autem ἀπὸ πλημμύρειν ideo est, quod undique fluctibus undisque adluatur. Nassos prius appellata Ortygia . . . apposita . . . esse dicta ab eo quod Latona fugiens draconem Pythonem in coturnicem mutata, quae graece ὄρτυξ dicitur, in eam evolaverit. — 696. Duo ora habere hic fluvius (*Alphaeus*) dicitur; quorum alterum στόμα Ἀλφαίου, alterum στόμα Ἀρεθούσης. — 699. *Sasa Pachyni*; Pachynum promuntorium dictum quod (ibi) propter . . . luus . . . densior sit aër. — 701. *Apparet Camerina procul*; Asper. Camerina Siciliae oppidum . . . r . . . teret pestem . . . ensibus (in ca) . . . e exhaurire eam instituerunt; quae cum attingeretur, tetrum odorem reddebat. Tum consilio capto ad oraculum Apollinis abierunt. Ibi *responsum est: Μὴ κίνει Καμαρίναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.* — 705. *Palmosa Selinus*; Longus. Quasi Opuns, Amathus, unde et Selinuntii, quasi Opuntii et Amathuntii dicuntur. Selynas . . . olympionicas multo (*multos*) fuisse adnotat Milestos (*Milesios? Melissus?*) — 707. *Hinc Drepani me portus*; . . . cum X (*Χρόνος, Κρόνος?*) castraret patrem suum Caelum (aliis) . . . tudine quod ad bracchia X . . . falcis imagine. C. Fannius in VIII. Annali Drepanum modo, modo Drepana appellat.

Aeneid. 4, 146. *Pictique Agathyrsi*; Asper. Pictos stigmosos, ut (G. 2, 115.): Pictosque Gelonos. In prothesi Laodamiae ac Papyrin . . . „haec terga habeant stigmata." Scaurus. *Cretes*; quia responso accepto ex insula Creta profecti . . . et ducem secuti Delphum Phocidam tenuisse dicuntur, adque ab eo se Delphos nominasse, ut Phalarc . . . (*Phalarchus*; *Philarchus? Alexarchus?*) — 149. *Haud illo segnior*; Longus. Segnior deformior accipiendum, siquidem segnis est sine igne, i. e. frigidus . . . nam et formonsum non aliunde dicimus quam a calido. Formum enim dicebant antiqui calidum. Unde . . . segnem pro deformi . . . dicit Vergilius. — 158. *Votis optata parum* (*optat aprum*); Longus. Indolem pueri vult ostendere, ut merito in VIIII. (633.) Numanum occidisse videatur. — 176. *Parva metu primo*; primo propter metum parva; mox ubi valere iam cepit (*coepit*), sublimitate procera famosum v(oce) *caput* sideribus audet inserere. — 178. *Illam terra parens ira inritata*; Cornutus . . . (quid) . . . e posset. Asper. *Ait* . . . in Deos saevire. Famam creavit, per quam quia introducuntur invicem certantes et adulter . . . et belligerasse haec nobis innotescerent. Famam Vergilius singulariter aut Sallustius . . . plurali numero, ut in

primo historiarum: At per omnem provinciam magnae atrocesque famae, qum ex suo quisque terrore quinquaginta aut amplius hostium milia, novas immanes f (*formas?*) . . . ocean(i) acc(it)os corporibus hominum vesci contenderent. — 179. *Extremam*; utrum pessimam? An eruditius sensit, ut legimus apud Medicos degenerare *extre*mos partus? — 184. *Nocte volat*; hac mora distinguendum; ut sit eius sententia et ordo talis: Nocte quidem volat, ad lucem custos omnis eventus sedet summò tecti culmine. . . . .

Aeneid. 5, 78. *Duo lacte novo*; ut (7, 554.): Quae sors prima tulit sanguis novus imbuit arma. — 80. *Salve sancte parens*; Catullus (63, 23.): Salvete Deum gens, o bona matrum progenies salvete iterum . . . Sancte parens iterum quia . . . salutaverat qum ad sepulturam mitteret, ut facit in .XI. (97.) Pallanti: Salve aeternum mihi *maxume Palla*, aeternumque vale . . . ssu dicitur. Sallustius in (di) . . . (*in XI.? in declamatione? Ductus literarum in cod. ambigui et obliterati.*): Eo redeunte domum salutaretur aput aedem Bellonae. Homerus . . . (Il. 23, 179.?) — 81. *Nequicquam* etc.; in tria hominem dividit, animam quae in caelum abit, umbram quae ad inferos, corpus quod *traditur* sepulturae. — Nequicquam inquiunt quod ha . . . habent solacium aliquod ad dolorem; non adferunt tamen remedium aliquod poste . . . : Non licuit fines italos fataliaque arva, nec tecum Ausonium q. c. q. t. (*quicumque est, quaerere Tibrin*). — 84. Adyta dicuntur proprie Deorum in templis; sed de Anchisae tumulo dixit, qui fuit sanctus. — 93. *Altaria*; limina, ut (12, 174.): Paterisque altaria libant. Et (E. 8, 105.): Aspice corripuit tremulis altaria *flammis*. Pacuvius in (Medio) (*Medis? Medea?*): Vitam propagans ex ar(is et) altaribus. — 95. *Incertus Geniumne loci*; Scaurus. Erudite; nam ait ex medull(is) corporum anguis nasci, (ut) equorum . . . et vitulorum apes *e visceribus effervescunt* . . . danti, qui eos in monumentis defodibant. Sandra (*Santra*) de antiquitate verborum libro .III. ait: . . . dracones genu . . . accipi pro locorum geniis, ideoque loc . . . go bene accipere pii . . . Unde etiam Persius (1, 112.): Veto quisquam faxit oletum. Pinge duos angues; pueri, sacer est locus . . . apud Ciceronem de natura Deorum .IT. (*item? s. LT. libro tertio?*) ubi de Cleomene lacedaemonio. . . . . — 241. *Et pater ipse manu magna* etc.: Ennius: Atque manu magna Romanos inpulit omnes (*amnis?*). Portunus, ut Varro ait, Deus port*uum* port*a*rumque praeses. Quare huius dies festus Portunalia (Varr. de L. L. 5, 3.), qua (*quo*) aput veteres claves in focum add. . . mare institutum. Hunc Graeci Palaemona vocant. — 251. *Meliboea*; Lucretius in .II. (499.): Iam tibi barbaricae vestes meliboeaque fulgens purpura. Coelius: Mean . . . factum meandro duplici . . . lana est qualis a Melibea . . . ut velum . . . Sic alius e(u)m errantem, alius ludentem dicit. An potius duo opera meandri in chlamy . . . hoc magis. — 252. *Intextusque puer*; poëtice, ut illud . . . in pictura. — 255. *Iovis armiger*; Cicero in Mario: Hic Iovis altisoni subito pinnata satelles. — . . . . 463. *Fessumque Dareta*; fessum nunc (*non*) modo lassum, verum etiam deficientem accipi vult. Id etiam sequentia indicant. — 467. *Cede deo*; *fato*, ut

(2, 632.): **Descendo ac ducente Deo. An secundum illum** (*illam*) **consuetudinem athletarum qua hodieque victores hoc honore nominant?** Et forsitan sic supra (391) Eryx deus dictus. — 473. *Hic victor superans animis tauroque superbis*; d . . . esse, cui superes . . . animus pugnandi vires . . . (G. 1, 189.): Si superant fetus pariter frumenta sequentur. Ennius in .VI.: Aut animos (*animis*) superant atque asperrima . . . era (*vulnera?*) belli spernunt. Quod tamen Dem(ocritus) . . . cuius ex gloria est . . . reficiat probat anim(o)s (si)bi post pugnam superesse. Et ferunt Pollucem victo Amyco Bacchia . . . dominus . . . appareret long . . . esse victoria. — 487. *Malum*; malus quando arborem navis significat, generis masculini est; quando arborem pomorum, feminini. — 488. *Volucrem* etc. Longus. Adnotat Cornutus, quod indecenter sacram matri suae avem sagittis figendam constituerit. Sed videlicet Homerum (Il. 23, 853.) secutus est. Sed et eodem modo quamcumque aliam avem expositam quaeri (*queri*) potuit, quia singula genera alitum Diis quibuscumque sacrata sunt. Praeterea columbae in tutela sunt . . . a . . . er . . . ati magna quae . . . (quia) . . . ratae . . . quod leones Matris magnae; contra Deam faciet qui leonem occiderit, nisi qui forte fuerit sacratus. — 495. *O clarissime*; clarissimum dixit facto insignem. — 496. *Pandare*; Pandarus, Minerva auctore foedus quod inter Graecos et Troianos factum erat confudit, icto sagitta Menelao in femore (cf. Il. δ, 86 sqq.) — . . . .

(Aeneid. 6, 179. (Ex antiquo cod. apud Maurinos de Diplomatibus T. 3. p. 152.) Asper. (G. 2, 12.) Lentaeq. g. p. et g. c. f. s. Et ut (A. 6, 179-182.): Itur in antiquam silvam st. a. f. p. p. s. i. s. i. f. t. c. e. f. r. s. a. i. m. o. (11, 135.): ferro sonat alta bip. f. e. a. a. s. r. n. c. e. o. s. c. n. p. c. v. g. Hoc inter σχήματα λόγου suo loco referemus item ad notandum σχῆμα quod alkmanicon vocatur, ubi proposito singulari adsumitur non suo loco plurales (*pluralis*).)

Aeneid. 7, 260. *Auguriumque suum*; et hic augurium pro responso posuit, ut in .III. (89.): Da pater augurium adque in animis inlabere nostris. — 266. *Dextram tetigisse*; . . . tinat (*festinat?*) ad implendam fidem responsi (et) . . . dum quod vates praedixit. Sed populo magnum porten . . . llum, et sperat non superfuturas causas belli, (si) maturato filiam conlocaverit. Et quia eum (*cum*) Ilio natus sit . . . erat (7, 235.): Sive fide seu quis bello est expertus et armis. Quae equidem res redolet antiquitatem. Illi enim ium . . . ti dextra(m) et pro tabulis signatis cedebat. Et haec fides aput gentem Saturni maxima fuisse debet ex . . . ni. — 269. *Non patrio ex adyto*; hoc ad illud (7, 62.): Lucosque sub alta consulit Albunea. *Sortes*; (7, 96.): Ne pete conubiis natam sociare Latinis. *Non plurima caelo*; hoc ad illud (7, 74.): Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari. — 271. *Hoc canunt Latio*; vaticinantur; (7, 68.): Externum cernimus, inquit, adventare virum. — . . . . 327. *Pater Pluton*; non quia pater eius sit; Eumenidum enim mater est nox, (*Mai addit: pater Acheron*); sed quia Ditem patrem dicimus. — 331. *Virgo*; virgines furias ideo putant Physici videri, quia nullam voluptatem capiant. *Hunc mihi da proprium*; . . . locutus proprie dicebantur quae non ἐκ παρέργου, sed

quae necessaria et sine intervallo agebant . . . Contraria sunt subsiciva. Qui studendi propositum habet, et huic rei attendit proprium studium: ex *contrario* . . . r . . . at aut aliquid tale, subsiciva opera dicitur. Nunc hoc dicit: Hoc tantum agas ex *animo*. — 337. *Tibi nomina mille*; Haterianus. Nomen hic pro facie positum, ut in .II. (557.): Iacet ingens litore truncus .a. u. c. et. s. n. c. pro . . . *Sensus* est talis: Tibi mille facies, mille ad nocendum artes, i. e. in nullam non faciem nocendi causa . . . Huc illud quoque suffragatur (12, 891.): Verte omnes tete in facies. — 341. Exin etc.; Asper. Statim. Haec sine ulla lectionis intercapedine pronuntianda sunt, quia νωφοπροσωπον (ἰσφοπρόσωπον) *in*duxit hoc ex nocendi festinatione, ideoque illam perfecto officio induxit loquentem (7, 545.). Sic et primo (689.) Cupido matri non respondit. Et gorgoneis venenis infectam abusive, non quoniam Gorgonis angues habeat, sed quoniam et Gorgos serpentibus armata fuisset. — . . . . 406. *Postquam* etc.; qua(*quae*) reginam primum incendit, deinde Turnum, mox canes Iuli. — 412. *Et nunc* etc.; hoc dicit referens ad sua tempora; retinet quidem nomen adhuc, sed fortunam primam *extinxit aetas*. — 419. *Fit Chalybe*; . . . similis illi. Tale est illud (5, 620.): Fit Beroe Tmari coniunx longaeva Dorycli. — . . . . 485. Tyrrhusque pater; Asper. Nomen Tyrrhi (cf. Aurel. Vict. Orig. g. R. 16. Dionys. Halic. 1, 70.) ab Historicis traxit. Tyrrhum enim aiunt fuisse pastorem aput quem *Lavinia* delituit tum qum Ascanium timens fugit in silvas. Hic Latini vilicus traditur fuisse. — 489. *Pectebatque ferum*; Longus . . . n . . . admodum in consuetudine intellegitur. Neque enim poterat esse ferus, de quo *supra dixit*: adsuetum imperiis; et herum communiter a . . . oportet figuratum *accipere* . . . ranam iam *non ad naturam* refert animalis, sed ad morum qualitatem, si tamen dicendi sunt in feris mores, et leo c . . . non est . . . si fera *cibum* . . . ferum quomodo et de equo in .II. (51.): Inque feri curvam compagibus alvum contorsit. — 506. *Hic torre armatus*; *cur* ita armati veniunt, antequam sciant quid propter armentur? quia auxilium Silvia vocat, *idcirco in*tellexerunt se armari debere? — . . . . 591. *Caecum*; temerarium inprobum. — 605. *Hyrcanisve*; *gens est* Scythiae. Artificio enumerat hostes, ut veniat ad Parthos. *Ad Indos*; Indos enim A*ugustus* . . . avit (*superavit?*) — 606. *Parthosque reposcere signa*; quae Licinio Crasso interfecto interceperant Parthi. Haec . . . Augustus. Huius facti nitae (*notae?*) repraesentantur in arcu qui est iuxta aedem divi Iulii. — 607. *Sunt geminae belli portae*; . . . *Numa Pompil*ius in imo Argileto . . . ino indicem pacis et belli. Hunc *Phaliscis* captis transtulerunt Romani. Dicit ergo verum et Laurento fuisse hanc consuetudinem . . . Numa Pompilius d . . . hunc . . . fuit in pace. Secundus Manlius Torquatus . . . mensibus octo in pace fuit. Tertius Augustus relligione non hostiis caesis sed observa . . . ena tutum est. — . . . . 665. *Et tereti pugnant mucrone*; dolonem significat. Dolo igitur gladius acutissimi et tenu*issimi ferri* . . . per verum sabellum pila. Quid ita autem sic illos amavit (*armav.*), nisi si vult illum Samnitibus *esse* . . . dolones nam ligneis capulis. . . . — 681. *Caeculus*; Cato in

Originibus ait, Caeculum virgines aquam petentes in foco invenisse, ideoque Vulcani *filium* existimasse; et quod oculos exiguos haberet, Caeculum appellatum. Hic colle(ctitiis) pastoribus Praeneste fundavit. Hunc Varro ab Depidiis pastoribus educatum, ipsique Depidio nomen fuisse, et *cognomentum* Caeculo (tradit) libro qui inscribitur Marius aut de fortuna. — 683. *Gelidumque Anienem*; Asper. Ani(o) . . . et . . . ad tertium miliarium. — 684. *Hernica saxa colunt*; audiendum est, quod sic etiam Marsi lingua sua *saxa* hernas vocant . . . hernica . . . Hernici sunt . . . Anagniam habitant Marsorum coloni. Hernica ergo quasi Marsica. — 688. *Galeros*; . . . *Fronto et Andronicus* (cf. Sueton. de Ill. Gramm. 8.) neutro genere (dicta) (s. *dicit*) galeria . . . ta . . . (dictas) putant. qu(o)rum prior. . . . .

Aeneid. 8, 25. *Laquearia*; lacuaria . . . pluribus . . . quae n . . . Lucilius . . . arcusq. . . — 28. *Sub aetheris axe*; sub deo (*dio*). Accius in Philocteta: Sub axe positum, unde horridus aquilonis stridor gelidas molitur nives. — 30. *Seramque dedit per membra quietem*; . . . uti dictum est (Hom. Il. 2, 24.): Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. Quod duci con(vene)rit *vigilare*. — 34. Carbasus et masculino et feminino genere dictus est. (Cat)ullus: Cann(ub)iae . . . carbasus . . . ros umbrosa c . . . an . . . . — *Aeternaque Pergama*; in Italiam vehendo effecisti aeterna. Bene ex persona ominatur Romanis. — . . . . 104. *Ante urbem in luco*; in eo loco dicit, qui nunc Velabrum dicitur. Id enim est lucus Herculis ac col(lis in quo) postea Hercul . . . *aram* maximam consecr . . . — 105. *Pauperque senatus*; Ñ (*Nisus*). Quod senatum *l* (*R.? Romanum*; *vel?*) cum Romulus primitus legit (centum) ex senibus nuncupaverit. — 106. *Tura dabant*; *Lucinius*: Absterge lacrimas et Divos ture precemur. *Tepidusq. cruor*; Asper. Cruor proprie *dicitur*. *Nam* quamdiu in corpore est, sanguis est; quum fluit, cruor; quum exiit, tabus est. — . . . .

Aeneid. 9, 360. *Remulo*; Asper. De quaestionibus vel maxima. Remulus, inquit, dat; nec addit nomen *accipientis* . . . (quod ῥ)ῆμα. Illud nobis proficit, quod Vergilius quando dicit alicui datum, nec dicit nomen . . . videtur ostendere cognominis fuisse. Haterianus hic (Tiburti) Remulo sc . . . 361. *Quae mittit dona hospitio cum iungeret*; malluit sic figurare, quod est ob hospitium. Et in .VII. (263.): Nostri si tanta cupido, si iungi hospitio properet sociusve vocari. — 363. *Post mortem* etc.; Asper. Et hoc obscurum. Sed hoc modo fiet lucidum. Primum Rutulos accipere debemus Rhamn . . . ex eodem schemate erit dictum, si ita vis intellegere (G. 1, 38.): Quamvis Elisios miretur Graecia saltus . . . δάρδανος ἀνὴρ *dixit* Homerus (Il. 2, 701. 16, 807.) Certe forsitam (*forsitan*) et illud sic dictum (4, 661.): Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. *Dardanus* enim pro Dardanio, et sic (*sit?*) Aeneas; ubi genus positum pro specie. Erit ergo talis sensus: Pon . . . Remuli nepotis quem occiderit Hamnes (*Rhamn.*), potiti sunt Rutuli. Hic Rutulus Rhamnes est. — 369. *Ibant* etc.; alio loco ostendit illos a Turno missos. Hoc loco adnotant Probus et Sulpicius contrarium illi esse (7, 600.): Sepsit se tectis rerumque reliquit habenas. —

373. *Sublustri noctis in umbra;* Asper. Utrum non (nubila) inlustrique? Nam sub pro pa(rum) ponitur. Lucilius: Facti subpudet (tu di . . .) inlustri positum, Vergilius (1, 454.): Namque sub ingenti lustrat dum singula templo r. o. (*reginam opperiens.*) Probus hic posuit aptissimum exemplum ex Horatio (Carm. 3, 27.): Nocte sublustri nihil astra praeter vidit et undas. — 379. *Ad divortia nota;* . . . in Annalibus belli gallici: Hic qua ducebant vastae divortia fossae. — 380. *Omnemque adytum* (*abitum*) *c. c.* (*custode corondnt*); sic abitum, non aditum. Neque enim ideo circumdant ne quis adeat, sed ne quis poss(it) *abire.* — 386. *Iamque inprudens;* .IN. (*Iunior? Interpres?*) Asp. (*Asper.*) I. e. inprudens et ignorans se evasisse. An quod supra (384.) alte . . . : *Eury*alum tenebrae ramorum onerosaque praeda inpediunt. Ergo inprudens morari Euryalum hoc pot . . . me intercidat sensus calor. — 387. *Quo post Albae de nomine dicti;* hoc genus elocutiones con . . . προλήμψει. In Iugurthino *bello* (Sall. Iug. 5.): Scipio cui postea Africano ex virtute nomen inditum huius (*fuit*). — 390. *Infelix;* melior Ha(teriani) dis(tinctio) *ita ut se Nisus potius infe*licem dicat, quam *Euryalum.* Maior enim . . . — 397. Haterianus. Fraude loci potest per se legi: deinde subiungi: et noctis subito turbante tumultu; ut duplex terror fuerit et ex loci fraude et ex noctis tumultu repentino. Sed et alio modo haut absurde distinctio: Fraude loci et noctis. Deinde: subito turbante tumultu. Nam . . . terror quem incutiebat et nox et locus ignotus et tumultus obvallantis comitatus. — 402. *Ocius adducto;* Asper. Adnotandum . . . quam metro . . . ntes . . . facit. Ergo adnotemus adfectatam structuram qua ad lo . . . ora . . . *dis*par orationis adqu(iri), ut (2, 369.): Luctus ubique pavor et plurima mortis imago. Et (6, 254.): Pingue superque oleum fundens ardentibus extis. — 404. *Tu Dea; de vicino* et proximo deriguntur opportune invocationes, ut (12, 777.): Faune, precor, miserere inquit; tuque optima ferrum terra tene. Et (3, 34.): Nymphas venerabar agrestes, Gradivumque patrem geticis *qui praesidet armis. Et ali*bi (1, 731.): Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur. — . . . .

Aeneid. 10, 1. *Domus Olympi;* Longus. Utrum sic domum dixit aperiri, quomodo et Homerus (Il. 5, 749. 8, 393.): Χαλκόβαται δὲ πύλαι μύχον οὐρανοῦ ἃς ἔχον ὧραι. Et Ennius non tantum domum, sed etiam cenaculum caeli. Per hoc diem significat; facto *enim die* omnia reserantur. — 4. *Castraque Dard. adspectat* etc.; ut opportune de illis loquatur. In quo videtur Homerum secutus, cum induceret (Il. 4, 4.) Deos de Troia locuturos: Τρώων πόλιν εἰσορόωντες. — 6. *Quia nam;* Asper. ἀρχαϊσμός. Iam in quinto (13.) notatur, ubi dixit: Heu quia nam tanti cinxerunt aethera nimbi! . . . — 8. *Abnueram;* Ennius Annalium . . . Haec abnu . . . — 10. Notabilis figura: Aut hos . . . — 18. *Potestas;* pro eo penes quem et hominum et Deorum potestas est. Aut quomodo potestas in consuetudine pro rege *usurpari vel im*perio vel magistratu solet. — 63. *Quid me alta silentia;* . . . (*Asper?*) Adnotandum . . . silentium tam . . . rumpere et vocem. — 67. *Italiam fatis petiit auctoribus;* . . . Videtur fatis significare responsis, quia subiecta congruunt, quae tamen ipsa elevat *subiungendo* (68.): Cassandrae inpulsus fu-

riis. — 76. *Venilia*; . . . m alii Venerem quod in mari nata sit. Alii nympham quam Graeci *Βουνηνη* (*Βουνίνην*) vocant. *Varro rerum* divinarum .XIIII.: De Dis certis (cf. Augustin. de civ. D. 6, 3. 4. 7, 22.) spes cum conciliata non frustra esset, et evenisset . . . bantur, quam Deam cum Neptuno coniungunt . . . — . . . . 183. *Qui Caerete domo*; Varro putat, Caere oppidum Etruriae (a) Pelasgis cum sitientes inventum flumen proximum . . . salutassent *χαῖρε*, atque ea causa id vocabulum oppido datum. Ante enim Agyllam vocitat(a)m *Vergilius* testis est, qui ait (8. 479.): Urbis Agyllinae sedes. (*Verrius*) Flaccus primo Etruscarum: Agylla inquit, ab Etruscis . . . *videlicet* nominata est Cisra, quod esset Tiberis Etruscis primus agris subiectus. Omnem enim p . . . *conplexa* oppidum est Caere vocitatum. — 184. . . . inclytae me . , . regio Asiae opipara ab hominibus . . . — 198. *Ocnus fatidicae* etc.; . . . idem Vergilius ut Ocnus Mantus filius Mantuam condiderit, et a matris suae nomine appellaverit . . . *Flaccus* Etruscarum .I.: In Appenninum, inquid, transgressus Archon (*Tarchon?*) Mantuam condidit. Item Caecina . . . Archon, inquit, cum exercitu Appenninum transgressus primum oppidum constituit, quod tum *Mantuam* nominavit, vocat*umque* tusca lingua *a* Dite patre est nomen. Deinde undecim dedicavit Diti patri . . . Ibi constituit annum, et item locum consecravit, quod duodecim oppida condere . . . . . nem. Vergilius ait (10, 201.): Mantua dives avis sed non genus omnibus unum; gens illi triplex, populi sub gente quaterni. A Darchonte (*Tarch.?*) enim in gente *Etrus*corum palam est Mantuam conditam, et alia undecim oppida. Describtio tamen, de qua loqui*tur in vet*ere Etruria invenitur. Sed Vergilius miscet duas Etrurias veterem et inferiorem, ut utriusque principatum Etruriae suae adsignet; cum alioqui Mantua ad haec auxilia non pertineat. — 207. *Aulestes arbore centena*; *ἔμφασις*, re integre narranda, ne comminuatur. Adnotandum vero, quod non dicit, *unde* sit hic Aulestes, nec quae secum ducat auxilia. — . . . . 241. Sabidius Commentar. XII. (vers.) sa(lior.: „Ut) (*is apud quem*) in exercitu *auspicium* imper*ium*que erat in tabernaculo in sella *sed*ens auspicabatur coram exercitu, pullis e cavea libertatis (*liberatis*) . . . cum circum sellam suam . . . *ob*nuntiato a . . . (p)ullum . . . mum quisqu*is* . . . tripudi . . . . ntia. Silentio deinde facto, residebat et dicebat: Equites et pedites nomenque latin*um* . . . le(s) cincti armati paludati . . . *ad*estis secuti . . . dum sinistrum solistimum quisquis vestrum vide*rit* . . . Deinde . . . *ob*nuntiato dicebat . . . uti placet a legionibus invocarentur, faciantque quod (ipse) sperabit r (*quod ipsis imperabitur?*) . . . e (imp). fidemque m . . . ducat salutareque. Si et viro suo caproelium ineant. (*salutareque siet, viros voca proel. in.?*) Deinde exercitu in aciem educto, iterum . . . tur. Interim ea mora utebantur qui testamenta in procinctu facere volebant 1)." — 242. *Quem dedit igne* (aha manus fecit *ipse*); Haterianus. I. e. enim igni. Separa ergo

1) Supplementa loci Sabidiani plurimam partem non a Maio, sed ab Hugone et Bluhmio VV. DD. Cell. Ictis, qui in margine adscripserant, profecta sunt.

igni, ut intellegas etiam igni invictum, i. e. adversus ignem. *Igni* enim ablativus casus . . . (ig)ni invictum, i. e. . . . m . . . invictum. — . . . . 551. Fauno Dryope quem nympha crearat; Longus. Quaerunt quidam, quomodo, si ex Fauno et nympha creatus sit, mortalis esse potuerit? Tamquam non Eryx Neptuni et Veneris filius, quia (*qui*) tamen ab Hercule sit occisus; aut tamquam constet, nymphas inmortales Deas esse. — 557. Longus. Istic pro hic, ut Plautus in Rudente (1, 2, 43.): Non hercule adulescens iam istos' dies complusculos quenquam istic vidi sacrificare. Et infra (2, 7, 14.); Istic ubi vis condormisce, nemo prohibet, publicum est. — 559. *Alitibus* etc.; Asper. Hoc quidem apud Homerum (Il. 21, 120 sqq.) de eo, qui in flumine trahebatur, recte positum est; at de eo, *cuius sit in* campo corpus, (si flumine) . . . dictum ratione. Sic in quibusdam dum nimio studio *Vergilius ad* Homerum trahitur, neque temporis neque loci habet curam. — 564. *Tacitis* (cod. *ctis*) *regnavit Amyclis*; adnotandum quod in catalogo huius non meminit. Amyclis ex proverbio. . . . *sum*ptum est, cuius Afranius meminit in Prodito: Deliberatum est non tacere amplius; Amyclas tacen*do perisse* audio. — 565. *Aegaeon* . . . Homerus (Il. 1, 402 sqq.) amicum Aegaeona dicit Iovis. Sed Antimachus in .III. Thebaidos d. (*dicit*) adversum eum armacm (*armatum*). — 566. . . . *Ex*igua hic distinctio. Potest enim sic legi: Quinquaginta oribus ignem pectoribusque arsisse Iovis, ut ποιητικῶς ignem Iovis dixerit fulmen, ut (1, 42.): Ipsa Iovis rapidum iaculata e nubibus ignem. Potest et sic distingui: Quinq. orib. ignem pect.que arsisse, ut hic sit mora. Dein*de* . . . ratur: Iovis cum fulmina contra tot paribus streperet clypeis. — . . . . 738. *Laetum Paeana*; Zenodotus (*iunior*) in eo quem inscribit πειτονίην (*Παιανίην*) . . . (riam) sub nomine Naucratis facit disserere Aristarchios, qui putant alium Paetona (*Paeana*) esse, alium Apollinem. Ipse eundem nec diversum multis docet. — . . . .

Aeneid. 12, 458. *Gravem Thymbraeus Osirim*; utrum aetate? an magnitudine corporis? an fort*itudine? ut* non facile pellere(tur), hostibus gravem. — 460. *Ufentemque Gyas*; Asper . . . quod . . . honore . . . sacris (sedibus) . . . insigne . . . ndit. — 468. *Iuturna virago*; utrum (pariens), an virum agens, quod pro . . . Et quaerendum, an virgo possit dici quae virilibus officiis fungatur, licet virgo non sit vir(o) . . . nondum nubili aetate, si nec virum experta. At virago quae in (virtu)te et in virgin*itate* . . . Minerva et Diana; ita tamen ut non apte dixeris virginem Vestalem viraginem, *quae* virginitate quidem perpetua est, sed femina . . . has viragines *dicimus* . . . qualis in tragoediis Atalanta traditur. — 470. . . . t in Corn. (*interpretatio Cornuti?*) et . . . uit. Ego reli . . . — 494. *Tum vero assurgunt irae*; diu laboravit (ut εὐπρεπῶς) religiosi viri personam pugnantem induceret post ictum foe*dus*. — 495. *Diversos ubi sensit equos*; ut diversarum partium (fugitu . . .) — 504. *Aeterna gentes in pace futuras*; quasi nulla bella civilia posteris ventura essent, sed quantum ad ipsas gentes pertinet, aeternam

concordiam haberent. — . . . . 680. . . . ique amplius; i. e. diutius, ulterius. Lucilius: Quo populum adque urbem pacto servare potisset. *Furere ante furorem;* ut servire servitutem, et vitam vivere. Hunc furorem ex virtute venientem. — 684. *Praeceps;* abrupta enim (bella) dicuntur, quae non . . . declivia sunt. — . . . . 707. *Armaque deposuere umeris;* nimium solute, cum exemplo rupti foederis (12, 266.) sollicitiores esse debuerint. — 712. *Invadunt* etc.; alia ambiguitas. Nam aut colligendum est: Invadunt Martem clypeis adque aere sonoro, post con(i)ectas . . . aut dividendum illo modo est, aut: Invadunt Mart. sonoro . . . utem . . . sonoro, ut inf(erius) referatur . . . ntur in fraudem clipeis et sonoro aere tellus daret gemitum. — 718. *Stat pecus omne mutum* . . . Muta metu terram genibus summis appetivit. — . . . .

IUNIUS PHILARGYRIUS

IN

BUCOLICA ET GEORGICA

VIRGILII, AD VALENTINIANUM.

Ecl. 1, 20. *Urbem quam dicunt Romam;* Roma et ante Romulum fuit, et ab ea sibi Romulum nomen adquisivisse Marianus Lupercaliorum poëta sic ostendit: *Sed de flavo et cano ita Roma Aesculapii filia novum nomen Latio facit: quod conditricis nomine ab ipso omnes Romam vocant.* — 50. *Non insueta gravis*; *gravis* accusativus pluralis, quasi graves.

Ecl. 2, 32. *Pan primus calamos;* Pan, i. e., Natura omnium rerum inventor est fistulae. Pan pastoralis deus; per cornu, solem significat, et lunam: per fistulam, septem planetas stellas: per pellem maculosam, coeli sidera: per cannam, ventos: per ungulas caprinas, soliditatem terrae. Villosus est, quia vestitis (al. *vestitu*) gaudet terra. Hic autem natus est Mercurio in arietem converso, et Penelope uxore Ulyssis. — 63. *Torva leaena;* hoc nomen licet veteres Latinum negent, auctoritate tamen valet. Dicebant enim leonem masculum et feminam, ut Plautus in Vidularia: *Nam audivi feminam ego leonem semel parire.* Cicero de Gloria lib. II. sic ait: *Statuerunt gloria leaena* (al. *st. aeream leaenam;* al. *statua erat Gloriae Leaena.*) Leam vero Varro ad Ciceronem dicit lib. III. *Sicut nocet panthera et lea.* — 69. *Semiputata* etc.; frondosa vitis, i. e., de qua si quis biberit, insanit. Sic Varus: *Et frondosam*, inquit, *semiputatam queritur vitem.* Asper: *Traditatem queritur*, inquit, *quia statim post vindemiam putant vites.* Vel *frondosa vitis*, quia aiunt mente sanos non haberi, qui ex semiputata vite bibunt vinum.

Ecl. 3, 8. *Transversa tuentibus hircis*; legitur et *hirquis*, i. e., oculis, ac humilibus et languentibus oculis (*acuminibus languentibus ac udis*), non ignorante populo (*non rotante pupula?*). Iuvenalis: *oculosque in fine trementes*; Persius: *Patranti fractus ocello.* — 30. *Binos alit ubere fetus*; si vitula est adhuc, quare *binos alit ubere fetus?* sed ut apud Terentium *virgo* dicitur quae peperit, ut in Adelphis (4, 8, 10.): *Puer natus nihil habet virgo;* sic virgo, quae parit, ideo ad secundum partum virgo dicitur, postmodum mulier. Hic post partum *vitula* dicitur pro vacca. — 39. *Diffus. hedera;* legitur et *aedera*, ab aerendo arboribus, et sine aspiratione dici debet. — 62. *Et me Phoebus amat;* i. e., Caesar: aut originem geniturae ex isto versu comprehendit: nam mater Virgilii fertur Maia, cum eundem paritura gravis esset, somniasse lauri fructum variis floribus ornatum genuisse. — 90. *Qui Bavium* etc.; duos sui temporis poëtas dicit pessimos, quorum carmina ob humilitatem abiecta sunt. Vult ergo notare qui sunt inimici Virgilii, qui Vavium, i. e., pessimum poëtam, et Maevium, i. e., peiorem poëtam, ut duplum habeant malum. Ex quibus Vavius curator fuit, de quo Domitius in *Cicuta* refert: *Omnia cum Vavio communia frater habebat, Unanimi fratres sicut habere solent; Rura, domum, nummos, et denique omnia; ut aiunt, Corporibus geminis spiritus unus erat. Sed postquam alterius mulier communis utrique, Novit, deposuit alter amicitiam.* — 106. *Tris pateat* etc.; apud antiquos fuit altissimus puteus, in quem descendebant ad sacra celebranda: cuius putei orbis, i. e., summus circulus, quo cognoscerent anni proventus, non amplius quam trium ulnarum habebat: cumque descendissent, non ampliorem coeli partem, quam puteus habuit, poterant videre; vel specus apud Aetnam in Sicilia angusto ore, profunda latitudine, per quem rapta Proserpina a Dite patre; vel *coelum*, pro toto mundo. Alii *coeli spatium* clypeum Achillis dicunt trium ulnarum, in quo expressa coeli forma fuerat. Aliter: in Sicilia ianua speluncae, in quo Orcus Liberam rapuit. Aliter: dicit Cornificius ab ipso Virgilio audisse, quod Coelium Mantuanum quendam tetigit, qui consumptis omnibus facultatibus, nihil sibi reliquit nisi locum trium ulnarum ad sepulturam. Item Oledius Nasso torificium (al. *orif.*), tantum coelum patere videtur, quantum torificium patet. Item Asconius Pedianus ait, se audisse Virgilium dicentem in hoc loco se Grammaticis crucem fixisse, quaesituros eos, si quid studiosius occultaretur. Dicit autem poëta Coelium Mantuanum.

Ecl. 4, 63. *Dea nec dignata cubili est;* pueris nobilibus editis, in atrio Iunoni Lucinae lectus ponebatur, Herculi mensa.

Ecl. 5, 20. *Extinctum* etc.; alii luctum Salonini, nonnulli Flacci fratris eius putant. Daphnis Mercurii filius, pastor eximiae formae fuisse dicitur. Hic dilectus a Nympha Lyca, fidem dedit, nullius se mulieris alterius concubitu usurum; sed fefellit, ob quod orbatus est luminibus, quod licet carminibus et fistula solaretur, non tamen diu vixit. — 72. *Et Lyctius Aegon; Lyctius* Cretensis, a Lyctio urbe Cretae. — 74. *Sollemnia vota;* caenarum tria genera, unum sollemne, aliud viaticum, seu adventitium, ut Terent. (Eun. 2, 2, 28.): *Ad caenam vocant, adventum gratulantur;* et Geniale, quod Genio nostro indulgentes.

melius vivimus. Ut idem Terent. (Phorm. 1, 1, 9.): *Quod vix de demenso suo suum defrudans genium.*

Ecl. 6, 14. *Silenum pueri;* apte personam Sileni inducit disputantem, quem choro Liberi patris magistrum adhibent, qui choro modum adhibere possit: unde et iočulariter illi ferula attributa.

Ecl. 7, 26. *Tibi Delia parvus;* vel puer, vel pauper, ut Horatius (Epist. 1, 3, 28.): *Parvi properemus et ampli*, i. e. divites. — 51. *Levi de marmore tota;* solent enim plerumque caput, vel thoraca facere.

Ecl. 8, 10. *Sola* etc.; Asinium Pollionem intelligit Tragoediarum scriptorem, aut Varium, cuius extat Thyestes tragoedia, omnibus Tragicis praeferenda. — 32. *O digno coniuncta viro;* in amatore tria requiruntur, ut formosus sit, ut dives, ut bene cantans. — 77. *Necte tribus modis;* metrum anapaesticum in honorem Cupidinis dicitur consecratum. — 109. *Parcite ab urbe;* non desine dixit, quia qui desinit, finem facit: qui parcit, suspendit id quod agebat.

Ecl. 9, 35. *Nec dicere Cinna digna;* Cinna Smyrnam scripsit, quam nonum post annum, ut Catullus (93.) ait, edidit. Id quod et Quintilianus ait. Unde etiam Horatium in arte poëtica (388.) dicunt ad eum allusisse, cum ait: *Nonumque prematur in annum.* Fuit autem liber obscurus adeo, ut et nonnulli eius aetatis Grammatici in eum scripserint, magnamque ex eius enarratione sint gloriam consecuti. Quod obscurus fuerit, etiam Martialis ostendit in illo versu (Epigr. 10, 21.): *Iudice te melior Cinna Marone fuit.*

Ecl. 10, 22. *Tua cura Lycoris;* i. e., amor; ut (A. 4, 1.): *Iamdudum saucia cura;* haec autem Lycoris, Cytheris appellata est.

Georg. 1, 58. *At Chalybes nudi ferrum;* gens in Ponto, quae ferrum reperisse dicitur, et *nudi*, necessitate operis, ut *nudus membra Pyracmon.* — 103 *Mirantur Gargara messes;* est et alter sensus: Cum ea sit anni temperies, ut hiems serena sit, et solstitium humidum, fructus optime proveniunt (Guelf. *provenire*). Et adeo haec esse agris necessaria, ut sine his nec Mysiae quidem, nec Gargarorum agriculturae (sint) feracitate laudabiles, responsurae sint (G. *sunt*) opinioni, quae de eis habetur. Est autem Mysia regio Asiae circa Ciliciam, frugum ferax, quae, *nullo cultu tantum se iactat*, i. e., gloriatur, quantum si veniat, *serena hiems*, *et solstitium humidum.* — 157. *Falce premes umbras;* quia arbusta seri solent. Et *Premes*, pro compesces. — 165. *Celei;* Celeus rex Eleusiniorum, apud quem Ceres hospitata dicitur filiam quaerens. Hic primus propter usum serendi, quem a Cerere Triptolemus filius eius acceperat, excogitavit canistra, cistas et his similia. — 166. *Et Mystica vannus Iacchi; vannus* est vas vimineum latum, in quod propter capacitatem rustici congerere frugum primitias solent, et Libero sacrum facere. Unde *Mystica* (G. *Mysticam*) dixit: est autem usus eius, ut fabam vannat (G. *ut favam vandat sive vannant*). — 170. *In Burim; Buris* pars aratri curva, quae ut curvari possit, ante praeuritur. — 179. *Et vertenda manu;* ante ver-

tenda manu, et sic aequanda; *cum primis* autem, inter prima. — 180. *Fatiscat;* solvatur. Et *Pulvere* pro siccitate. — 188. *Induet in florem;* cum flos induat nucem, i. e., vestiat: figurate hoc dixit. — 192. *Pingues palea;* quidam legunt *pingues paleae.* Sed verior lectio, *pingues palea,* i. e. pingues culmos palea, non frumento. — 202. *Faces Inspicat; Inspicat,* findit in modum spicarum (G. *spicae*), cui multae sunt aristae. — 295. *Decoquit humorem;* hic versus longior est una syllaba, sed sine vitio, quoniam sequens a vocali incipit. — 309. *Balearis fundae;* fundis nemo figit, sed intra insidias cogit, ubi inclusam (G. *concl.*) feram iaculis petit. Ergo ὕστερον πρότερον est. *Baleares fundae,* quia apud insulas Baleares fundarum usus repertus (G. *inventus*) est, et *insulae Baleares* primo Gymnesiae dictae: post vero cum a Graecis occupatae sunt, quia cum lapidibus fundae rotantes adversarios submoverent, qui eas incolebant, παρὰ τὸ βάλλειν, *Baleares* appellant (G. *appellarunt*). — 315. *In viridi stipula; stipulae* nomine pro culmo abutitur; *arvis,* pro segetibus. — 514. *Neque audit currus habenas;* notandum, quod poëta librum in comparatione finierit, antithetos tertia, ubi (G. *ut*) in utraque voce sit commutatio. Sic enim rectum sit: *Fertur curru auriga, neque audiunt equi habenas.*

Georg. 2, 57. *Iam quae; iam* particula hic propterea (pro praeterea) ponitur, et tempus significat, ut *iam tempus agi res.* — 67. *Ardua palma;* quia Hercules cum ab inferis rediret, hanc primus arborem dicitur contemplatus esse, et se inde coronasse, conveniente colore arboris illi eventui, quo e (G. *a*) tenebris in lucem commeavit. — 70. *Et steriles platani malos gessere valentes;* alii legunt, et *steriles platani malos,* ut subintelligas *inserit.* Si ita legendum erit, in sequenti sensu hypallage est, ut sit, *valentes fagi gessere castaneas.* — 78. *Aut rursum; rursum* non habet hic significationem iterandi, sed abundat. — 80. *Plantae; plantis* abutitur pro surculis. — 88. *Crustumiis;* pro Crustuminis. — 97. *Sunt et Amineae; Amineos* Aristoteles in Politicis hoc scribit, Thessalios (G. *Thessalos*) fuisse, qui suae regionis vites in Italiam transtulerint, atque illis inde nomen impositum. — 101. *Mensis secundis;* quae post inferuntur, per quod significat et esui et potui bona. *Diis accepta secundis; diis secundis* intelligit, hoc est, propitiis. — 104. *Refert:* aut interest aut prodest. — 105. *Libyci;* ipse *Litus arenosum Libyae,* dixit. — 122. *Gerit;* pro habet, ut alibi (A. 1, 315.): *Virginis os, habitumque gerens.* — 123. *Aëra; aëra arboris,* nunc pro cacumine: aut aërem eum dicit, qui circa cacumen est. — 126. *Tristes succos;* austeros, amaros. *Tardum,* gravem, aut diu palato immorantem. — 134. *Olentia;* et ad animas est referendum, et subaudiendum male olentia. Sic Plautus in Milite glorioso (3, 1, 53.): *Tum in Apulis non sum natus, non sum animata* (G. *animula*). *Anhelis* autem illis, qui anhelant (et) deficiunt. — 139. *Panchaia;* regio Arabiae, ubi et (al. *est*) templum Triphylii Iovis. Ipse alibi (4, 379.): *Panchais adolescunt ignibus arae. Tauri* autem hi sunt, quos ignem flantes Aeetae imperio Iason iunxit, unguento usus, quod ei Medea dederat. — 142. *Seges horruit;* ut factum est in Colchide. Et hic est Hydrus, quem Cadmus in Boeotia occidisse fer-

tur, cuius dentes ipse partim ibidem sevit; partim Aeetes in Colchide: ex quibus utrique seges armatorum hominum nata est. — 143. *Humor;* vinum a montibus Falernis, qui *Massici* dicuntur. — 144. *Clitumne; Clitumnus* amnis est Umbriam a Tuscia dividens. Significat autem boves Mevanienses, qui sunt albi. — 147. *Flumine*; Clitumnus et deus et lacus in finibus Spoletinorum, ex quo bibentia pecora alba fiunt. — 159. *Te Lari; Larius* lacus in Gallia est Cisalpina, non amplius centum viginti stadiorum circuitu patens. Benacus in eadem regione, mille et ducentorum. — 160. *Assurgens; assurgens* hic pro *assurgentem.* Pendet enim ex verbo *memorem.* — 162. *Indignatum;* Agrippa in secundo vitae suae dicit, excogitasse se, ut ex Lucrino lacu portum faceret. Verum huius gloria (*gloriam?*) Augusto cessit. *Indignatum* autem ideo dixit, quia quo tempore in Lucrinum lacum mare immissum est, deinde terra effossa, contigit inter ipsum Lucrinum et Avernum, ut duo lacus miscerentur, et tanta tempestas orta est, ut prodigii loco habita sit, ac nuntiatum sit simulacrum Averni sudasse. Propter quod Pontifices ibi piacularia sacra fecerunt *Iulia* autem *unda* significat portum Puteolanum. Et per prolepsin positum est, ut loca prius laudet, quam illum, qui ea fecit, ut laudes inveniant auctorem, i. e., Augustum. — 164. *Tyrrhenusque* etc.; *Aestus Averni* ideo dixit: quoniam per Lucrinum lacum mare Tyrrhenum influxit (G. *influit*) in Avernum. — 167. *Gentemque Sabellam;* hi sunt autem qui olim Ausones dicebantur. De Sabellis Varro in Agemodo sic ait: *Terra culturae causa attributa olim particulatim hominibus, ut Etruria Tuscis, Samnium Sabellis.* — 168. *Malo;* pro labore. Sic etiam e contrario *laborem* pro *malo* solet ponere; ut ibi (A. 4, 169.): *Ille dies primus leti, primusque laborum Causa fuit. Volscosque verutos;* quod verutis pugnent. — 172. *Avertis imb.; avertis* et *imbellem facis*, aut *imbellem* victum iam nec bellantem. Ceterum quid grande, si imbellem avertis? — 184. *Uligine; uligo* dicitur naturalis terrae humor. — 193. *Pinguis;* Plautus in Aulularia (2, 5, 6.): *Tibi dabitur pinguior tibicina* (G. *tibi cena*), *quae propter assidua* (G. *assiduos*) *sacrificia pinguescit* (G. *pinguescunt*). — 194. *Reddimus;* quia debentur. *Pandis*; cavis. Ut ipse alibi (244.): *Et pandas ratibus posuere carinas.* — 195. *Sin armenta;* quare de armentis dicit, cum tertius liber ad pecudes divisus sit? Solvitur sic: Varietatis causa, ne uniformis narratio esset. Nunc et *armenta*, non de his dicit, sed de terra, quae utilis sit armentis. Aut enim posuit quae nutriant, et sic (*hic?*) quae nutrit. — 203. *Pinguis*; fertilis, quia regio eius herbosa est. Alii dicunt, agrum, in quo condita est Tarentus, *Saturum* (G. *Satyrum*) vocari. — 213. *Rorem*; *rorem*, quem *marinum* vocant, dicit: et est humile virgultum, quod in exilibus agris nascitur. — 216. *Dulcem;* ordo est, *aeque dulcem*, hoc est tam dulcem. — 224. *Vesevo;* Campaniae mons Vesevus. — 225. *Ora;* et hoc emendavit ipse, qui (*quia* G.) *Nolam* posuerat. Nam postea offensus a Nolanis, qui eidem aquam negaverant, *ora* pro *Nola* posuit. — 227. *Supra morem*; ordo est: Si requiras rara sit, an supra morem densa. Et *Supra morem* hic pro valde est positum, hoc est supra modum, supra iustum. —

230. *Capies oculis*; i. e., eliges, ut (A. 1, 395.): *Nunc terras ordine longo.* — 238. *Salsa*; hyperbaton, i. e. *salsa tellus.* — 241. *Tale dabit specimen*; specimen pro argumento. — 250. *Ad digitos*; pro: inter digitos. — 258. *Nigrae*; i. e. frigidae terrae argumenta demonstrat. — 263. *Arva solo*; sensus: optima arva sunt, si putrescit (G. *putre fit*) solum. Et quia rem difficilem videbatur praecepisse, adiecit: *Et id venti curant gelidaeque pruinae.* Propter quod docuit nos oportere ut solibus et pruinis coquatur. Ipse alibi (204.): *Ut cui putre solum: namque hoc imitamur arando.* — 264. *Labefacta*; nota figuram: movendo labefaciens, aut movens et labefaciens. — 266. *Ante locum similem exquire*; dicit in translatione arborum similem terram esse requirendam, etc. — 267. *Digesta feratur*; antistrophe, i. e. translata digeratur. — 271. *Axi*; i. e. septentrionali. — 277. *Indulge ordinibus*; da spatia. *Nec secius*; minus. — 288. *Fastigia*; infimas altitudines dixit. *Scrobibus*; pro humillima scrobe posuit, ut (2, 23.): *Hic plantas tenere abscindens de corpore matrum Deposcit sulcis*; et rursus (61.): *Omnibus est labor impendendus, et omnes Cogendae in sulcum, ac multa mercede domandae.* — 293. *Flabra*; producta prima syllaba legendum. — 299. *Corylos*; antipharmacon esse aiunt, quod infra manifestum facit dicendo (396.): *In verubus torrebimus exta colurnis*, scilicet ut hostia nocens eo virgulto coquatur, quod vitibus nocet. — 300. *Plantas*; sagittas dicit, i. e. sarmentum de summa parte praecisum. — 301. *Retuso*; quare *retuso?* Solvitur: quoniam hebes ferrum vulnerat magis, quam secat. — 312. *Hoc ubi*; quidam distinguunt: *hoc ubi non*, et erit sensus: ubi oleae in oleastrum insitae non fuerint, etiam si incendio conflagrarint, exustae a trunco reviviscent, et caesae reverti possunt, atque ima similes revirescere terra. Insitae autem cum summe perierint, oleastri truncus remanet. — 316. *Movere*; non arari prohibet: neque enim hic de arvis loquitur, sed scrobes fieri vetat. — 317. *Nec semine iacto*; syllepsis per adsumptionem casus. Nam ex ablativo, i. e., semine assumendus nominativus, hoc est, semen, et erit sic: nec semine iacto patitur semen radicem terrae affigere. *Concreta* vero utrumque. *Concreverit* autem, commixtam dixit: et *iacto hic semine*, i. e. deposito. — 323. *Adeo*; abundat. *Utile*; bis subaudiendum. — 327. *Corpore*; *corpore* aut suo, aut terrae, sic *terrae* pro corpori. — 329. *Certis*; *certis* pro his, neque aliis ullis. — 331. *Laxant*; exprimere voluit naturam lactis animalium. Nam *laxant arva sinu* dicens, partum significat: deinde statim humorem superare, quo alat fetus, intulit. — 332. *Gramina*; Celsus ait *germina* reliquisse Virgilium. Loquitur enim de omnium arborum fetu. Unde male quidam *gramina* legunt. An ideo non metuit, quia non surgunt? quod magis placet. — 333. *Nec metuit*; quomodo non metuit, si surgunt? Solvitur: Neque surgentes metuit, sed ne surgant. Hoc dixit: non metuit, ne tempestate opprimatur. — 336. *Non alios prima*; si crescit, deficit. In quo videtur secutus Epicurum qui ait: *Omnia quae orta, occidunt, et aucta senescunt.* Varro autem in Satura quae scribitur de Salute: *Sic mundum haud natum esse, neque mori*, Plato autem non natum, aut (*at*) mori. Metrodorus autem, neque natum, neque

mori. Zenon: ex hoc mundo quamvis aliqua intereant, tamen ipsum perpetuo manere, quia inhaereant ei elementa, e quibus generantur materiae, ut dixit crescere quidem, sed ad interitum non pervenire, manentibus elementis, a quibus revalescant. — 338. *Ver illud erat;* quomodo dicunt: homines diem festum agere; *magnum orbem*, potest et zodiacum circulum dicere, qui faciat divisionem temporum: quod si est, *agebat*, pro circumagebat, accipiendum erit, orbis. — 339. *Parcebant*; hic *parcebant* pro abstinebant. — 341. *Ferrea;* quia creditum est, primo homines e terra natos, a qua humo homines existimabant dictos. 342. *Immissaeque;* pro innatae: neque enim ab alio immissae sunt. — 344. *Iret* etc.; i. e. interveniret: Fuit autem prior lectio: *frigusque calorque*; ut Plautus (Merc. 5, 2, 19.): *Neque frigus, neque calor metuo, neque ventum, neque grandinem. Aliter* hypermetrus versus erit. — 345. Et nove *indulgentia* dixit. Veteres enim *indulgitatem* dicebant; ut Coelius in VII. *Consuetudine uxoris, indulgitate liberum. Terras;* i. e., fetus terrae. — 348. *Lapidem* autem *bibulum*, hic non lapidis epithetum est, sed ex lapide beneficium, i. e. per quem terra humorem possit ad radices vitis admittere. Verbum *infode* venit ab eo quod est *fodio*, *fodis*, *fodit.* Unde Plautus in Rudente (1, 2, 12.): *Lutuosus* (G. *luto usus*) *multo multam terram confode.* Et, *infode conchas*, circa radices scilicet. — 350. *Iamque reperti;* et *iam* hic pro *propterea* ponitur. Et utrum saxo et testa: an illud sensit testam cavam, superiorem lapidem? hoc enim fit. *Sata* autem dicit virgulta, quae presseris. Et hoc bis repetitum; non enim duo sunt, sed unum iteratum, ac si diceret: hoc monimentum contra imbres, et aestus. — 354. *Seminibus;* iterum *seminibus* pro arboribus accipi oportet. Et, *superest*, sequens est. — 360. *Tabulata*; nunc *tabulata* dici dispositionem ramorum, per quos vitis usque ad summum ascendit, et est relatio facta ad omnes (al. *ad domos*; *a domibus*), in quibus extructiones singulae *tabulata* dicuntur. — 367. *Stirpibus*; hic radicibus. Alii *stirpem* pro ipsa materie vitium positum volunt, ut idem alibi (379.): *Et ammorso signata in stirpe cicatrix.* — 371. *Saepes*; insuper etiam pecus prohibendum. — 381. *Proscenia*; *proscenium* proculdubio pulpitum dicit. *Veteres ludi*; Dionysia: antiquissimi enim, quos rustici, confecta vindemia, faciebant. — 382. *Ingentes;* quidam legunt *ingeniis:* ut sit praemia posuerunt ingeniis. Dabatur autem hircus praemii nomine. Unde hoc genus poëmatis tragoediam volunt dictam. *Compita*; ut Relatio (*Trebatio? Lutatio? Martio? Ver. Flacco? G. re plat*io) placet, locus ex pluribus partibus in se, vel in easdem partes ex se via (al. *vias*) atque itinere dirigens, sive is cum ara, sive sine ara, sive sub tecto, sive sub dio sit, ubi pagani agrestes buccina convocati, solent certa inire consilia (G. *concilia*). Hinc et lares compitalicii, et feriae compitaliciae. — 383. *Thesidae posuere*; ideo quia primi Athenienses Liberalia statuerunt. Thesidae dicti a rege Theseo. — 389. *Mollia*; *mollia* hic pro *mobilia.* Et videtur Virgilius opinionem illorum sequi, qui in honorem Liberi patris putant oscilla suspendi, quod eius sit pendulus fructus. *Oscilla* autem dicta, sive quoniam capita, et ora hostiarum in summis perticis figebantur, sive quia hunc lu-

sum Osci dicuntur frequenter exercuisse, et per Italiam sparsisse. — 393. *Ergo* veteres pro merito dicebant. Hinc Plautus in Milite glorioso (1, 1, 61.): *Hiccine Achilles est? inquit mihi, immo eius frater; ergo mecastor pulcher-est.* Et erit sensus: Merito, inquit, sacra faciemus ei, cuius beneficio vineta proveniunt. — 395. *Stabit sacer*; improbant enim Aruspices hostiam, quae admota altaribus reluctatur. — 400. *Levandum*; hic putandum. — 403. *Seras*; vetulas, aridas, — 406. *Relictam*; neglectam, non putatam. — 408. *Primus*; per hoc intelligendum, primus puta. Et inutiles palos sub tecta referto, pro quibus novos posueris, — 417. *Antes*; Cato de Re militari: *Pedites quattuor* (Fabr. *Primo*) *agminibus, equites* (al. *quibus*) *duobus antibus ducas* (Fabr. *duces*). Sunt autem extremae quadrarum partes. — 421. *Expectant*; subaudiendum, talis cultura. Ceterum et oliveta coluntur. Et quod ait: *nec curvam expectent facem*, extrinsecus subaudiendum omni anno, quia et ipsa ex intervallo radi solent. — 434. *Quid maiora*; quomodo maiora, si salices plus sunt humiles, quam myricae? Solvitur: Hic sensus est, et haec subdistinctio: Quid maiora sequar? et transit etiam illa, quae putes esse contemnenda; multum possunt et salices, et myricae, sive genestae, prodesse. — 437. *Undantem*; fluctuantem. — 438. *Nariciae*; ut (A. 3, 399.) *hic et Naricii posuerunt moenia Locri.* — 439. *Obnoxia*; egentia. — 444. *Rotis*; rotas ex solidis tabulis factas, tympana appellavit, et agricolae necessaria distinguunt. *Buxum*; signum (*Lignum*), non arborem dixit. Quamvis Ennii exemplo, et arborem potuerit dicere neutro genere. Ille enim sic in septimo: *Longique* (G. *longaeque*) *cupressi Stant rectis foliis et amaro corpore buxum.* — 456. *Pholumque*; hic quaestio est, cur Pholum inter Centauros interfectum dicat quem Hercules etiam hospitem habuerit, nec dum (*eum?* G. *et nec dum*) infestaverit, sed peremptis Centauris, cum sagittas eius Pholus miraretur, una earum supra pedem ipsius cecidit, et ei letalis fuit. Inter Lapithas autem, et Centauros bellum fuit propter Hippodamiam sive Deianiram, et cum ad rapiendam virginem insolentes Centauri fuissent, a Lapithis sunt attriti. — 460. *Iustissima tellus*; *iustissima tellus* quomodo, si alibi dicit (1. 279.): *Coeumque Iapetumque creat saevumque Typhonem* (G. *Typhoea*). Solvitur: Ideo *iustissima*, quia cum decimis reddit fructus, quod est magnae iustitiae. — 463. *Inhiant*; mirantur, et subaudiendum salutantes. — 473. *Sacra*; *sacrum* dici volunt, quod sit cum religione; *sanctum*, quod cum amore. — 475. *Primum*; primum et ante omnia. Ut: *Primus ibi ante omnes.* — 477. *Sidera*; utrum ea quae cum coelo feruntur infixa, an vaga, quae contraria coelo cursus conficiunt? An omnes coeli viae notae sunt? A sinistra austri, septentriones a dextra. Quod vulgo dicunt, laborat luna. Hinc Varro in *Cynistore* (*Cyniflore.* G. *in cynistro re*): *Eclipsis quando fit, cur luna laboret. Et si hoc ridicule credunt, dicant, quid laborant.* — 478. *Defectus*; varios defectus secundum Epicurum, qui ait: non unam causam pronuntiandam, qua sol deficere videtur, sed varias. Potest enim fieri ut extinguatur, ut longius recedat, ut aliquod eum corpus abscondat. *Lunaeque labores*; *lunae* autem *labores* dicit, cum dimittit lumen. —

2. *Tardis; tardis noctibus*, i. e. tarde venientibus, i. e. aesti- *Hiberni;* Celsus Oceanum significari ait, qui aestu suo diffi- terram inter Mauritaniam et Hispaniam. Ut hoc sit, *obici- r ruptis.* Causa autem brevium dierum est, quod signa hie- lia transversa oriantur, atque occidant; causa longorum die- n, quod aestiva recta oriantur, et occidant. — 487. *Baccha-* ubi bacchatae sunt et non haec optat, sed talia. [Bacchi m orgia in montibus celebrari solebant a furiosis Bacchis, ae a Spartanis, quorum mons erat Taygeta, δυσμαιναι appella- ntur.] — 488. *Qui me; qui* pro *aliquis*, et subaudiendum, us. — 492. *Strepitumque Acherontis;* i. e. opinionem formi- losam, quae vulgo sit (al. *est*) de Acheronte. — 497. *Istro;* fidius Modestus legisse se affirmabat, hunc morem esse Daco- m, ut cum ad bella proficiscerentur, non prius rem capesse- nt, quam de Istro certum modum haurientes ore in modum ri vini iurarent, non se ad patriae sedem regressuros, nisi stibus caesis; et idcirco Virgilium familiari sibi hypallage usum isse. *Istrum coniuratum*, apud quem Daci coniurare consue- runt. — 499. *Aut doluit;* non crudelem rusticum inducit, qui opis non misereatur, sed qui sciens paupertatem mal[or]um n esse, pauperis non doleat sortem: et ideo adiecit, *aut invi- t habenti*, quia non invidet, sciens divitias bonas non esse. — 1. *Ferrea iura;* quia veniam dare non norit (G. *norunt*). — 2. *Tabularia;* negotia publica, et rationes populi, quae in bulis scribuntur, unde tabularia dicta. *Vidit:* expertus est, ut . 11, 263.): *Illic Aetneas vidit Cyclopas Ulixes.* — 508. *Hunc ausus hiantem;* sensus: hic audet contionari, et in rostris con- ntum populi, favoremque miratur. — 516. *Requies;* nec re- iescit, nec intervallum est. — 517. *Mergite; mergites* fasces lmorum spicas habentium, quas metentes brachiis sinistris mplectuntur; quidam cavos dicunt. — 519. *Sicyonia bacca;* ioniam oleum Sicyonium magno in pretio est. *Sicyon*, urbs eloponnesi. *Trapetis* autem, molis lapideis, ubi oliva molitur. - 522. *Coquitur;* familiaris est figura pro coquitur, ut mite- at. — 527. *Festos;* non cum festi venerint, sed omnes dies, uasi festos agit, i. e. laetos. — 528. *Ignis ubi;* in medio *ubi gnis* et proprie *coronantur*, usque ad coronam summam im- entur. — 532. *Hanc vitam;* i. e., aureum seculum. — 533. *truria;* maximum enim imperium Etruscorum in Italia fuit, ut it Livius, ab Alpibus usque ad fretum Siculum. Unde totum are, quod a dextra Italici litoris est, Tyrrhenum dicitur. Hoc arro doctius dividit in provincias marinas.

Georg. 3, 3. *Carmina;* legitur et *carmine*, et, ut puto, re- tius. Non enim dicit cetera carmina iam vulgata, sed cetera mnia absolute, i. e. ceterae omnes res vulgatae. — 5. *Busiri- is; Busiris* Aegypti rex omnibus annis Iovi hospites immola- at. Nam per octo annos sterilitate Aegypto laborante, Pygma- on Cyprius finem futurum non ait, nisi sanguine hospitis lita- um fuisset. Primus autem Thyestes alienigena immolatus origi- em sacrificio dedit. Alii sic: *Busiris* Neptuni filius rex Aegypti, ui cum Iovi hospites immolaret, pari exemplo mactatus est ab lercule, ipsum quoque ausus aris admovere. — 11. *Aonio:* loeotio, quod ibi primi Aones fuerunt. *Musas;* Helicon mons

[est] Musis dicatus. — 12. *Idumaei*; gens est Syriae. Quidam *Idumaeas palmas* ab Iduma, quae est urbs Lydiae, palmarum ferax, dictas volunt. Plerique Idumam Syriae Iudaeae civitatem credunt (*G. tradunt*). — 13. *Et viridi in campo*; hic est campus, de quo ait: *Et qualem infelix amisit Mantua campum.* — 16. *Tenebit*; pro possidebit. *Compos voti* autem, pro (G. tantum: *ut*) *laetus animi.* — 19. *Alpheum*; *Alpheus* fluvius Elidis. Eos autem ludos accipimus per Alpheum, qui olim Pythici dicebantur, [vel Olympici, qui quinto quoque anno celebrabantur.] *Linquens*; participium instantis pro praeterito. *Ludosque Molorchi*; per *ludos Molorchi* accipimus eos, qui Nemei (G. *nemea*), ubi Molorchus rex, [qui] Herculem ad Nemeum leonem tendentem recepit hospitio. — 24. *Tonsae*; compositum ut Cicero (in Pison. 8.): *Cum saltatrice tonsa.* — 26. *Gangaridum*; i. e., Indorum a Gange fluvio. — 29. *Columnas*; *columnas* dicit, quae in honorem Augusti et Agrippae rostratae constitutae sunt. — 32. *Rapta*; dicendo *rapta* celeritatem victoriae ostendit. *Utroque* autem *ab litore*, i. e. Oceani orientalis, et occidentalis, ut sit de Aegypto et Cantabris, vel de India et Britannia. — 35. *Ab Iove*; ex Iove et Electra Atlantis filia nascitur Dardanus: ex quo Erichthonius, cuius Troius (Tros), cuius Assaracus, cuius Laomedon, et Capis, et Laomedontis Priamus, eius Hector, et ceteri. At Capis, Anchises, cuius Aeneas, cuius Iulus. A quo Iulia gens stemmate descendit ad Caesarem. Alii sic: per Assaracum Troianos dicit. Nam Assaracus avus Anchisae. Ennius: *Assaraco natus Capis optimus, isque pium ex se Anchisen generat.* Ergo Assaraci familia usque ad Augustum pervenit. — 36. *Cynthius*; Apollo, a Cyntho Deli monte; et utrum, quia ex oraculo eius condita est Troia, an quia muros ipse aedificavit, dictus Troiae auctor? *Cytheron*; mons Boeotiae. — 44. *Taygetique canes*; *Taygetus* mons Laconiae. *Epidaurus*; civitas Peloponnesi, Asclepio sacrata. — 47. *Caesaris*; hic distingue, ut Aeneadas significasse videatur, quia una Actiaca pugna Octaviani Caesaris fuit. — 48. *Tithoni*; ab infinito infinitum, quia Tithoni origo non potest comprehendi; et satis in Caesarem blande. — 52. *Turpe* autem *caput* amplum, atque magnum, ac per hoc terribile. — 53. Hic autem *crurum tenus*, genitivo suo apposuit, alibi ablativo, ut, *pube tenus.* Modestus *tenus* pro fine accipit. Sallustius: *Fine inguinum ingrediuntur mare.* *Palearia*; unde et paleae, quae collum amplectuntur: et ea pars annuli, quae gemmam cohibet, propter similitudinem palea dicitur. Cicero de Officiis III. (9.): *Cum paleam eius annuli ad palmam converteret a nullo videbatur.* — 55. *Camuris*; *Camuri* boves sunt, qui conversa introrsus cornua habent, quibus contrarii *patuli*, qui cornua diversa habent; *laevi*, quorum cornua terram spectant, his contrarii *licini*, qui cornua sursum versum reflexa habent. — 56. *Albo*; divise, pro albis maculis. An potius absolute *albi* dixit, perinde (proinde G.) ac si diceret, albitatem. Ut est illud (E. 2, 41.): *Sparsis etiam nunc pellibus albo.* — 60. *Lucinam*; *Lucina* dicta Iuno, eo quod lucem nascentibus praestare dicatur. Sic Terentius (Andr. 3, 5, 15.): *Iuno Lucina fer opem, serva me obsecro.* — 64. *Pecuaria*; non loca, sed ipsa pecora dixit: ut alibi (471.) idem usurpavit

aestiva pro pecoribus quae in aestivis agunt: *Nec singula morbi Corpora corripiunt, sed tota aestiva repente.* — 71. *Sortire;* quasi subsortire, et subiice. An potius pro elige et iunge, ut *uxorem sortiri* dicimus. — 82. *Glaucique; Glaucus* autem coeruleus est color, i. e. subviridis albo mixtus, et quasi clarus (G. *clarior*). Nam ille sine dubio displicet, qui ex albo et gilvo constat, ut sit unum albo et gilvo. Alioqui repugnant illi (A. 12, 84.): *Qui candore nives anteiret, cursibus auras:* et (A. 12, 164.): *Bigis it Turnus in albis.* — 83. *Et Gilvo;* et *Gilvo spadi* (G. *gilvos padi.* Burm. coni. *gilvus badius est, ut foen.*) et foenicius est, quales sunt fructus palmarum, neque satis diluti coloris neque nimium pressi. — 89. *Amyclae;* civitas Laconiae. Xanthum autem dicit et Cyllarum equos, quos Neptunus Iunoni dedit, illa Castori et Polluci, ut poëtae Graeculi fabulantur. — 93. *Pernix* autem ad equum refertur. Nam tardissimus est Saturnus. *Saturnus;* Saturnus cum Philyram Oceani filiam in Thessalia adamasset, et cum ea coiret, adventante uxore, se in equum, illam in equam convertit: atque ita uterque opprobrium effugerunt. Hinc natus est Chiron centaurus. Quidam Philyram in florem conversam esse dicunt, vel in arborem, unde liber philyrinus, quo coronae illigantur. — 98. Bene, *si quando,* quia senex raro. *Praelia;* pro coitu dixit. — 101. *Artes* hic virtutes. Et *prolem parentum* nove posuit. Est enim proprie liberarum (*liberorum?*). Ut (A. 1, 274.): *Geminam partu dabit Ilia prolem.* — 113. *Erichthonius;* Varro in libro qui Admirabilium inscribitur, Erichthonium ait primum equos quattuor iunxisse ludis, qui Panathenaea appellantur. De hoc Erichthonio alibi satis dictum, qui anguinis pedibus fuisse memoratur. — 115. *Pelethronios Lapithas;* ideo appellavit, quia sunt Thessali. Pelethronium antrum est, ubi Achillen Chiron erudivit. Alii Pelethronium regem Lapitharum volunt. *Gyrosque dedere;* pro docuere. Aliter enim frena dedere, et aliter gyros, et est syllepsis, cum aliquid assumitur, quod dictum supra non est. — 116. Hic *Equitem* sine dubio equum dicit, maxime cum inferat, *insultare solo.* Ennius. Annalium VII.: *Denique vi magna quadrupes eques atque elephanti, Proiiciunt sese. Sub armis;* i. e., insident armato. — 118. *Aequus uterque labor;* durus uterque labor, et sub iugum mittere, et sub femur. — 122. *Neptunique;* Neptunus etiam parens quorundam equorum fertur, ut Pegasi ex Medusa, et Arionis ex Cerere, cuius seminium (G. *odorimum*) Adrastus habuit. — 124. *Pingui;* absolute posuit, ut est illud Lucretianum (1, 258.): *Hic fessae pecudes pingui.* — 125. *Dixere maritum;* pro designavere. Cic. de Repub. sic: *Dictatore L. Quintio dicto.* Sed et Horatius: *Quem Venus arbitrum dicit bibendi,* pro designat. — 127. *Blando;* mire *blandum laborem* coitum dixit, quod sit cum voluptate. — 128. *Referat;* non enim potest unus equus duas patrias habere. Et, *referat,* sicut ibi positum (G. 3, 397.): *Et salis occultum refert in lacte saporem;* et (A. 4, 329.): *Qui te tantum ore referret.* — 128. *Ieiunia;* pro macie. — 129. *Ipsa autem macie tenuat armenta;* ut: *Frondesque negant: et frondibus arcent.* — 130. *Primos;* *primos concubitus,* anni redeuntis accipiendum: alioquin contrarius videbitur, cum infert, *Iam nota voluptas.* Ergo pri-

mos poëtice pro *primum*. Quidam notam voluptatem, non coitum, sed desiderium accipi volunt. — 133. *Tunsis*; quae tunduntur. Non enim cum tunsae sunt, sed cum tunduntur. Ne graviter tunsis, graviter gemat; et *tusis*; sine *n* litera legendum. — 136. *Oblimet*; Lucretius: *ne oblimet*, pro obturet, et occludat. Alibi, *oblimet*, temperet (*terat? perdat?*). Horatius (Serm. 1, 2, 62.): *Rem patris oblimare malum est ubicunque.* — 137. *Sitiens venerem*; quare *sitiens?* solvit quaestionem. Alii dictum volunt *sitiens* libidinis plenae. — 138. *Rursus*; hic *contra* significat. — 140. *Non illas gravibus*; *gravibus* aut epitheton est plaustrorum, aut *gravibus* onustis dixit. Sed poëtice *plaustris iuga ducere*, non *iugis plaustra.* — 142. *Innare rapaces*; hoc dicit: innatant fluvios, sed non rapaces. Nam infra ait: *saltibus*, etc. — 143. *Saltibus*; his *saltibus*. Aliter supra: *Nec saltus superare viam sit passus. Vacuis* autem *saltibus*, sine maritis dixit. — 145. *Saxea procubet*; nove *saxea umbra*, quae saxis fiat, et *procubet*, protendatur. — 146. *Silari*; ordo: plurimum volitans circa lucos Silari, Alburnumque virentem ilicibus. *Volitans* absolute. *Silarus* et *Alburnus* in Lucania sunt montes. — 147. *Asilo*; Nigidius de animalibus: *Asilus est musca varia tabanus bubus maxime nocens. Hic apud Graecos prius myops vocabatur: postea magnitudine incommodi oestrum appellarunt.* Et hoc est quod ait: *oestrum Graii vertere vocantes.* Non de Latino in Graecum, sed de Graeco in suam linguam, quae prior fuit. — 148. *Oestrum Graii vertere*; quomodo Graii vertere, cum omnia, quae Latina sunt, a Graeca ratione descendant? solvit quaestionem: Graeci cum myopem primo dixerint, displicuit nomen: quia proprium non erat. *Oestrum* dixerunt, hoc est, quia furiam *oestrum* vocant. Dividit enim furia armenta, cum ab ea stimulantur. Latine vero hoc animal *tabanus* dicitur. — 150. *Furit*; poëtice convertit. Nam cum furor boum sit, aetherem ait furere. — 151. *Sicci*; quare *sicci*, cum ripam dixerit? ostendit hunc non esse fluvium, sed rivum. Ut alibi (A. 3, 350.): *Et arentem Xanthi cognomine rivum.* — 153. *Iuvencae*; Ionem dicit Inachi filiam, quam in bovem conversam oestro percussisse dicitur. Illa se in mare praecipitavit, quod Ionium vocaverunt: et Isis dicitur, quasi sola Dea. Hoc enim Aegyptiis placet. — 159. *Habendo*; id quod habetur. Lucilius in XXX.: *Nonnunquam dabit ipsa aetas quod possit habendo.* — 162. *Cetera*; quae non inuruntur. — 165. *Dum mobilis actas*; *mobilis* flexilis: et est duplex lectio. Potest enim et sic legi: *Iuvenum dum mobilis aetas.* — 168. *Aptos*; unitos aut connexos. Est enim apta iungi. — 174. *Indomitae*; utrum dum quosdam domas, interea indomitis haec praestabis, an antequam domes, interea? — 175. *Vescas*; teneras et exiles. Nam *vescum* apud antiquos significabat macrum, et quasi quod escam non reciperet. Afranius in Sororibus: *Ah puer est vescus, imbecillus viribus.* Sed vide ne *vescas* appetibiles dixeris. Lucretius certe pro edace posuit, ut (1, 327.): *Vesco sale saxa peresa.* — 176. *Fetae*; nostro more. Neque enim mulgeri nisi enixae possunt. Antiqui autem *fetum* pro gravido solent ponere. Ut Varro Atacinus: *Feta feris Libyae* (*Libye?*) et ipse Virg. (A. 2, 237.): *Scandit fatalis machina muros Feta armis.* — 177. *More patrum*;

sic intellige, ut dixerit mulgeri. Nec implebunt mulctralia (G. *mulctraria*) more patrum, qui lac magis reservabant fetibus. Alioquin accusabitur ob avaritiam (al. *accusabatur avaritia*) eorum, qui sibi omne lac mulgebant. Legitur et *mulgaria*, ut Valgius ait: *Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis, et sinum vini cessamus ponere Bacchi* (*Baccho*). — 187. *Primo*; non *primo ubere*, sed *iamprimo*, quasi unum lege: ut sit *Iamprimo audeat depulsus ab ubere matris.* — 188. *Inque vicem*; Celsus, *inque vicem*, sic intelligit, ut sit nonnunquam sine capistris. Vel (*alii* G.), ut sit in utraque parte ductus facilis. — 189. *Etiam*, pro *adhuc*. — 193. *Sitque laboranti similis*; hoc est, non vere laboret, ne taedium capiat. Ac, *per aperta volans*, currens. — 202. *Elei campi*; maximi ex omnibus, quod sint pedum septingentorum, cum alii minus. — 204. *Belgica*; Gallica. *Esseda* autem vehiculi, vel currus genus quo soliti sunt pugnare Galli. Caesar testis est libro ad Ciceronem III.: *Multa millia equitum atque essedariorum habet.* Hinc et gladiatores essedarii dicuntur, qui curru certant. *Molli* autem mobili dixit, ut (2, 389.): *Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.* — 221. *Lavit ater*; hoc ab illa declinatione descendit: *lavo, lavis, lavit. Fervo, fervis, fervit.* — 222. *Versaque*; *versa*, infesta. Plautus in Casina: *Necesse est versis gladiis se pugnarier* (Burm. *dep.* G. *repugn.*), i. e. infestis. — 226. *Plagasque superbi*; sic positum, ut (A. 2, 436.): *Et vulnere tardus Ulyxi.* — 230. *Pernix*; legunt et *pernox*. Sed *pernix* melius, i. e. pertinax. *Instrato saxa cubili*; nota figura, non saxis. — 236. *Oblitum*; quasi exercitationum et virium, quem securitas et amor corruperit, adeo ut nec crederet hostem esse rediturum. — 254. *Flumina correptos; unda torquentia montes* appellavit. Et est ordo, flumina torquentia unda correptos montes. — 258. *Iuvenis*; Leandri nomen occultavit, quia cognita erat fabula. — 263. *Crudeli funere virgo*; ita hic *virgo*, quemadmodum ibi de Pasiphaë: *Ah virgo infelix.* — 267. *Glauci*; Glaucus Sisyphi filius, cum ad mimicum (*Gymnicum?*) certamen quadrigam duceret, adplicuit ad vicum Boeotiae (G. add. *pothnias*), et equas potum ad fontem sacrum per ignorantiam duxit. Unde qui bibissent, in furorem agi solebant. Itaque illum equae furore exagitante in ipso certamine curru effudisse, ac morsibus laniasse dicuntur. — 270. *Ascanium*; *Ascanius* amnis est Mysiae, sed quia (quae) in Asia est. De Gargaris supra (1, 103.) dictum: *Et ipsa suas mirantur Gargara messes.* — 273. *In Zephyrum*; *in* pro *contra.* — 274. *Exceptantque*; frequentativum fecit ab excipiendo, hoc est crebro excipiunt. *Et saepe sine ullis Coniugiis*; hoc etiam Varro. — 280. *Hinc demum*; ordo: Hinc virus lentum ab inguine distillat, quod vero nomine Hippomanes dicunt pastores. *Vero nomine*; quoniam Theocritus herbam dicit nasci in Arcadia, qua gustata equae in libidinem ardescunt. Et Theophrastus, carunculam in fronte equini pulli; [quae ad veneficia et amatoria facere existimarunt.] — 282. *Hippomanes*; ἀπὸ τῆς ἵππου μανίας i. e. ab equae insania defluens ex equarum inguinibus, quo tempore virus natum ἀπὸ τῆς μανίας τῆς ἵππου. — 295. *In mollibus*; nunc tepidis, ut dicimus, *mollis hiems.* — 296. *Dum mox*; Celsus *dum mox* pro donec in-

terpretatur, sed ut puto, mos abundat. — 297. *Subter*; ad pecora respicit, ut sint stramenta, quibus incubent. — 304. *Extremo*; hic *extremum annum* sub Aquarii sidere collocat. Ut quia primus nascentis anni dies ab urbe condita Kal. Martiis fuit, inde Februarius ultimus anni haberetur. Aquarium autem multi Ganymedem volunt. — 305. *Hae quoque*; i. e. capellae. Legitur et *haec*. Veteribus enim mos fuit, ut neutra femininis iungerentur. Unde Terentius (Hecyr. 4, 3, 12.): *Tua nihil refert utrum feceris*. Et in Eunucho (3, 5, 34.): *Haec adornant ut lavent*. Nam integrum erat, *hae quoque n. c. n. l. s.*; *sane* etc. 306. (*Usus* hic utilitas et fructus.) *Vellera* autem a vellendo dicta. — 310. *Mammis*; nota *mammas* pecudum dici. Legitur et *ubera*. — 312. *Cinyfii*; Gaetuli a Cinypho flumine Gaetuliae i. e. Libyae. *Tondent* autem pastores, ut sit genitivus singularis *Cinyfii hirci*. — 313. *Castrorum*; in usum castrorum, quod inde *tormenta* (al. *tom.*) fiant, itemque cilicia, quae Celsus ait retulisse Varronem, ideo sic appellari, quod usus eorum in Cilicia ortus sit. — 314. *Pascuntur*; pro depascuntur. — 319. *Mortalis*; mortifera intelligenda. *Quo minor est*; pro, *quo minus est*, ut sit sensus: Quo minus est illis curae mortifera egestas. Si diligens circa eas fueris, necessitas mortalitatis minor est. — 321. *Nec tota claudes*; i. e., praebebis tota bruma fenum. — 328. *Rumpent*; complebunt. Ut (1, 49.): *Illius immensae ruperunt horrea messes*. Aut in consuetudine est, *rumpunt*, sive vehementer clamant. Et *exallacmenos* (ἐξηλλαγμένως) dixit, et arbusta rumpent cantu suo. — 335. *Tenues*; i. e. parvas, cui contrarium (est) illud: *Et pinguis flumine Nilus*. — 340. *Mapalia tectis*; *mapalia* casae Maurorum, qui in eremo (G. *hemo*) habitare dicuntur. Sicut illud Lucani (9, 945.): *Surgere congesto non culta mapalia culmo*. *Raris*; quia non iunguntur, et distantibus locis fiunt. — 344. *Omnia* etc.; quomodo tectum et larem baiulat pastor? solvitur: *tectum* dicit tentorium unde tectum faciat. Nunc *larem* deos dicit penates, i. e. ignem, unde focum faciat. — 345. *Armaque*; reprehenditur hic, quod Gaetulis sagittas, non lanceas dederit. *Amyclaeumque*; *Amyclaeum* non Laconicum, sed pro bono cane accipiendum. Item *Cressamque pharetram*, pro *bonam*. — 348. *Ante expectatum*, i. e. ante expectationem, et prius quam expectaretur, et ante quam putetur venire potuisse. *Hosti stat*; figurate, pro contra hostem stat. — 351. *Redit*; num addita praepositione; ut solet, pro, it, redit, quod ibi flectatur in sinum, et quasi redire videatur. Hinc annotandum vetuste *axem* pro septentrione positum. — 366. *Stiriaque*; stillicidium congelatum, *Stiriam* dicit. — 367. *Aëre*, *toto Aëre*, i. e., a terris ad coelum. — 381. *Trioni*; i. e. septentrioni subiecta et Hyperboreo, propterea quia regio, quae septentrioni subiacet, Hyperborea vocatur, ab eo quod flatus Boreae excedat. — 382. *Euro*; *Euro* pro vento accipere debemus. *Rhiphaei*; *Rhiphaei montes* sunt in eodem tractu. — 385. *Lappaeque*; quia laeta pascua, solorem lanam faciant, hoc est minutam, duram, atque hirsutam. — 386. *Continuoque*; *continuo* pro perpetuo, semper enim hoc fieri debet. — 392. *Fefellit*; cepit et fefellit. Et bene, *si credere dignum est*, quia dicturus erat impia in Deum. Fabula sic est: Pan cum Lunae

nore flagraret, ut illi formosus videretur, niveis velleribus se
·circumdedit, atque ita eam ad rem veneream illexit. Huius opi-
onis auctor est Nicander. Nec poterat esse nisi Graecus. —
5. *Cythisus*; arbor a Cythiso (*Cythno?*) insula, ubi multa
scitur, dicta. *Lotosque; lotos* arbor pyro similis, utraque pe-
ri bona. — 398. *Excretos*; i. e. separatos, aut qui excreve-
it, i. e. valde creverint. — 408. *Hiberi*; *Hiberi* gens in Ponto.
d magis de Hispanis intelligendum, quorum in latrociniis fama
aeponderat. — 425. *Est etiam*; ordo: Ille etiam est malus
guis, et convolvere solitus. Haec autem signa sunt, quibus
telligatur qualis sit hic anguis. — 428. *Rumpuntur*; ut supra
, 326.): *implentur*; aut pro erumpunt. — 431. *Improbus*; hic
idus. *Ingluviem*; Varro ad Ciceronem in lib. 23 *Ingluvies*
ri, inquit, *sunt circa gulam qui propter pinguedinem fiunt*
que interiectas habent rugas. Sed nunc pro gula positum. —
4. *Vepres*; *vepres* in masculino genere. At Lucretius feminino
xit: ut (4, 60.): *Illorum spoliis vepres volitantibus auctas*. —
0. *Unguine*; omnis succus, quo ungi potest, *unguen* dicitur. —
1. *Scillamque*; genus herbae, quod in limitibus agrorum poni-
r in Africa. *Helleborosque*; herba quae et *radicla* dicitur,
iae animalibus prodest. — 455. *Ad vulnera*; bene *ad vulnera*
o, ad facienda vulnera. — 461. *Bisaltae*; gens Thraciae. —
2. *Cum fugit*; *fugit* non hostem, sed quia vivit sic, ut mutet
cos. — 469. *Incautum*; quod sibi praecavere non possit. Ut
t apud Sallustium: *Repente incautos agros invasit*. I. e., qui-
is praecautum securum non est. Ut est (A. 3, 332.): *Incau-*
m, *patriasque obtruncat ad aras*. — 472. [*Aestiva*; ipsum
egem in aestivis morantem.] — 474. *Norica*; i. e. Gallica.
: dicendo aërias, verbum e verbo expressit. Nam Gallorum
igua alti montes, Alpes vocantur. — 478. *Morbo coeli*; quia
rruptus aër morbi causa est: ut ipse (A. 3, 138.): *Corrupto*
eli tractu. — 481. *Tabo*; abutitur pro pestilentia. — 483.
duxerat; pro contraxerat. — 484. *Rursus*; hic *Rursus* posi-
m pro contra, ut supra (138.): *Rursus cura patrum cadere,*
succedere matrum Incipit. — 488. *Cunctantes*; dubitantes
cerdotes. Cecidit: animal quod ad sacrificium ducebatur. —
3. *Ieiuna sanie*; sicca et exigua. — 498. *Herbae*; pro herba-
m, ut ipse: *Immemor herbarum quas est mirata iuvenca*, et
rsum (215.): *Carpit enim vires paulatim, uritque videndo*
mina, nec nemorum patitur meminisse nec herbae. Ergo
c, vel amore, vel miraculo carminis oblivionem herbae factam
cit; ita illic occupatione morbi. Quidam volunt ideo dictum,
udiorum atque immemor herbae, quod antiqui in pratis certa-
ina exhibere consueverant. Reliqua Grammatici legunt. —
17. *Tendunt*; pro tenduntur: aut tendunt se, aut equi tendunt.
· 513. *Erroremque*; *errorem* hic pro furore posuit. — 514.
udis; ut foeditatem exprimeret, adiecit *nudis*. — 517. *Tristis*
ator; morte iuvenci *tristem* dixit agricolam. — 522. *Electro*;
iod a nobis succinum appellatur, *electrum* vocant Graeci. —
3. *Urget inertes*; i. e. urget, et inertes facit. — 532. *Quae-*
tas etc.; manifestum est a Cydippe (al. *Chryside*) Argivae Iu-
nis sacerdote hoc tractum, quae cum boves deessent, filios
os Cleobin et Bitonem plaustro subiunxit, et sic ad templum

22*

deducta est, quod fas non erat illam venire sine plaustro. Nam apparet ad sacra Iunonis boves in illis regionibus defuisse, in quibus pestilentiam fuisse demonstrat. — 533. *Imparibus* autem non simile iugum ferentibus, cum alter maior esset, alter minor. — 548. *Refert*; prodest. — 550. *Chiron*; moraliter. Quoniam mali homines aut ad medicos aut ad divinos confugiunt, ut aut ope humana, aut divina adiuventur: ideo Chironem pro medico, Melampodem pro divino posuit. Alii hunc expiationis scientem dicunt. Chiron autem Saturni et Philyrae filius, fuit adeo medicinae peritus, ut etiam Aesculapium docuisse dicatur. — 552. *Pallida Tisiphone*; *Tisiphonem* hic, non unam Furiarum debemus accipere, sed pestilentiam, cui eleganter poëta hoc nomen dedit. *Agit ante*; i. e. ante se.

Georg. 4, 1. *Coelestia dona*; sive quod Iuppiter melle nutritus sit in insula Creta, sive quod in aëre concipiatur. Nam, ut ait Cornelius Celsus (G. *crassus*), apes ex floribus ceras faciunt: ex rore matutino mel. — 7. *Laeva*; laeva hic in bono posuit, ut (A. 2, 693.): *Intonuit laevum.* Alibi autem in malo ponit, cum dicit (E. 1, 16.): *Saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisset, De coelo tactas memini praedicere quercus.* — 8. *Vocatus*; pro invocatus. Vel quia poëtae in tutela eius sunt: vel quia pater est Aristaei, qui primus invenit, unde apes fieri possent. — 9. *Sedes*; κατὰ τὸ αὐτὸ *sedes statione petenda*, intelligendum etiam, si aliud a sedendo, aliud a stando dicitur. — 14. *Meropesque*; *Meropes* rustici *barbaros* appellant; et *aliae*, i. e., ceterae. — 17. *Immitibus*; *immitibus nidis* temporale epitheton est. Ideo enim *immitibus*, quia apibus vescantur. — 19. *Adsint*; praesentes sint. — 21. *Ut cum prima*; *prima* hic, pro *primum*: nomen, pro adverbio. — 25. *In medium*; *in medium*, non ad humorem (al. *honorem*) rettulit, sed absolute dixit. Et *inertem* hic pro otioso posuit, ut in Bucolicis (1, 28.): *Libertas quae sera tamen respexit inertem.* Quae vox ponitur et pro ignavo (ut) (A. 4, 158.): *Spumantemque dari pecora inter inertia votis Optat aprum.* Et pro eo quod sine arte fit: ut apud Lucilium in XIII. *ut perhibetur iners, ars in quo non est* (al. *erit*) *ulla.* — 32. *Irriguumque*; qui irrigat, alias qui irrigatur. — 39. *Fucoque; fucus* est genus cerae, qua pro glutine abutuntur. Graeci propolim (*propolios* G.) vocant. Alii sic: *fuco* pro medicamento posuit. Plautus in Poenulo (Mostell. 1, 3, 118.): *Vitia corporis fuco occulunt.* Sed vide ne de galbano dicat, quod separatim solent praeparare, propter remedia quibus adversus animalia utuntur sibi infesta. Unde ipse alibi (3, 415.) adversus colubros hoc dicit adhiberi. *Oras* autem alveariorum. — 40. *Gluten*; hic *gluten*. Sallustius autem, *hic glutino adolescebat.* *Munera*; utrum officia, an quod illis munera conferas, et alveos earum communias. — 41. *Lentius*; tenacius. — 47. *Propius*; ut (3, 355.): *Propius stabulis armenta tenerent.* Et alibi (A. 8, 556.): *Vota metu duplicant matres, propiusque pericli. Hic amor* (G. *timor*). — 49. *Odor coeni gravis*; ordo est: odor gravis, quia et levis dicitur, ut Sallustius: *Apud Corduenos amomum, et alii leves odores gignuntur.* — 50. *Imago*; quae Graece Εἰκὼν (G. *hecho*), Latine *imago* dicitur. Cic. Tusculanar. III. (2.): *Resonat tanquam*

imago. Hic autem sonus facit eas fugere. — 51. *Egit*; pro *persequitur.* — 54. *Libant;* degustant. Alibi, defundunt: ut (A. 7, 133.): *Pateras libare Iovi.* — 59. *Nare;* pro *volare.* Ut Ennius in primo: *Transnavit cita per teneras caliginis auras.* Proprietas tamen vocis ap ior est natantibus, quam volantibus. — 63. *Melisphylla; Melisphylla* herba est, quam, ut ait Varro, alii apiastrum, alii melinem appellant. *Cerinthe* (autem) a Cerintho urbe Boeotiae, in qua plurima nascitur. *Ignobile* autem non omnibus notum: *ignobile gramen*, vile, ubique nascens. — 67. *Sin autem ad pugnam exierint*; longior solito parenthesis, est enim ordo (86.): sin autem ad pugnam exierint, motus animorum, atque haec certamina tanta pulveris exigui iactu compressa quiescent. — 73. *Coruscant;* splendent. — 77. *Sudum; sudum* est serenum subhumidum; proprie autem *sudum* pars serena inter nubes, quasi semiudum. — 88. *Ambos;* legitur et *ambo: Revocari* autem *apes* vel lacte vel aqua mulsa, Plinius dicit. — 89. *Deterior;* modo quare deterior, si ille servatur, qui malus est? solvitur: deterior minus bonus, ut (et): (A. 1, 229.): *Tristior et lachrymis oculos suffusa nitentes.* — 90. *Vacua;* hic ad aemulum refertur, ut *Sola domo moeret vacua*, in qua maritus non erat. — 99. *Lita;* ordo est: ardentes auro corpora, et paribus guttis lita. — 100. *Coeli;* ut (1, 335.): *Coeli menses et sidera serva*, et (3, 327.): *Inde ubi quarta sitim coeli collegerit hora.* — 109. *Croceis;* ipse alibi (A. 1, 417.): *Sertisque recentibus alant*, i. e. olent. — 110. *Custos furum;* hic *custos* pro observator et prohibitor. Et alibi (4, 110.): *Hortorum custos cum falce saligna*, etc. — 111. *Hellespontiaci;* quoniam in Lampsaco civitate Hellesponti nutritus est. Hunc Liberi et Veneris filium, hortis et vineis custodem datum aiunt. — 112. *Ipse thymum pinosque ferens;* legitur et, *tinos.* Est autem laurus silvestris caerulea bacca. — 115. *Irriget;* *irrigare* ergo duobus modis dicimus: ut (Horat. Serm. 2, 4, 16.): *Irriguo nihil est elutius horto*; et (supr. 32.): *Irriguumque bibant violaria fontem. Imbres;* quomodo imbres irriget, cum terra aqua irrigetur? solvitur: bene dixit, Irrigat enim qui mittit, et cui mittit. Alibi (A. 1, 691.): *At Venus Ascanio placidam per membra quietem Irrigat.* — 119. *Paestum; Paestum* civitas Lucaniae. Haec civitas Posidonia dicitur: et est in agro Salentino, colonia Tarentinorum. — 123. *Aut flexi; flexi* pro flexibilis. *Vimen; vimen* pro caule positum. — 125. *Oebaliae; Oebaliam* arcem Tarentinam dicit a Lacedaemonio Oebalo, longe petito *epitheto*, quia Lacedaemonii duce Phalanto Tarentum condiderunt. — 127. *Corycium; Corycium* Cilicium a monte et civitate Ciliciae Coryco. Alii *Corycium* non natione sed peritia, quod haec gens studiose hortos colat, et sic dictum est, ut (E. 7, 4.): *Arcades ambo.* — 129. *Opportuna seges; seges* pro terra. — 130. *Rarum;* pro praecipuo et summo. — 131. *Vescum; vescum* tria significat, minutum, edule, multum. — 134. *Carpere poma;* pro carpebat, infinitum pro indicativo. — 139. *Fetus*; non sic dixit quasi pariantur, sed quasi studiose examinare parantibus. — 141. *Illi tiliae*; subaudiendum *abundare.* Ipsius autem manu duplex fuit scriptura, *tinus et pinus uberrima*, hic pro *plurima.* Fructum enim tinus nullum fert, sed multa semi

na facit. — 144. *Distulit;* in diversum locum tulit, quasi disposuit; et *seras*, hic, vetulas et magnas. Sallustius in XII. (G. *duo*) *serum bellum in angustiis fore*, pro, magnum. — 145. *Eduram;* e praepositio adimit significationem, et adiicit. Hic ergo *eduram*, nimium duram. — 152. *Dictaeo;* sed et hoc poëticum est. — 158. *Victu;* i. e. victui. Ut (A. 9, 605.): *Victu invigilant pueri.* — 166. *Inque vicem;* divisit: nam ordo est: invicemque, et *aquas*, hic, pluvias. — 168. *Fucus* est similis apibus, eo quod sit apibus nocens, quod cum ipse nihil gignat, aliena consumit. Plin. [in lib.] historiae naturalis, quasi imperfectas apes dicit, et habere aculeum negat. *Pecus* autem vetuste, quia omnia animalia pecora dicebant. — 169. *Fervet opus;* iuxta declinationem saepe dictam, *fervo*, *fervis*, *fervit*. Hinc est (A. 8, 677.): *Fervere Leucatem. Fragrantia;* i. e. redolentia, aut *thymo fragrantia.* — 170. *Fulmina; fulmina properant* vetuste ait, ut Plautus *Properant prandium.* Et Ennius: *Festinant diem.* — 171. *Taurinis follib.;* Plautus: *Quam folles taurini habent, cum liquescunt petrae ferrum ubi fit.* — 173. *Forcipe;* compositum nomen ex *formo* et *capiendum. Formum* enim veteres calidum dixerunt. — 177. *Innatus;* i. e. insitus. Ideo vero Athenienses, quod illic mel optimum gignitur. *Cecropias*, hic Atticas, quia Cecrops in Attica regnavit. — 178. *Quamque suo;* recte, ut labore suo quaerant, non aliena diripiant. — 183. *Ferrugineos;* caeruleos dicit. Ipse enim dixerat: *sunt et vaccinia nigra;* qui enim Graece hyacinthus, Latine vaccinium dicitur. — 188. *Mussant;* hic murmurant. Quae vox ponitur et in tacendi significatione, ut apud Ennium in XVII.: *Non possunt mussare boni, qui factam labore enixi militiam* (Burm. *qui facta labore Nixi militiae*) *peperere.* Interdum et pro dubitare: ut (A. 12, 657.): *Mussat rex ipse Latinus, Quos generos vocet. Mussant* autem, murmurant. Ennius in A. sic ait: *Aspectabat virtutem legionis, sive* (al. *sic*) *spectans si mussaret, dubitaretque denique causa pugnandi fieret, aut duri laboris.* — 198. *Concubitu;* dativus casus est, ut supra, *victu invigilant.* — 200. *Foliis;* apes, ut Plinius ait, gallinarum more incubant, et vermiculos creant. Sed rectius videtur, ut ne hoc quidem sciant, sicut concubitus nesciunt. — 201. *Quirites;* audaciter *Quirites*, cum proprie Romani sint. — 202. *Refigunt;* i. e. sufficiunt, ut *suffectus* dicitur *magistratus.* — 208. *Immortale;* ideo *Immortale genus.* Et alibi *at* potest abundare coniunctio. Est enim ordo: ergo ipsas quamvis angustus terminus, qui excipiat, genus immortale manet. — 211. *Parthorum;* his autem gentibus, (ut) ait Sallustius, adeo ingenita est sanctitas religionis: quas gentes tamen apes dicit amore circa regem superare Virgilius. *Hydaspes;* apud omnes satis constat *Hydaspen* flumen Indiae esse, non Mediae. Sed potest videri poëta Hydaspen Medum dixisse, iure belli, quod Medi duce Alexandro, vicerint Porum Indorum regem, et (eum) in suam redegerint potestatem. Oritur autem Hydaspes ex Caucaso, et miscetur Indo. — 219. *Secuti;* Pythagorae sectam versat, quam et Stoici sequuntur. Et quidam accusant, quod cum sit Epicureus, alienam sectam usurpare videtur. Sed ego puto simpliciter referri sententias philosophorum. Neque enim statim Epicureus debet

videri, si libertate poëtica ait (564.): *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope studiis florentem ignobilis oci.* — 223. *Pecudes*; more suo *pecudes* et *armenta* divisit, ut alibi (1, 3.): *Quae cura boum, quis cultus habendo Sit pecori.* — 224. *Vitas*; i. e. animas. — 225. *Huc reddi*; *huc*, i. e., unde sumptae sunt animae. — 226. *Omnia*; per omnes. *Nec morti*; *nec morti* esse locum, pro nec mori. — 227. *Sideris*; pro, siderum. *In numerum*; i. e. in modum. *Et alto succedere coelo*, ut ipsa sidera. — 229. *Sedem*; aliter *sedem relines*, aliter mella, et, utrum relines thesauros, an relines servata in thesauris, i. e. alvearia? — 230. *Ore fave*; cum religione ac silentio accede. In XVI. Ennius: *Hic insidiantes* (*Insidiantes hi?*) *vigilant, partim requiescunt tecti* (*contecti?*) *gladiis sub scutis ore faventes.* Ponitur eadem vox et pro velle, apud Ennium in XIII. (G. *XVI.*) *Matronae melos complent spectare faventes*, i. e. volentes. *Fumosque manu*; quia odores malos oderunt: ideo, *prius haustu sparsus aquarum.* — 231. *Fetus*; *flores* emendatum fuit. Et bene *gravidos flores*, quod ex his omnia generant. — 239. *Duram*; i. e. gravem. *Parces*; i. e. parces alimento illius futuro. — 244. *Immunis*; vitiosus (al. *otios.*), piger, et qui munere non fungitur. — 245 *Imparibus*; quia validiores sunt, quam sint apes. — 246 *Invisa*; *invisam Minervae* ex illa fabula dixit, quia videtur Aranea quondam virgo Minervam lanificii subtilitate provocasse: a qua victa, conversa est in hoc genus animalis, quod aranea texit. — 250. *Horrea*; spatia alveariorum. — 252. *Vita tulit*; longa parenthesis usque ad illum versum: *Hic iam Galbaneos suadebo incendere odores.* — 258. *Intus clausis*; ut in luctu homines solent. — 265. *Canalibus*; Varro Divinarum lib. VI.: *Canales eas despescit* (Burm. *dispicit*)*. Templa feminino (G. *despescit* (*dispescit?*) *templa. f.* etc.) genere *canales* dixit. — 273. *De cespite*; non de terra, sed de radice. — 278. *Mellae*; *Mella* amnis in Gallia Cisalpina, vicinus Brixiae, oritur ex monte Brenno. *Magistri*; Aristaeum dicit Apollinis et Cyrenes filium, qui primus invenit, quemadmodum apes possint reparari. — 285. *Tulerit*; pro genuerit, ut alibi (A. 11, 285.): *Si duo praeterea tales Idaea tulisset Terra viros.* — 287. *Pellaei*; *Pellaei Canopi* ideo dixit, quoniam Macedones Alexandriam condidere. Est autem Macedoniae civitas Pella, patria Alexandri, a qua (G. *quo*) dicta Alexandria est. A qua urbe XII. millia passuum distans vicus est, Canopus a Canobo Menelai gubernatore ita appellatus. Longo autem epitheto *Pellaei Canopi* sic usus est, ut alibi (A. 1, 338.): *Tyrios et Agenoris urbem*; et (A. 1, 284.): *Assaraci domum*, Romam. — 293. *Usque coloratis*; Terentius (Eun. 3, 2, 18.): *Ex Aethiopia usque in haec est.* Sallustius item: *Quem trans stagnum omnis usque ad flumen.* Hic ergo usque, e loco est, non, in loco, ut ipse: (A. 7, 289.): *Italiam lange prospexit ab usque Pachyno.* — 298. *Quattuor*; eos accipiendum, quos Homerus notavit Eurum, Zephyrum, Boream, Notum omnes autem venti praeter enchorios, i. e., regionales, sunt duodecim: Subsolanus, Eurus, Foenix Noctus, Libonotus [Africus,] Zephyrus, Argestes, Thracias (al. *Thrascias*), Aparctias, Boreas, Circius (*Caecias*). — 304. *Fragmenta*; i. e., posteaquam subiecerunt ramea fragmenta. — 314. *Leves*

ineunt; *leves* nunc ad armaturam. — 315. *Extudit*; i. e., unde sagacitas hominum hos ingressus cepit. — 317. *Peneia Tempe*; quia per ea *Peneus* fluvius. — 319. *Extremi*; extremum caput sic dixit, ut (A. 7, 49.): *Tu sanguinis ultimus auctor*, i. e. primus. — 328. *Relinquo*; pro amitto. — 335. *Hyali*; pro hyalino. *Saturo*; i. e. vitreo (al. *vineo*) colore, et Saturo, ebrio, ac per hoc presso colore, ut in consuetudine dicimus, *meracius satura*, *quae puris et meracius* (G. *quae pinguius*) *lucent.* Alibi: *Saturo*, Tarentino, quia ibi ager Saturus sit, dicitur. Ipse alibi (2, 197.): *Saltus et Saturi petito longinqua Tarenti.* Et non placet, ut aquatiles lanificae Tarentinam (al. Tarentinum) purpuram carpant. — 344. *Et tandem*; i. e., tandem virginitate deposita. — 350. *Vitreisque sedilibus*; ergo vellera similia esse debent, ubi perlucidus et caeruleus est color. — 367. *Diversa locis*; pro diversis locis. *Phasis* amnis (est) in Colchide. *Lycus* in Syria. — 368. *Enipeus*; in Thessalia. — 370. *Saxosumque sonans*; alias: *Saxosusque sonans*, non ut duo i elligendum, saxosus et sonans, sed ob saxa sonans; [i. e., asperum et vehementem sonum edens.] *Hypanis*; Scythiae amnis. *Caicus*; Mysiae. — 372. *Eridanus*; Galliae Cisalpinae, qui et Padus dicitur. — 373. *Purpureum*; altum, et per hoc nigrum tropice; legitur et *influit*. — 375. *Inanes*; pro levibus, et quibus succurri posset. — 377. *Mantilia*; huius singulare *Mantelum*. Plautus in Captivis: *Nec his Sycophantes, nec fucis ullum mantelum obviam est.* Lucilius autem *mantela* dicit mappas: *Mantela merumque.* — 379. *Adolescunt*; hic vim habet frequentationis, et *Panchaeis adolescunt*, i. e. Panchaicis odoribus incenduntur arae. — 380. *Bacchi*; quae Baccho, i. e., vino impleri solent. Ceterum Nymphis libari vino Pontifices negant. Et sane mox interdictum evidenter apparuit, cum ait: *Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam.* *Maeonii*; quae nunc Lydia, olim *Maeonia* vocabatur. In hac regione mons est Tmolus ferax boni vini. — 381. *Libemus*; sacrificemus. — 382. *Sorores*; aut inter se, aut suas. *Oceanumque*; secundum Physicos dixit, qui aiunt omnium rerum elementum aquam esse: in quibus Thales primus. — 383. *Servant*; pro incolunt, et obtinent: ut ipse alibi (459.): *Servantem ripas alta non vidit in herba.* — 384. *Vestam*; pro igni, et videtur superius de aqua sensisse, non de vino. — 387. *Carpathio*; Aegyptio. *Carpathos* enim insula est Aegypti, vel ut Pompeius dicit, insula Rhodiorum. Alii sic: *Carpathium* mare inter Rhodum et Alexandriam, quod abesse dicitur a Carpatho insula, ut Lucilius: *Carpathium mare transvectus, coenabis Rhodi.* — 388. *Piscibus*; eosdem et pisces et equos dicit. — 390. *Emathiae*; i. e. Macedoniae propterea meminit hoc loco, quia contermina est Thraciae. Alii sic: Pallene insula secundum Thermodontem, dicta a Palla Sithonis filia, quae nunc Chersonesus vocatur. Hac (al. *hanc*) Proteus quondam propter Busiridis crudelitatem relicta Aegyptum (al. *Aegypto*) petiit. — 391. *Pallenem*; hoc ideo dixit, quia Proteus antequam in Aegyptum commigraret, Thraciae fuit incola, ubi habuit uxorem Coronem (al. *Tor.*): filios Telegonum, et Polygonum, qui cum advenas luctari secum adigerent, et excruciarent, ad postremum victi et interempti ab Hercule animum

patris perculerunt. Quapropter cum taedio praesentium rerum, vellet solum vertere, Neptunus illic super mare specum fecit, per quam in Aegyptum commeasse dicitur. Pallene autem est Chersonesus in Thracia, cuius in faucibus Corone (al. *Tor.*) est oppidum, ab uxore Protei cognominatum. — 392. *Grandaevus Nereus*; *Nereus* Ponti et Terrae filius, deus maris, huius et Doridos filiae Nereides. — 395. *Turpes*; hic truces: ut: *Cui turpè caput*; vel potius enormes. — 398. *Praecepta*; responsa. — 400. *Frangentur inanes; circum haec*, secundum haec, i. e. cum quis caruerit omnibus vitiis (G. *cum se victum viderit*). Et *inanes doli*, non quia inanes sunt, sed inanes eos facies, si adhibueris vim. — 404. *Se recipit*; Proteum dicit. — 406. *Species*; i. e., facies. — 416. *Perduxit;* prius unxit. — 421. *Deprehensis olim;* pro aliquando: et *deprehensis*, verbum proprie nauticum, cum tempestate occupantur, sic alibi (A. 5, 52.): *Argolicove mari deprensus.* — 425. *Sirius;* stella in ore canis. Hac oriente maximi calores et ex his graves morbi: ideoque Romae omnibus annis sacrum Canarium fit per publicos sacerdotes. — 426. *Ardebat*; i. e., siccabat. *Medium orbem* ideo dixit, quoniam in medio mundo terra est, et in hac omnis aqua quam sidera in alimentum trahunt, maxime meridiano tempore, quo ardentissimus sol est. — 427. *Hauserat*; hic pro tenuerat. Ut ibi: *Simul hausit dextera.* Alii sic: ordo: Torrens Syrius Indos ardebat. *Syrius* enim a poëtis (et) pro sole ponitur: ab aliquo eorum canicula intelligitur. *Hauserat;* i. e., invaserat. — 434. *Vesper;* non *Vesper*, sed pastores tempore eius admoniti. — 437. *Quoniam*; pro postquam, Pacuvius: *Quoniam ille interit, imperium Calefo transmissum est.* — 443. *Fallacia;* legitur et *Pellacia*, i. e. fraus: ut, *pellacis Ulixi;* (et) Lucretius (2, 559.): *Subdola cum ridet penitus pellacia ponti.* — 445. *Nostras;* ordo: quis nam confidentissime, pro audacissime. *Confidentiam* enim veteres pro impudenti audacia dicebant ut Terentius (Andr. 5, 3, 5.): *O ingentem confidentiam! Iuvenem;* Aristaeum. — 450. *Vi denique;* hoc loco suscipit numen. — 452. *Graviter frendens;* grandem sonitum dentibus reddens, et aliter: hoc est, affata (*ad fata*) proferenda. — 453. Bene dixit, *non te nullius.* Haec enim numina non humiles sunt, sed magni, et significat Tisiphonem: i. e. mortis ultricem. Nam ideo Tisiphone dicta est, quasi ulturae mortis ultio, quae dicitur Graece τισιφόνος (τισιφόνη. G. *tisiaphonos*). Et aliter. Asper, *non nullius*, inquit, i. e., non levis numinis; significat autem Nympharum, non, ut quidam volunt, Orphei manium. — 454. *Magna lues;* i. e. magnum scelus. — 459. *Servantem;* hic, obtinentem. — 462. *Pangaea;* Thraciae montes. *Rhesi; Rhesus* dux Thracum. Et est prolepsis. Quia Rheso Orpheus antiquior est. Idcirco autem Thracia *Mavortia* tellus dicitur. Rhesus dux Thracum, quia in divisione terrae Marti cessit. — 463. *Actias*; ideo dicta, quod Atheniensis fuit. Quidam volunt *Atticen* primo vocitatam Actiacen, quia sit litoralis. — 464. *Orithya;* Erechthei et Praxiotelis (*Praxitheae*) filia, ab Aquilone in Thraciam rapta Zethum et Calain filios edidit. — 467. *Taenarias;* in Taenaro enim, promontorio Laconicae, demonstratur alta quaedam vorago per quam emersisse Hercules ab inferis dicitur, cum duceret Cer-

berum. — 479. *Cocytus*; fluvius inferorum. Et aliter: *Cocytus* amnis apud inferos, ex Styge profluens *ἀπὸ τοῦ κωκύειν* quod est gemere et flere. — 480. *Styx*; palus apud inferos. — 483. *Tenuitque*; i. e., tacuit. — 484. *Vento*. *vento* pro adventu significat, ut sit septimus casus: aut *vento* (G. *ventu*) verbum gerundi est. Nam intelligi debet adventu. Fit enim gerundi sic: ventum ventu. Ipse alibi (A. 11, 230.): *Et pacem Romano ab rege petendum*. Quidam sic: *vento*, audiendum, consistentem, ut est illud (E. 2, 26.): *Cum placidum ventis staret mare*. — 502. *Praeterea*; ultra. — 508. *Aeria*; quae sit vicina astris. *Strymon* autem amnis est, finiens Thraciam, sed hic pro Hebro positus. — 511. *Philomela*; luscinia. — 515. *Integrat*; renovat. — 517. *Tanais*; fluvius, qui dividit Asiam ab Europa. Est autem Scythiae. — 520. *Cicones*; gens Thraciae, a Cicone Apollinis filio dicta. Orpheus autem quoniam post obitum Eurydices omnes feminas fastidiit, translato in pueros amore, discerptus est. Asper, *quo munere*, ob quam rem, vult accipi. Potest et, *Spretae quo munere*, i. e. matrimonii. — 521. *Nocturnaque Orgia*; quia sacra eius nocte celebrantur: ex quo *Nyctelius* est cognominatus. — 523. *Caput a cervice revulsum*; constat caput Orphei in Hebrum proiectum, et fluctus in Lesbum insulam detulisse. Hebrus autem fluvius in Thracia est, qui ex fontibus Rhodopes manans perlabitur (G. *Rodope montis prolab.*). Dictus ab Hebro Boreae fratre, quem nunc *Oeagrium* dicit, ab Oeagro rege Thraciae Orphei patre. — 535. *Napaeas*; nemorum nymphas. *Νάπας* enim Graeci dicunt nemora. Et *faciles* hic pro placabiles. — 541. *Delubra*; ad templa. — 542. *Demitte cruorem*; i. e. sacrifica modo. — 545. *Inferias Orphei*; ut irarum obliviscatur. — 561. *Euphrates*; flumen, quod dividit Mesopotamiam a Syria et Cappadocia. — 562. *Affectat*; pro intendit. Ut apud Plautum (Aul. 3, 6, 39.): *Ut me deponas vino eam affectas viam*. Et apud Terentium (Heaut. 2, 3, 59.): *Nam disciplina est eisdem munerarier ancillas, qui ad dominas affectant viam*. — 564. *Parthenope*; Lutatius lib. IV. dicit, Cumanos incolas a parentibus digressos, Parthenopen urbem condidisse, dictam a Parthenope Sirena, cuius corpus etiam postquam ob locorum ubertatem, amoenitatemque magis coeptum sit frequentari, veritos ne Cymaeam desererent, inisse consilium Parthenopem diruendi. Post etiam pestilentia affectos, ex responso oraculi urbem restituisse, sacraque Parthenopes cum magna religione suscepisse, nomen autem Neapoli ob recentem restitutionem imposuisse. — 565. *Audaxque*; quidam *audax* propterea dictum volunt, quod in duabus eclogis quae sunt in Bucolicis, occulte invectus sit in Augustum propter agros. Et, *carmina lusi*, figurate. (*Tityre te patule cec. sub t. f.*; primum librum propter hunc significat.)

PROBI

IN

VIRGILIUM COMMENTARIUS.

Bucolicorum omnis origo triplex esse fertur. Primum a Lacedaemoniis. Nam cum Xerxes Graeciam affectaret, et terribilis esset, relictis civitatibus, omnis Graeciae gens in deserta loca refugerunt; post cum apud Marathonem victus recessisset, Lacedaemoniis reversis in Peloponnesum, religiosior fuit cura Dianae Caryatidis colendae. Nam forte ipso die reverterunt in patriam victores, quo fieri sacra eidem deae competebat. Sed quoniam praesentia virginum deesset, quae ea celebrare consueverant, ne sacrificium intermitteretur, pastores ex vicinis agris contraxerunt, et per eos sacra expedierunt, adhibitis carminibus etiam rusticis, Ritum autem sacrorum Bucolicon appellarunt; non quoniam solum boum pastores ipsi fuerint, sed quoniam boves pecora praestarent magnitudine. Hoc idem carmen Astrobicon dictum est, a forma sedilis, quo advecti fuerant, qui illa cantaturi erant. Sunt autem Astraba vehicula, dicta παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι, quo titulo et Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eiusmodi vehiculis inductae. Altera causa ad Siculos pertinet. Ante Gelonis tyrannidem Syracusis lue pecora interibant. Quibus refovendis votum fecerunt; eiusque voti compotes, templum Dianae instituerunt, quam Lyaeam vocaverunt, propterea quod malis essent absoluti. Ad eius dedicationem plurimi pastores confluxerunt, cum utribus vino plenis, et panibus figuras ferarum vel pecorum referentibus. Iique instituerunt, ut qui convenerant, laudes deae decantarent, coronato, qui eas rectius prosequeretur; contenderent autem ea forma ornati, ut cornua fronti adiuncta taenia obligarent cum utre et reticulo, quo panificia haberent

cum clava, is qui vicisset praemium haberet, quod is qui victus erat contulisset. Permissumque, ut inde irent, et quibus certaverant, eisdem illis fausta ominarentur. Quod genus religionis hodie conversum est in quaestum. Iidem sunt enim, qui Bucolistae nominantur. Tertia opinio ad eosdem Siculos pertinet, sed ex alia ratione. Nam Orestes post parricidium furens, responso didicit, quod deponeret furorem ita demum, si recuperata sorore Iphigenia ablueretur fluvio, quod septem fluminibus confunderetur. Diu vexatus cum in Taurica Iphigeniam reperisset, venit ad fines Rheginorum; ibique invento flumine elutus traiecit in Siciliam, et iuxta Syracusas, a somnio admonitus, simulacrum deae, quod secum de Taurica advexerat templo posito consecravit; quam appellavit Fascelitim, quod fasce lignorum tectum de Taurica simulacrum extulisset. Eius deae nomen brevi approbatum, propterea quod plurima pecora muneri quisque conferebat. Quae cum incrementassent, non defuerunt qui gratuitam custodiendis operam adhiberent; contenti tanquam constituta mercede lactis vel casei. Huius autem fluminis, apud quod purgatus est Orestes, Varro meminit Humanarum X. sic: Iuxta Rhegium fluvii sunt continui septem: Latapadon, Migodes, Eugyon, Stacteros, Polme, Melcissa, Argeades. In his a matris nece dicitur purgatus Orestes, ibique diu fuisse ensem, et ab eo aedificatum Apollinis templum, cuius loco Rheginos, cum Delphos proficiscerentur, re divina facta, lauream decerpere solitos, quam ferrent secum." Item Cato in Originibus tertio: Rhegini Taurocini vocantur de fluvio qui praeterfluit. Id oppidum Aurunci primo possederunt; inde Achaei Troia domum redeuntes. In eorum agro fluvii sunt sex: septimus fines Rheginorum atque Taurinum dispescens, fluvio nomen est Paccolico. Orestem cum Iphigenia et Pylade dicunt maternam necem expiatum venisse. Et non longinqua memoria est, cum in arbore ensem viderint, quem Orestes abiens reliquisse dicitur." Fascelitis autem Dianae Lucilius quoque in tertio Saturarum meminit sic: Et saepe quod ante Optasti, freta Messanae et Rhegina videbis Moenia, tum Liparas Fascelinae templa Dianae. — Carmen Bucolicum legem habere videtur, uti versus eius quartus pes partem orationis finiat, quod Theocritus custodivit. Nam Virgilius in primo versu attendit, sequentem protinus alia forma fecit. Bucolica Theocritus facilius videtur fecisse, quoniam Graecus sermo sic videtur divisus, ut Doris dialectos, qua ille scripsit, rustica habeatur. Opportunum fuit ergo ei qui pastores inferebat, ea lingua disputasse. Virgilio tanto factum opus maius, quanto una lingua loquens sensus rusticos aptare elaboravit, sine reprehensione sermonis. Sunt quaedam propria, heroico carmini sublimia, sed bucolico humilia; quae apte divisisse Virgilius notatus est. Nam cum Aeneas Didoni gratias ageret, eiusque se, quamdiu natura rerum stetisset, memoriam habiturum confiteretur, sic ait (A. 1, 607.): In freta dum fluvii etc. Sic et Tityrus cum beneficiis Augusti gratias ageret, rerum naturae perpetuitatem pastori congruentibus sensibus tractavit, sic (E. 1, 60.): Ante leves ergo pascentur etc. In hoc etiam carmine quosdam versus posuit, qui possent heroico carmini aptari, ut sunt (E. 2, 45.): Huc ades etc. Et quoniam intelligebat sublimius se dixisse, novissi-

versum attenuavit, quo rustico sensui carmen aptius fecit. — lius autem ut Bucolica scriberet, causam eiusmodi habuit. iius Octaviam Sororem Augusti uxorem habebat, et provin- sortitus est Aegyptum; ubi cum Cleopatram adamasset et em dixisset, repudio Octaviae dato, et speraret de imperio ndriae constituendo, hostis publicus appellatus est. Quem cutus Augustus, exercitum in orientem ducebat, eumque superavit apud Actiacum Apollinem. Italiae ergo civitati- liversas partes sequentibus, Cremonenses et Mantuani neutri auxiliati; sed hoc Augustus indignatus, veteranis quorum ım in bello habuerat, agros Cremonensium dividi iussit, et n suffecissent, Mantuanos adiungi. Unde factum, uti Vir- quoque agros amitteret, quos sexaginta veterani accipe- Sed insinuatus Augusto per Corn. Gallum, condiscipulum ı, promeruit, ut agros suos reciperet. Et eo facto concita- in se veteranos adeo ut a Milieno Torone primipilari e sit interfectus, nisi fugisset, ut contestatur ipse, cum ait , 14.): Quod nisi me quascunque novas componere lites etc. as ergo agens Augusto, quod recepisset agros, Bucolica sit, sed non eodem ordine edidit, quo scripsit. Est enim a qua ereptos sibi agros queritur, sic inchoans: Quo te i pedes etc. Et ea posita est in ultimo. At prius queri fuit ıum, dein testari beneficium. Ergo praeponi illa ecloga erat, et sic haec substitui, qua gratias agit. Sed Virgilii lium hoc fuit, ne offenderet imperatorem, cuius seculo li- ı legendum praebebat, maluit instare testimonio. Nam ipsa a est, quae de Damno refert, nec in ultimo posita est, ne ic insigniter legeretur. Plerumque enim quae in medio ntur inter prima delitescunt. Qua pronuntiatione quaeque a legi debeat, sic ordinabitur, quoniam in ipsis, si quae ında putat, carminis facit mentionem; si non putat, huius no nominis non meminit. Ideo quia secunda ecloga cantan- rat, ait in principio: O crudelis Alexi, nihil mea carmina s. In tertia usquequo cantanda non fuit, praemisit; at ubi ındum erit: Ab Iove etc. Et in reliquis eclogis hoc idem animadvertere. Nam Georgica quomodo pronuntiarentur, n ostendit dicendo: Hinc canere incipiam: Item Aeneida, iam plasmate legi volebat, ait: Arma vir.q. cano. — Tityri eliboei personas de Theocrito sumsit. Sed tamen ratio haec inum est. Hircus libyca lingua Tityrus appellatur; Meliboeus ce boum diligens. Congruentia igitur pastoribus nomina. otus liber per allegoriam intelligitur; facit enim se esse Ti- n, et Meliboeum Corn. Gallum, qui admiretur, quod Vir- s solus agros retinuerit. Nec mirandum, quod infra se se- dicit, cum certum sit, eum, ut A. Pedianus dicit, XXVIII. s natum Bucolica edidisse. Nam eadem licentia senem se , cum sit iuvenis, qua pastorem se fecit, cum sit urbanus; Tityrum nominat, cum sit Virgilius. — Omne carmen in caracteres dividitur: Dramaticum, in quo personae tantum untur; exegematicum, in quo solus poëta; mixtum, ubi pro- ue et poëta et persona. Omnium specierum eclogas in Bu- is posuit. Dramaticon, erit prima: Tityre; exegematicon: ides Musae; mixtum erit: Prima Syracusio etc.

Ecl. 2, 24. *Amphion Dircaeus*; Amphionem et Zethum Euripides, et apud nos Pacuvius, Iovis ex Antiopa, Nyctei filia, ait natos, cantando coluisse armenta vocare. Testantur id Thebae, quas Apollonius in Argonauticis a fratribus antedictis muro esse clausas ait. Sed Zethus humeris saxa contulit operi, Amphion cantu vocavit, siquidem sensus animalium facilius quam saxa vincuntur. Pamnyasis (*Pann.*) et Alexander lyram a Mercurio muneri datam dicit, quod primus Cynaram liberaverit. Dircaeum autem dixit pro Thebano, a fonte Dirce. *Actaeo Aracyntho*; amoeno monte Thebano, quem Actaeum dixit, non Atticum, sed quod ibi Actaeon a canibus sit laceratus. — 48. Narcissus flos, ut Acusilaus refert, a Narcisso Amaranthi, qui fuit Erechtheis, ex insula Euboea, interemptus ab Epope. Ex cruore eius flores qui nomen eius acceperunt procreati. A pictore Narcissi floribus Erinnyas, i. e. furias primas esse coronatas aiunt. — 61. *Pallas*; ab hastae quassatione dicta, i. e. vibratione, quod sit bellicosa; πάλλειν enim, quatere vocant Graeci. Haec primum aedificationis usum invenisse dicitur.

Ecl. 3, 40. *Conon*; Samius Mathematicus, Aegyptius natione, Ptolemaeo libros de Astrologia septem reliquit, sed quoniam fuerunt Mathematici, eleganter rusticum errantem inducit, dicentem: Quis fuit alter? Alter enim accipitur unus ex duobus. Porro alterum post Cononem, quem dicat, incertum est. Sed suspicantur Archimedem, quod Cononis discipulus; quidam Eudoxum Cnidium, qui de Astrologia scripsit; quidam Aratum, in quem fides videtur nutare, quoniam Prognostica fecerit; quidam Hesiodum, quod dixerit: Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων, quod et hic: Tempora quae messor, quae curvus arator haberet.

Ecl. 4, 4. *Cumaei*; vel a Sibylla, quae Cumana; et post quattuor secula παλιγγενεσίαν futuram cecinit; vel Cumaei carminis, i. e. Hesiodi, a patre Dio, qui Cumaeus fuit. Hesiodus autem libris suis quattuor seculorum facit mentionem. — 34. *Tiphys*; gubernator navis Argus. Argo a celeritate dicta est. Sic et Homerus, qui κύνας ἀργοὺς celeres dixit. Inde arguti, qui multum ac celeriter loquuntur; ut arguta hirundo. — 58. *Pan etiam*; Pan, Mercurii et Penelopes filius, fistulam carmenque composuit. Simplici iteratione eadem consectatur, ut ibi (G. 4, 341.): Oceanitides ambae, Ambae auro, pictis incinctae pellibus ambae. Nunc casuum et generum permutatione, ut (A. 1, 448.): Aerea cui gradibus surgebant limina, nexaeque Aere trabes, foribus cardo stridebat ahenis. Item (A. 4, 138.): Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum, Aurea purpuream subnectit fibula vestem. Ne sit mirum, hanc quoque iterationem a Poeta frequentatam.

Ecl. 6, 31. *Namque canebat*; hactenus breviter; nunc ut omnis quaestio tractetur, quaeritur, an poëta quattuor solis, et his in omnibus principia rerum convenire confirmet? tunc deinde: an revolutis super eadem re sensibus, paria percurrat? Ut igitur sensum plene intelligamus, hoc quod est ab eo versu: Namque canebat etc.: proprium in Virgilio est, ut nihil magnum sua auctoritate confirmet, sed aut a Musis conceptum dicat, aut admirabile famae tribuat. Hoc quidam diffidentiae dicunt. Nam si confirmet, inquiunt, opiniones hominum, ad credendum

facilius nos inducent. Sed poëta fortius probat, cum suae opinioni etiam famam consentire pronuntiat, ut est illud (A. 1, 15.): Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam; et illud (A. 3, 578.): Fama est, Enceladi etc.; et illud (A. 6, 14.): Daedalus, ut fama est etc.; et illud (A. 7, 765.): Namque ferunt fama etc.; et illud (A. 6, 74.): Quid loquar, aut Scyllam Nisi etc. Quae nisi famae auctoritas fulciat fabulosa videntur et inania. Hic autem fama Sileni, eque auctoritate quae canit confirmat. Omnem igitur hanc rerum naturae formam, tenui primum et inani mole dispersam refert in quattuor elementa concretam, et ex his omnia esse postea effigiata, Stoici tradunt: Zenon Citiaeus, ac Speusippus Solaeus, et Cleanthes Thasius; qui principem habuerunt Empedoclem Agrigentinum, qui de his ita scribit: *Τέσσαρα δὴ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἔασιν, Ζεῦς ἀργὴς Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' Ἀϊδωνεύς, νῆστις θ' ἣ δακρύοις γε πικροῖς νωμαβρύτειον γένος.* Ut accipiamus *Ζεὺς ἀργὴς* ignem, qui sit *ζέων* et candens, quod ignis est proprium, de quo Euripides: *Ὁρᾷς τὸν ὕψον, τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα, καὶ τὸν περιέχοντα ὑγρὸν ἀγκάλαις τὸν νόμιζε Ζῆνα.* Ennius: Aspice hoc sublime candens quem vocant omnes Iovem. *Ἀργὴς* autem, i. e. *λαμπρὸς ἢ ταχύς.* Nam et Homerus: *καὶ κύνας ἀργούς*, et Argus undique lucens et videns. Hoc idem Virgilius exsecutus ait: Et liquidi simul ignis; purum demonstrans, non liquentem: Et liquidum super aethera lapsae; aeque purum. Item: Quod fieri ferro liquidove potest electro; puri coloris. Ubi autem ait: Liquido distendunt nectare cellas. Nec enim liquenti pro fluenti dixit, sed puro. In hoc enim commendatio est operis apum; nec enim laus est mellis, si fluat, sed gloria, si lucidum visatur. *Ἥρη* autem *φερέσβιος* terram tradit, quod victum ferat, de qua Homerus *ζείδωρος ἄρουρα.* Unde *τὴν Ἥραν* quidam *ἔραν* appellarunt. *Ἠδ' Ἀϊδωνεύς*, Ditem patrem glossa significat. Sed accipere debemus aëra, quem Euripides in Cadmo *χάος* appellavit, sic: *Οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς καινοῖς φοιτῶν ἕδος δαιμόνιον, τόδ' ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονός, οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος.* Quia quibusdam videtur, aëra qui ex summa montium et ima terrarum segnis faciat, cum reliquo, qui superincubat, esse obtusiorem, atque ita vicem inferiorum obtinere. Hoc autem annotasse Virgilium aiunt in sexto (887.): Tota passim regione vagantur Aëris in campis laetis, atque omnia lustrant; ut post mortem soluto corpore umbrae in hac obversentur caligine, animae ultimo aëri et puriori transmittantur. *Νῆστις τε* aquam significat, quae scil. sincero habitu cuncta confirmet. Nam creditur id eundem hominem quem acceperit servare. Cicero autem *Ἀϊδωνέα* pro terra interpretatur, *ἥραν* pro aëre, vice versa lib. II. de Deor. Nat. (26.): Aër, inquit, ut Stoici disputant, interiectus inter mare et coelum, Iunonis nomine consecratur, quae est soror et coniux Iovis, quod ei similitudo est aetheris et cum eo summa coniunctio. Effeminarunt autem eum, Iunonique tribuerunt, quod nihil est eo mollius. Sed Iunonem a iuvando credo nominatam. Haec de aëre. Infra de terra sic: Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dicata est, qui dives, ut apud Graecos *Πλούτων*, quia et recidunt omnia in terras et oriuntur ex terris. Idem hoc Homerus significat sic (Il. o, 189.): *Τριχθὰ*

δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος ἔμμορε τιμῆς, Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ παλλομένων, Ἀΐδης δ' ἔλαχεν ζόφον ἠερόεντα· Ζεὺς δ' ἔλαχεν οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι· Γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος. Ut ad Iovem aether pertineat, mare ad Neptunum, Ditis imperia apud inferos, terram communem omnibus remansisse. In quo animadvertendum est, quod Homerus consentiat Empedocli et Heracleoni, Cicer. diversa opinione. Aristoteles quattuor elementa ait, aquam et terram ponderibus suis deorsum ferri, ignem et aëra tenuitate sua sublevari, et his quattuor elementis quintum, quasi proprium, aethera addit privata mole discretum. Idem Aristoteles ait, non esse idem, ignem et aera; diversitatemque eorum comprobari ex eo, quod ignis omnia consumat, aether omnia conservet et nutriat. Anaxagoras his quattuor elementis constitutis rectorem adiungit sive spiritum, sive deum, sive mentem; per haec quattuor reguntur. Hic Anaxagoras Abderites fuit, Democrito popularis et discipulus; quanquam alii Dionysium Cyzicenum, quidam Aristotelem magistrum eius affirment; vir nobilis, amicus Alexandri, apud Persas comes. Hic animum principium omnium sensuum facit; quem secutus Plato in lib *περὶ Ψυχῆς* sic ait: *Ἀλλ' ἀκούσας μέν ποτε ἐκ βιβλίου τινὸς ὡς ἔοικεν Ἀναξαγόρου ἀναγινώσκοντος καὶ λέγοντος, ὡς ἄρα νοῦς ἐστιν ὁ πάντα αἰεὶ κοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος, ἔδοξέ μοι εὖ ἔχειν, τὸν νοῦν εἶναι πάντων αἴτιον, καὶ ἡγησάμην, εἰ τοῦτο οὕτως ἔχοι, τόνδε νοῦν κοσμοῦντα πάντα κοσμεῖν.* Quod aeque Virgilius idem secutus est: Spiritus intus alit, totamque infusa per artus Mens agitat molem. Nam quod Anaxagoras *νοῦν* hunc (*hic?*) spiritum dixit; et quoniam incidimus in hunc locum, pars est praesenti quaestioni, summatim videamus, quid in his quoque agat Virgilius. Versus ita se habent (A. 6, 724.): Principio coelum ac terras camposque liquentes Lucentemque globum lunae, Titaniaque astra Spiritus intus alit. Quod ibi Anchisen facit disputantem, quod hic Silenum deum; non nisi quod poëta Ennius Anchisen augurii, ac per hoc divini quiddam, habuisse praesumit: Sic doctus Anchises, Venus quem pulchra dearum Fari donavit divinum pectus habere. Naevius belli Punici lib. III. sic: Postquam avem aspexit templo Anchises, sacra immensa penatium ordine ponuntur, immolabat auream victimam pulchram. Virgilius sic: Et si pietate meremur, da deinde augurium pater, atque haec omnia firma. Nisi enim petiis et omnia, nunquam confirmari optasset. Dehinc visa stella ait: Vestrum hoc augurium etc. Idem Virgil. in III. Aeneid. ubi primum Italiam, quo auspicati sunt, ac templum in arce Minervae, conditum ab Idomeneo et Salentinis. De qua re haec tradit Varro, qui (sic Menippeus, non a magistro, cuius aetas longe praecesserat, nominatus, sed a societate ingenii, quod is quoque omnigeno carmine satiras suas expoliverat) in tertio Rerum Humanarum refert: Gentis Salentinae nomen tribus e locis fertur coaluisse, e Creta, Illyrico, Italia. Idomeneus e Creta, oppido Lyctio pulsus, per seditionem, bello Magnensium, cum grandi manu ad regem Clinicum venit, ad Illyricum; ab eo item accepta manu cum Locrensibus plerisque profugis in mari coniunctus, amicitiaque per similem causam sociatis, Locros appulit, vacuata eo metu urbe, ibique possedit aliquot oppida, et

condidit, in queis Uria, et castrum Minervae nobilissimum. In tres partes divisa copia, in populos duodecim, Salentini dicti, quod in salo amicitiam fecerint. Cum ad hanc igitur arcem, sive oppidum equos animadvertisset Anchises, ut augur exclamat: Bellum o terra hospita portas, bello armantur equi, bellum haec armenta minantur. Sed tamen iidem olim curru succedere sueti Quadrupedes et frena iugo concordia ferre; Spes est pacis, ait." Aperte igitur Anchises de rebus divinis alibi loquitur, ut hic Silenus. Quaeramus igitur, an et ibi, sicut hic, quattuor principia designet. Principio coelum ac terras etc. Nam terram simpliciter dixit, in campis liquentibus mare significat. Ceterum coelum quod dixit, si pro igni accipimus, ubi aër? sin vero coelum pro aëre, ubi ignem requiremus? Aemil. Asper cum hunc locum annotaret, sic ait: Haec membra naturae sic solet iungere, ut in tria dividat; nam et alibi maria ac terras coelumque profundum. Et Homerus: Ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξεν, ἐν δ' οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλασσαν. Sed et Homerum ipso hoc loco possumus probare quattuor elementorum mentionem fecisse; nam ἐν μὲν γ. ἔτ. Achilles significatur, ut homo terrenus, cui arma fiebant; ἐν δὲ οὐρ., aërem scil., in quo ista fiebant. Ignem extrinsecus adhibemus in ipso Vulcano. Similiter et Ennius in Medea exule in his versibus: Iuppiter, tuque adeo summe sol, qui res omnes inspicis, quique tuo lumine mare, terram ac coelum contines, inspice hoc facinus, priusquam fiat, prohibe scelus." Iam et hic Iuppiter et Sol pro igni, qui mare terram et coelum continet, non dubie coelum pro aëre dixerit. Ita ut Virgilius: Daedalus, ut fama est etc. Nam Daedalum volantem aër sustinuit, ignis prodidit, ut Icarum. Et in eodem: Geminae cum forte columbae Ipsa sub ora viri coelo venere volantes. Nam et avium volatus in aëre. Et Lucretius manifestius, cum ait: In hoc coelo, qui dicitur aër. Quanquam quod ad Homeri versus pertinet, ἠέλιον ἀκάμαντα ignem quidam velint significari, quoniam Sol nihil aliud esse credatur, quam lumen igni permixtum. Hoc et Anaxagorae Clazomenio visum Socrates reprehendit, ut Xenophon in IV. ἀπομνημονευμάτων sic refert (c. 7, 6.): Κινδυνεῦσαι usque ad διαμείνει (sine lectionum vulgatarum varietate, nisi quod λίθον ante διαπυρ. omittitur). Igitur secundum exempla apud Virgilium cum coelum pro aëre positum intelligimus, ignem in eo interpretabimur, quod ait: Titaniaque astra. Ea enim esse ignea, per ipsum probanda in primis quod ait: Ubi maximus Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. Deinde: Me patris Anchisae, quotiens astra ignea surgunt. Item: Nam ne quaerant astrorum ignes. Item: Gnosiaque ardentis decedat stella coronae. Item Cicero in II. de Deor. nat. (c. 45. et 46.) sic: Quem complexa *etc. usque ad* orietur. (Variae lectiones: *quae aether; dixisse ante; alantur; trahunt in idem; quod astrorum ignes et aetheris flamma consumant; nostri eventur.; posset, nec remanere aër; itaque relinqui; ac de eo; fieret, denique ornatus orir.*) Sin vero coelum pro igni in his versibus intellexerimus, quem eundem mundum et κόσμον dictum probat Varro in Cynicis, quem inscripsit Dolium aut Ceria, sic: Mundus domus est maxima homuli, quem quinque altitonae flammeae zonae cingunt, per quam limbus

pictus bis sex signis stellis mirantibus altus in obliquo aethere Lunae binas acceptat, et appellatur a caelatura caelum; Graece ab ornatu κόσμος; Latine a puritie mundus." Si ergo coelum pro igni acceperimus superest in eo quod ait: Spiritus intus alit, aërem dictum praesumamus. Hic est etiam qui nobis vivendi spiritum commeatum largitur. Hoc illum et Ennius appellavit in Annalibus: Corpore tartareo prognata palude virago, Quoi per imber et ignis spiritus et gravis terra. Item Lucilius in XXII. Satirarum: Hoc cum feceris, cum ceteris reus una tradetur lupo non aderit ἀρχαῖς hominem, et stochiis simul privabit eum igni et aqua interdixerit, duo habet stochia, id maluerit, privabit tamen. Et Cicero in eo libro quo supra (c. 36.): Principio enim terra sita in media parte mundi, circumfusa undique est hac animabili spirabilique natura, quoi nomen est aër. Ut Virgilius in versibus superioribus: Terrarumque animaeque; cum significaret aëris. Ergo in his quoque versibus spiritum pro aëre accepimus. Quattuor elementorum facta descriptio, ad quam imaginem Varro mundo ovum comparavit, in Logistorico qui inscribitur Tubero de origine humana, sic dicens: Coelum est testa, item vitellum, ut terra, inter illa duo humor, quasi limus inclusus veri (*q. in sinum clusus aëri*), in quo calor. In eodem etiam libro Varro interpretatur vitellum appellatum, quia nutriat vitalia; nam et quod ait Virgilius (A. 1, 58.): Ni faciat, maria etc., non, ut Asper putat, mundum in tres partes divisit. Nam pro aëre venti hic extrinsecus accipiuntur; ad quod argumentum collegimus Ennii exemplum de Annalibus III.: Sic densis aquila pennis obnixa volabat Vento quem perhibent Graium genus aëra lingua. Item cum ait Virgilius: Quin aspera Iuno etc., nec hic trium tantummodo elementorum intelligenda auctoritas; nam Iunonis nomen insigne positum est aëris; et exemplo superiore Ciceronis, quo eam Iovi iunctam, ut aëri aetheri vicinum declaravit. Item Homeri versus eundem referunt intellectum, cum Iuppiter castigans ait: Ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε κ. τ. λ. Haec Iuppiter Iunoni dixit comminatus. Quae enim possunt Iunonis videri suspendia, nisi librati aëris elementa? Quae sunt pedibus dimissa pondera, nisi terrae marique iacentia? Quis aureus laqueus, nisi igneus? Quid enim si nomen Iunonis Graece pronunties saepius, nonne iteratum inciditur? Quinimmo consequitur nomen aëris, i. e. ut incipiat ἥρα, atque identidem revoluta, fiat aër. Sic etiam apud Homerum, ubi dii armis disceptant, Iuno Dianae adempsit, quae Luna confusa aëris densitate consuevit pati obscuritatem. Quanquam et eandem Lunam sive Dianam, et eandem Iunonem videri, ibi dicat Cicero in II. de Deor. nat. (c. 27.) sic: Luna a lucendo nominata; eadem est Lucina. Itaque, ut apud Graecos Dianam, eandemque Luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo invocant; quae eadem Diana annivaga dicitur, non a venando, sed quod in septem vagatur tanquam venatibus; Diana dicta, quia noctu quasi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, quod ii maturescunt, aut septem nonnunquam aut plerumque novem Lunae cursibus, qui quia mensa spatia conficiunt, menses nominati. Varro etiam in Logistorico, quem inscripsit Mesalla de valitudine, ait: Antiquos agrestes, venandi peritos, cum plurimum in silvis agerent, quod

veluti Diana duce ad investigandas feras paterent, Devianam appellasse deam, mox Dianam, quod intelligerent eandem esse, quae diem nascentibus daret." Plane trinam esse mundi originem et Lucretius confitetur dicens: Principio maria ac terras coelumque tuere, Quorum naturam triplicem, tria corpora texta. Et alio loco: Omnia personitus, arcet terram, mare, coelum. Afranius etiam in Augure: Modo posteaquam arripui trabes, hunc nostrum augurem mare, coelum, terram, ruere ac tremere diceres. Consentit et Pherecydes; sed diversa affert elementa: *Ζῆνα*, inquit, *καὶ χθὸν καὶ κρόνον*, ignem ac terram, tempus significans; et esse aethera, qui regat terram, qua regatur tempus, in quo universa pars moderetur. Sunt qui binis principiis mundum discriminent. Nam Xenophanes Colophonius terram et aquam prodidit. Quanquam ab Homero haec est tractata opinio: *Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένησθε.* Consentit in numero Euripides, sed speciem discriminat; terram enim et aëra inducit principia, sorori declaravit. — 79. *Quas illi Philomela dapes;* Progne filium communem Itym, per membra laceratum, Tereo praebuit epulandum. Confessa deinde quod fecisset, cum sorore effugit. Tereus vindex persequebatur; sed omnes demutati sunt in aves; Progne in hirundinem, Philomela in lusciniam, Tereus in upupam. — 83. *Eurotas; Εὐρώτας* amnis, ut Callimachus ait, in flumina serpit prope Laconum fines. Fontes autem agit ex monte Maenalo, confunditur Alpheo, rursusque discedit. Ripae eius lauro opacantur, quas ait Apollonius edidisse voces, cum easdem bucolico carmine referret. Beatum dixit, ob potentatum Laconum.

Ecl. 7, 61. *Populus Alcidae;* Alcides Hercules, ab Alcaeo avo; *ἀπὸ τῆς ἀλκῆς*, i. e. fortitudine. Pindarus initio Alcidem nominatum, postea Herculem dicit, ab Hera, quam Iunonem dicimus; quod eius imperiis opinionem famamque virtutis sit consecutus. In huius tutela populus; Liberi vites; Veneris autem myrtus Physici Herculem tempus dicunt interpretantes, ideoque populum ei assignari allegoricôs, ut, quia bicolor sit, partes temporis accipere possimus, i. e. noctis atque diei.

Ecl. 8, 27. *Gryphes;* ferae quae habent capita aquilae, cetera membra leonis, cum alis ingentis magnitudinis, in tutela Apollinis. — 31. *Maenalios;* pastorales, a Maenalo monte Arcadiae, quae regio plurima pascua habet. — 56. *Arion;* Methymnaeus citharoedus, eum in piratas incurrisset, impetravit, ut sub eodem habitu, quo in scenam prodire consuesset, canere ei liceret. Qui cum cantu delphinas elicuisset, et in mare se praecipitasset, exceptus ab ipsis perlatus dicitur in terram esse.

Ecl. 9, 13. *Chaonias columbas;* quoniam columbae in Chaonia, regione Epiri, in quercu arbore sedisse dicuntur, et humana voce dedisse responsa; et ita bonum augurium erat, si corvus dextra, cornix sinistra volaret, ut Cicero in Divinationibus: Quorum a dextris corvus, sinistra cornix facit augurium. — 47. *Dionaei Caesaris;* sic vocata Venus, sive mater Veneris est. Divum Iulium significat, cuius capiti in statua stella addita est.

Ecl. 10, 1. *Arethusa;* fons in Sicilia, a quo Musam videtur cognominare, quoniam Bucolica carmen Siculum; vel quia amoris causa Alpheus, Pisae fluvius, per mare defluens, in eam con-

venit. — 18. *Et formosus*; Adonis, ut Hesiodus ait, Phoenicis et Alpesiboeae; Agenoris Choantis, qui Syriam Arabiamque tenuit imperio, ut Antimachus ait; regnavit in Cypro, ut Philostephanus libro, quo quaestionis poëticae reddidit causas, ex Iove, sine ullius feminae accubitu procreatum. Hunc venandi studiosum fuisse, et ab apro interiisse, atque ita plurimis cognitum; pastorem non inveni fuisse, sed amatoriam Veneris induxit historiam. — 50. *Chalcidico versu*; Euphorion, elegiarum scriptor, chalcidensis fuit, cuius in scribendo secutus colorem videtur Corn. Gallus. — 62. *Hamadryades*; nymphae quae pariter cum arboribus et crescere et decrescere dicuntur.

Georg. 1, 1. *Quid faciat* etc.; praedivisione, quam Graeci προδιαίρεσιν vocant, quid quoque libro praecipiat, significat. Hic enim rationem arvorum cultibus agrestibus necessariam, ex siderum observatione relaturum se promittit; secundo demonstraturum, quemadmodum vitibus ulmi maritentur, et quae cum his olearum cura agi debeat; tertio, armentorum pecorumque rationem; quarto apum indicaturum. Dicturus quidem de arvis, ait: *Quid faciat* etc.; de arboribus: *Ulmisque* etc.; de pecoribus et armentis *Quae cura* etc.; de apibus: Atque apibus etc. — 5. *Vos o* etc.. hoc loco vult intelligi Lunam, Cererem, a creando dictam, quia maturet fruges; Solem, Liberum, quia libere pervagetur per aëra, neque ei fulgor aliorum siderum lumina perstringat, vel quia maturet vineas. — 7. *Vestro* etc.; Chaonia dicta glans, a Chaonia regione Epiri, in qua Dodonaei Iovis est oraculum, a loco dictum Dodone, eius regionis. Itaque columbas existimant etiam ab ea regione Chaonas dictas, et in oraculo fuisse vocales. et responsa dedisse consulentibus. Traditur etiam quercus arbor, subiecta tutelae Iovis, fuisse aeque vocalis, ut Dodone. et responsa dedisse apud idem oraculum, quod testatur Virgilius, dicens: Atque habitae Graiis oracula quercus. Unde dici Chaoniam glandem, ipse declarat, cum dicit: Chaoniique patris glandes. Appellata autem est ea regio, a Troiano Chaone, Chaonia, ut ipse testatur (A. 3, 335.): Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit. — 9. *Poculaque inventis Acheloia*; Aetolus pastor Staphylus, cum Oenei capellas in pabulum deduceret, notavit unam praecipue, secedentem a grege, laetiorem ceteris, recipientem se serius in praesepia. Cuius rei ut causam cognosceret, secutus est eam clam, et in remota stirpe animadvertit uvam edentem, pomum ei incognitum, et sustulit, regique pertulit Oeneo, qui expresso humore delectatus, cum eum vetustate cognosceret nitescere, Libero patri apposuit, accepto a se hospitio. Cuius rei cultum cum demonstraret Liber, ut perpetua inventorum esset gloria, constituit, ut ab Oeneo oenum (οἶνος) appellaretur vinum, a Staphylo uva staphyle (σταφυλή). Achelous autem est flumen Aetoliae. Ita quantum ad Acheloum pertinet, aqua intelligi poterit; quem ideo potissimum nominavit. quod prius in Graeciam videtur fluxisse. Uva autem significavit vinum. — 10. *Et vos* etc.; eundem Pana, eundem Inuum, eundem Faunum quidam interpretantur; quod ei in Italia quidam annuum sacrum celebrant, quidam menstruum. Existimatur autem Faunus fuisse rex Aboriginum, qui cives suos

mitiorem vitam docuerit, ritu ferarum viventes, et primus loca certa nominibus et aedificia quaedam locosque sacraverit; a quo et fana dicta sunt; ipse autem receptus in deorum numerum creditur. Itaque etiam oraculum eius in Albunea, Laurentinorum silva, est. Plures autem existimantur esse etiam praesentes; idcirco rusticis persuasum est, incolentibus eam partem Italiae, quae suburbana est, saepe eos in agris conspici. — 11. *Dryadesque puellae;* Dryadas puellas dicit, quas alii Hamadryadas vocant, et eas cum quercu nasci et interire simul, sed diuturnas esse, et inde Hamadryadas dictas. Quercus enim Graece appellatur δρῦς: ἅμα significat simul. — 12. *Tuque o* etc.; campi in Thessalia sunt Petrei, in quibus locus, Petra nomine, percussus tridenti Neptuni, equum qui Scyphos vocatur, edidit. Romani autem Neptunum equestrem vocant, Graeci Hippicon Possidona, quod aestimetur princeps originis equorum. Et idcirco etiam poëtae tradunt, ab eo donatum equum Adrasto Ariona, et Iunoni Xanthum in (*et*) Cyllaron, quos illa dederit Castori et Polluci. Sed harum fabularum et opinionis huius initium est natura. Nam quia animalium materia liquore constat, et ea praecipue effusa etiam in terram causa est generationis. Est naturae equestris adeo, ut equas certum sit plerumque e vento concipere. Animalium vero seminis, hoc est liquoris universi, deus existimatur Neptunus, et equorum eo magis, quod planities eis conveniens sit, quae aquis accidit. — 14. *Et cultor nemorum;* insula est Cea in Aegeo mari, in qua sunt urbes quattuor: Iulis, Carthea, Loepessa, Coresos. Ibi existimatur fuisse pestilentia pecorum et armentorum gravis propter interitum Actaeonis. Aristaeus, monstrante Apolline patre, profectus est in insulam Ceam, et ibi sacrificio facto, aram Iovi Iemaeo constituit, qui placatis floribus et aestu, qui necabant et armenta et pecora, liberavit ea. Ipse autem post excessum vitae, imperante oraculo, ab immorantibus eam insulam, relatus in numerum deorum, appellatus est Nomius et Aegotos, quod et agresti studio et cura pecorum armentorumque non mediocriter profuerat hominibus. Traditur haec historia de Aristaeo in corpore Argonautarum a Varrone Atacino. — 15. *Dumeta;* et aspera loca et montuosa dicuntur. — 16. *Ipse* etc.; Pana, Inuum Latini interpretantur, cuius religionem Italiae fertur intulisse Euander. Sed creditur, propter duo argumenta, sub eius nomine et vocabulo Iuppiter coli, i. e. mundus; quorum unum est, quod Pan significat omne, i. e. universam naturam; alterum, quod hinnuli pellis qua tegitur varietas maculis imitetur stellas. Maenalus et Lycaeus montes sunt Arcadiae; Tegaea eiusdem oppidum, cuius nomine est in Tuscia ab exulibus Arcadiae urbs condita. — 18. *Oleaeque Minerva* etc.; putant eam quidam et Neptunum contentionem de Athenis habuisse, utrius urbs nomine appellanda esset; Neptunum tridente percussisse arcem, et inde prosiluisse aquam salsi haustus, et hodieque fontem in ea arce Neptuni appellari; Minervam ictu cuspidis in idem oleam evocasse; quae quia utilis esset hominibus, ei cessisse Athenas. — 19. *Uncique puer* etc.; quidam putant Triptolemum Atticum dici, quem in volucri curru tradunt poëtae fruges terrae reddidisse; quidam Brasser, qui primus invenisse existimatur arandi usum. Sed constat, multis

annis ante et fruges in Aegypto inventas esse, et arasse primum Osirim duobus bubus, quorum nomina nunc sunt sacra sub eis qui religionis causa eodem vocabulo appellari videntur, Apis et Memphis; quorum alterum Memphitae colunt, Apim; alterum Hieropolitae, Memphim. — 20. *Et teneram* etc.; Silvanum quidam sic ortum ferunt. Cratis pastor in Italia, cum iuxta flumen aliquod pasceret capellas, et unam earum incurrere soleret, hoc est, libidine sua in eam saeviret, et obdormisset in ripa sedens, somnique pondere caput quasi deiectum subinde nutaret, caper, qui soleret eam capellam salire, impetu in eum facto, cerebroque cum cornibus discusso, abiecit eum in flumen, quod in facti memoriam Cratis est appellatum. Cum autem ex capella puer esset natus, cuius pars inferior erat caprina, eumque dominus educaret, augeretque ea re familiaritatem, ut animadvertit adultae esse aetatis educator, timens ne feritas eius noceret suis, clam eum tollit in silvam, et ibi destituit. Quem quia in silva primum agrestes conspexere, ut deum venerati, Silvanum appellarunt. — 27. *Myrto*; myrtus est arbuscula, Veneris subiecta tutelae. Caesar autem Iulius; quia trahit ab Aenea genus; idcirco materna myrtus dicta est a Virgilio. — 30. *Tibi serviat* etc.; superior sensus declarat, ambigi inter deos, utrum Iovi succedere debeat Caesar, frugum tempestatumque arbiter futurus agrestibus, et omnibus urbibus venerabilis; sequens, an etiam Neptuno, qui ei det Amphitriten uxorem Neptuni, futuram Caesaris coniugem. Tethyn matrem ait dubitare, generatam ex Oceano. Insulae sunt in Oceano septentrionali, iunctae Britanniae ultimis partibus, Orcades, quarum ultima est Thule. Significat quoque hanc servituram Caesari, consecuturo honores caelestes. — 32. *Anne* etc.; tardis mensibus ideo, quod domicilium Saturni tradant Astrologi libram, quod est signum aequitatis, cuius mensis est biennii et sex mensium, cuius loco futurum Caesarem dicit. Chelas dicit Scorpionis brachia. Erigonem dicit virginem, quae Iustitia, Astraei filia; quae cum morata esset aureo et argenteo seculo cum hominibus, ferreo seculo se recepit in coelum, quia ultra in terris sedem non habuerit, nec sustinuerit se hominum miscere sceleribus. Erigone autem Icari fuit filia, pastoris Attici, quae relata est in numerum siderum, non signorum. Siderum enim extra signiferum circulum sunt, signa tantum duodecim placet esse astrologis. — 47. *Illa seges* etc.; de eo agro loquitur, quem novalem vocamus; alternis autem cessat, sed sub exitu hiemis semente facta, sequenti aestate reddit fructum. Ergo bis sentit frigus, semel aestate, deficiente hieme, initio veris, iterum post sementem; bis solem, semel aestate, qua cessat, iterum, qua fructus refert. Ipse autem substituet huius rei causam progressu operis; cum praecipiet, ut sub introitu hiemis sterilis ager proscindatur. Illum enim, qui est fertilis sub exitu hiemis proscissum, ideo putat relinqui oportere cessantem, ut siccetur aestu, ne, si luxuriantis soli natura fertilis efficiatur, inter fruges herbae nascantur. Rursum eum, qui fertilis est, idcirco sub hiemem proscindendum putat, quod humorem coelestem hibernumque accipiendo esse foecundior possit. — 56. *Tmolus*; Lydiae mons est, quem non idcirco nominat utique, quod solus crocum ferat, sed quod praecipue

Pelusiacam lentem dicit, et Sicyoniam baccam olivam, non quod Sicyone tantum nascantur, aut Pelusii solum lentes, et India mittat ebur, sed et Africa. Sed maiores sunt in India elephanti. Sabaei natio est Arabiae, quos molles, vitio sermonis, quia parum viriliter loquantur, dicit. Chalybs, natio Pontica, in qua sunt ferrifodinae; ibi autem a nudis ferrum quaeritur. Pontus fert et castora, sed non solus; fibri enim testes hoc nomine appellantur. Quod animal cum etiam in aliis regionibus, quam in Ponto nascatur, non tamen tanta est vis testium, quanta Ponticorum fibrorum. — 59. *Eliadum* etc.; copiosissimam esse palmis Epirum significat; nec tamen solam eas ferre; dicit enim et Idumaeas. Quaeri solet, quare equarum potius quam equorum dicat. Ipse rationem consilii sui explicat, cum ait in libro III. (49.): Seu quis Olympiacae etc. — 62. Deucaliona putant Promethei fuisse filium, et habuisse in matrimonio sororem patruelem Pyrrham, Epimethei filiam, his temporibus, quibus ira Iovis, inundata Graecia, cataclysmo perdidit humanum genus. Qui cum perlati essent in montem Parnassum, cuius tantum duo vertices eminebant, ut ibi esset oraculum Themidos, intraverunt, adorantes, quemadmodum possent restitui homines. Quibus responsum est, iactanda his esse parentis magnae ossa post terga discinctis, capitibusque velatis. Interpretati autem cum essent, terram parentem, ossa eius lapides, iecerunt post se, ex quibus hominum genus renatum est. Cuius etiam Ovidius meminit, cum ait (Metam. 1, 414.): Inde genus durum sumus, experiensque laborum, Et documenta damus, qua simus origine nati. — 68. Arcturus est stella in cauda maioris Ursae, quam Graeci Elicem vocant; dicta a cauda et ursa; ἄρκτος enim Graece ursa dicitur, cauda οὐρά, cuius ortu hiems incipit. — 70. *Hic* etc.; quidam aspirant harenam, quia haereat; cui scil. digammon adiunctum est, quod etiam hauriat, hoc est, in se receptum humorem trahat. Huius hanc esse naturam testatur Virgilius dicens: Collectum humorem bibula deducit arena. Bibula enim quia bibat dicitur. — 73. *Aut ibi* etc.; putant, non minus esse utilem ad sationem farris agrum, ex quo alius fructus sublatus sit, quam eum qui vicibus cessat. — 78. Lethaeum somnum dicit, eo quod excutiat memoriam sopitis. Lethe enim est oblivio. Papaver autem, quod in segete nascitur, facit somnum. — 102. *Nullo* etc.; Mysia natio est coniuncta barbaris, contingens Adriaticum sinum. Sed et altera huius nominis terra, iuncta Troadis, aliquando subiecta regi Telepho, et ante Teuthranti. Gargara appellatur caput Idae Phrygiae. — 120. *Strymoniaeque* etc.; dictae sunt a Strymone, Thraciae flumine, ubi maxime per aestum morantur. — 124. *Nec torpere* etc.; veternum, gravem somnum volunt intelligi, spectantem ad interitum; quem medici lethargum vocant. — 148. *Cum iam* etc.; arbuta sunt arbusculae, quae in silvis frequenter nascuntur, quae plerique unedones vocant. Dodona locus continens, quercus quae continetur, erat dicta. Est autem templum Dodonaei Iovis in Chaonia, parte Epiri, quae hoc nomine appellatur. — 163. *Tardaque - - plaustra;* imperiti ea plostra appellant. Sunt enim vehicula, quorum rotae non sunt radiatae; sed, tympana cohaerentia axi, et iuncta cantho farreo. Axis autem cum rota volvitur; nam rotae circa

eiusdem cardinem adhibentur. Hoc vehiculum in sacris Cereris arcanae, quae Eleusis appellatur, ab oppido Eleusine Attico, et id ducunt boves. Est praeterea olivae viridis siliqua, folliculus, in quo faba nascitur. — 201. *Lembum*; genus navigii. *Hoedorumque greges*; Adrastea capella, quae educavit Iovem cum hoedis, ob hoc beneficium in sideribus sacrata est, quorum ortum pluviae sequuntur. *Et lucidus anguis*; draco existimatur, puellarum Hesperidum pomarii custos, relatus inter sidera, intersecare duos septentriones, quae omnia genera stellarum tempestatem significant. Ait ergo, tam agrestibus observanda esse coelestia signa quam navigantibus, quia utrisque noceant tempestates. Ostriferum autem dicit Abydum, quod ibi ostrea generantur copiosissima. — 208. *Libra die* etc.; aequinoctium auctumnale descripsit. Somnus enim noctem significat. Vernum aequinoctium fit in Ariete, auctumnale in Libra. — 212. *Cereale papaver*; cereale ait, quia in segete nascitur. — 221. *Ante tibi* etc.; si in hoc exercebitur, ut triticum accipiat, prius, inquit, occidant Vergiliae, et corona Ariadnes, quam sementem facias. Matutini exortus Eoa significat. Eos enim praecedit aurora. Atlantis autem filiae sunt Vergiliae; idcirco Atlantides vocantur. Ariadnes autem coronae talis historia traditur. Adamatus Theseus ab Ariadne, cum eius opera interfecto Minotauro Labyrinthi evasisset errorem, et corruptam in insula Diana dormientem reliquisset, Liber eam adamavit, et eius capiti coronam detractam misit in coelum, quae sidus facta est, quod est post Erigonem. Ipsam autem Ariadnem, matrimonio sibi iunctam, Liberam appellavit, immortalitate donatam. Gnosia autem dicit, ab oppido Gnoso Cretae. — 225. *Multi* etc.; multi ante occasum Vergiliarum sementem fecerunt, sed inanem messem sustulerunt. Maia autem una est ex Vergiliis. — 227. *Si vero* etc.; ciceris est genus, quod phaselum vocant. Vicia est aeque leguminis genus, lentis magnitudine. Pelusiacam lentem dicit a Pelusio oppido Aegypti, a quo fluminis Nili unum ostium Pelusiacum dicitur. Optima lens in Aegypto nascitur. Bootes est stella in Arctophylacis, ut plerique putant, baltheo; ut alii iudicant, in humero; dicta a bubus. Nam triones, quos Graeci duas ursas vocant, Helicem et Cynosurum, in barbarica sphaera plaustrum esse, quod ducatur e bubus iunctis. Cuius rei testis est Getulicus, cum ait de Britannis: Non aries illum verno feret aëre cornu, Gnosia nec gemini praecidunt cornua Taurum, Sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes. — 233. *Quinque* etc.; mundi caloris et luminis sol causa est. Eius autem talis est cursus, ut neque intra solstitialem circulum ad nos accedat, nec ultra brumalem procedat. Radii autem eius ubi deficiunt, ibi necesse est esse frigus, cum tenebris. Deficiunt autem eius radii bruma, ad septentrionalem circulum; ibi ergo frigus est cum obscuritate. Sol autem, qui brumalem et solstitialem circulum conficit, annuum cursum, totam hanc mediam regionem urit, quae Latine vocatur plaga adusta. Ex ea quae septentrionalis est, ibi deficiunt solis radii, et quia frigida est, et obscura, frigus in proximam regionem pervenit, et miscetur calori, qui ex adusta regione in eandem fertur, et efficitur temperata regio, in qua sumus, quae est habitabilis. Alterae duae inhabitabiles,

sed physica ratione nobis sunt incognitae. Prohibemur enim transire adustae regionis calorem. Sed quia meridiem bruma animadvertimus, ultra solem magnum spatium coeli vacare scimus, et in contrariam nobis partem eius radios ferri, et quemadmodum hic, ita illic deficere; ubi defecerunt, esse frigus cum tenebris; et in aliquam partem ferri in proximum locum, et ex adusta regione, quae finitur brumali solstitiali circulo, in eundem pervenire vaporem, et utroque mixto, perinde temperatam efficere regionem mediam frigidae et adustae. Quinque ergo sunt zonae in regione coeli et terrae, duae extreme frigidae, septentrionalis et austrina; una adusta, duae temperatae, inter frigidam et adustam, cingentes eam, et intercidentes frigidis, quarum altera Anterumene vocatur. — 238. *Via secta per ambas;* dicit signiferum circulum, qui a brumali obliquus, ad solstitialem, Cancro, aequinoctialem, Libra et Ariete. — *Obliquus qua* etc.; idcirco dixit, quia hic ipse circulus XII. signa coelestia volvit; clima nostrum, hoc est, in climate zonae nostrae, sicut se habet, ut simus ad septentrionem ab ea parte qua Scythia est, et Rhiphaei montes, cui contraria est inclinatio ad Africam. Ergo hoc sentit, cum ait: Illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox etc. In quinque zonas mundum esse divisum accipimus, quas secundum clima nostri orbis sic efformabimus, ut laevam manum contra ora nostra ponamus, atque ubi sit pollex, ibi sit zona, quae appellatur graece ἀρκτική, quae in se habet arctos, i. e. ursas. Eadem Latine septentrionalis cognominatur, quod in ea parte coeli posita sit, quae vento septentrione afflatur. Ea pars semper supra vertitur, hoc est, nunquam in Oceanum demergitur, quod etiam Homerus significat, cum ait: Ἄρκτον τὴν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν κ. τ. λ. Et Virgilius: Arctos Oceani metuentes aequore tingi. Nam et zona inhabitabilis est propter nimios rigores. Pollici proximus digitus, observabitur in vicem zonae, quae Graece appellatur θερινή, a nobis, aestivalis, quod scil. sol, cum in eandem zonam declinavit, longiores dies efficit; ibi enim solstitium facit aestivum, VIII. Kalend. Iul. Haec zona habitabilis propter temperiem, et multi solis, et illius vicinitate zonae, quam septentrionalem nuncupavimus. Medius autem digitus significabit zonam, quae Graece dicitur ἰσομερινή, Latine aequinoctialis. Sed et sol in hanc zonam bis anno venit, et toties aequalitatem facit diei et noctis, VIII. Kalend. April. et VIII. Kalend. Octob. Haec zona inhabitabilis; nam propter nimios ardores loca subiecta habet exusta. Quartus dein digitus significabit zonam, quae appellatur χειμερινή, a nobis hiemalis; quod scil., cum illam sol transcendit, hiemem facit, et breviores dies agit. Nam sibi solstitium efficit, quod est VIII. Kalend. Ianuar. Hanc quoque zonam inhabitari, credibile est; quoniam et ipsa pars temperata inter aestivum et isomerinem posita est, quemadmodum eius supra fecimus mentionem: aestivalis, inter aequinoctialem et septentrionalem. Et in hac zona si qui inhabitant, appellantur a nobis Antichthones, ὡς τὴν ἐναντίον χθόνα οἰκοῦντες. Digitus minimus habet quintam zonam, appellatam νότιον; quoniam ex illa parte cum afflat ventus, humidum facit aërem, et humorem colligens corpus, notia dicitur. Haec plaga australis appellatur, depressior, quam ut a

nobis videri possit, et ideo infra horizontem descendit. Horizon autem, qui definit sphaeram superiorem, qui et idem a nocte disterminat. Haec quoque praesumenda inhabitabilis, propter rigores, quos patiatur necesse est, quoniam longe segregatur. Circulus autem zodiacus, qui loxos appellatur, per tres zonas medius fertur, per quem sol currit. Sic ergo quoniam ad ultimas non pervenit frigidas, relinquit mediam zonam; quoniam saepe onerat, ignem facit. Huius zonae mentionem facit Virgilius (7, 222 sqq.), cum vellet ex verbis Ilionei Latinos confirmari, neminem esse in orbe toto, qui ignoraret, quanto bello et Asia et Europa conflixisset, quandoquidem scire possent etiam qui ultra Oceanum extimum agitarent, quique divisi plaga aequinoctiali zonam illam, quam ἰσομερινὴν diximus, incolerent, quam versimile est in aliquibus habitari. Sunt autem qui hic declarantur versus huiusmodi: *Quanta per Idaeos* etc. Hanc tamen universam disputationem certum est, Virgilium transtulisse ab Eratosthene, cuius liber est hexametris versibus scriptus, qui Hermes inscribitur. Quidam vero orbem terrarum descripserunt in formam literae ω (Ω) et in lineamentis quae per circuitum ambiunt literas, formam referunt Oceani, quem recte ζωστῆρα τοῦ κόσμου dixerunt; ὠκεανὸς autem ab ὠκὺς dicitur, ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα καὶ πᾶσαι κρῆναι φρείατα μακρὰ ναίουσιν. In media autem parte linea quae deducitur Atlanticum Oceanum fertur transmittere, quod mare traditur subiectum esse plagae aequinoctiali, et sic divisas esse duas partes orbis, quarum nos habitemus eam quae sit ab oriente dexterior; atque esse verisimile, ut adverso tam pari tractu gens alia hominum inhabitet. Si tamen velimus omnem diligentiam in examinandis Homeri carminibus adhibere, ibi quoque videbimus descriptionis huius ordinem. Clypeus enim Achillis quinque orbibus intextus fuit, quorum sic meminit: *Αἱ δ' ἄρ' ἔτι κ. τ. λ.* Nam examinemus colorem metallorum et conditionem zonarum et poterimus recte comparare, cur κασσιτέρου, i. e. plumbi albi zonas dixerit, septentrionalem et australem, ut scil. frigidas et cana nive oppletas; aëreas autem quae refulgent, habentes temperaturam candoris et rutili coloris, dixerit aestivalem et hiemalem; auream autem sine dubio ignem. Nam et sic dictum: Fert aurea sidera clamor. Et a Pindaro: Ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ. Et Vulcanus, ut ignis deus, virium suarum beneficium, in illa zona voluerit aurum clypeo superponere. — 336. *Frigida* etc.; omnibus stellis sol et lumen dat et calorem; infra Solem autem Veneris stella est, tribus hemitoniis seposita intercedentibus. Superior Sole Martis stella est, quae Pyrois appellatur, tono intercedente altior. Inde hemitonio superior est Iovis, quae appellatur Phaëthon. Summa est Saturni, quae quia propior est crystallo, hoc est coelo, in ea deficit calor solis. Rapit enim eum ad se Pyrois, quae stella ardore suo horrorem ac frigorem, Saturno veniente in Iovem, temperat. Cyllenius autem Mercurii stella est, quae duobus tonis infra Saturnum est, et vocatur Stilbon. Ait ergo, observandum esse agrestibus, ut vitare possint tempestates, occasus stellarum, et quo quaeque sit signo. — 383. *Et quae Asia* etc.; Asia correpta prima litera dicitur, in qua quoddam pratum Asium, iuxta Caystrum, appellatur.

Georg. 2, 37. *Iuvat Ismara* etc.; Thracia vino fertilis est, tius nationem quandam appellat Homerus. Aliter, oppidum t Ismarus, quod expugnavit Ulixes, cum a Troia discederet; victor vinum accepit a Marone, cuius pater Cupithus traditur, tod Cyclopi dedit. Eius autem tanta vis existimatur, ut meum eius vini viginti etiam metra sustineat aquae. Ergo quia m efficax est natura in vino Thraciae, praecipit eam consereninm vitem. Taburnus mons est Apuliae regionis, quae fertilis t olea. — 89. *Non eadem* etc.; Lesbos est insula Asiae, in iu Aegaeo, conspicua Troadi et Thraciae, a Lesbe, filio Ma.aris, appellata, in qua est oppidum, quod appellatur Methyna, ex quo fuit Arion citharoedus. Palmitem significat vitem. *hasiae vites;* a Thaso dicitur insula; unde Thasias. Mareotis, Aegyptiacas intelligimus, a palude Mareotide, quae est in gypto. Psithiae genus vitis, et Lageos, et preciae, et purreae. Argites autem dicta est a candore. Tmolum vult inteli Lydiae montem, omnino fertilem. Phanaeum portum vult e insulae Chiae, et significari inde Chium. Aminaeum, Rho. et Bumasthos genera sunt uvarum; Rhodia a loco dicta; masthos, quod imitetur papillas vaccae. Ionius fluctus dicitur riaticum mare, quod Ionium est ab Ione dictum. — 115. *lonos;* sunt Scythae, dicti ab Herculis filio Gelono et Echia, ut in IV. Herodotus refert. Hebenum lignum est nigrum, etiosum. Balsamum est liquidum medicamentum, colorum rationi necessarium, quod ex arboribus destillat in modum :is. Acanthus est herba spinosa, folia lata habens et rugosa. — 0. *Quid* etc.; existimantur bestiolae quaedam, quas bombyces cant. Quidam indicant, ex arundinum foliis Seras veluti lam facere, et inde fieri Serica. Seres autem natio est in ultia India. Pars Parthorum Media est appellata a Medo, filio edeae et Aegaei, ut existimat Varro, qui IV. libros de Argoutis edidit. Arbor autem quae describitur a Virgilio, nascitur idem et in Italia, sed non est eiusdem effectus, cuius in Mea; et appellatur Rododaphne. Ganges fluvius est Indiae, Herus Lydiae, qui fert aurum. Bactra oppidum Indorum. Pan.aia regio a rege Panchaeo dicitur. Clitumnus est Etruriae imen, a fonte navigabilis. Aconita sunt venenorum genera, iae fere in petris nascuntur Scythiae, iuxta Maeotidem palum. Existimatur autem esse ex spuma Cerberi, quam is perfuerit pertractus ab Hercule in lucem. Aconita autem Graece utis nomine dicuntur; illam enim κόνην appellant. — 157. *n mare* etc.; cingit Italiam ab septentrione Adriaticus sinus, a eridie Tuscum mare; Adriaticum superum appellant; Tuscum ferum. Uterque lacus est in Italia; Larius Umbros tangit, et ervenit usque Comum. Benacus est, ex quo Mincius flumen citur, quod praeterfluit Mantuam. Sabelli gens est Italiae; puli iidem appellantur et Dauni. Vulsci veruti ideo dicuntur uod dolonibus in praelio sint usi. — 176. Ascra vicus est oeotiae, in quo existimatur natus Hesiodus, qui scripsit ἔργα κὶ ἡμέρας, quo libro agri quoque cultus rationem stringit. Et lco dicit Ascraeum carmen Virgilius per Romana oppida se anere. *Pinguis Tyrrhenus;* Tuscus tibicen significatur, vel quod on sit subtilis musica barbara, vel quod tumeant buccae inflau-

tes tibias quae significantur eboro dicto. Tarentum oppidum in Italia condiderunt Parthenidae, hoc est exules Lacedaemoniorum, duce Phalanto. In finibus autem Tarentinorum est locus, quem Saturium vocant, unde etiam paludem Saturam, cuius etiam in VII. (801.) mentio est, cum ait Virgilius: Qua Saturae iacet atra palus. Saturi ergo Tarenti, a Saturio loco, vel a Satura palude dixit. Quidam dicunt, tum ob agri bonitatem, tum ab lo[illegible] quodam Saturo, qui est prope Tarentum, Saturum cognomina[illegible] tum. Dicitur autem, Tarentem, Neptuni filium, Lacedaemonia[illegible] civitate, ex Saturia, Minois Cretensium regis filia, procreatum filium. Hunc proiectum naufragio facto delphinus in Italiam evexisse dicitur; cuius hodieque testimonium manet. Nam in municipio Tarentinorum hominis effigies in delphino sedentis est; a Saturia uxore eum locum Saturia appellasse fertur, et postea ei loco ex suo nomine nomen Tarentum imposuisse. [illegible] infelicem Mantuam dicit, quia Mantuanis, qui a Romanis des[illegible] verant, agri adempti sunt. — 224. Vesuvius mons est in Campania, vino fertilis, quem Vesevum iugum dicit. Eiusdem Campaniae flumen Clanius iuxta, Acerrae nomine, sed Gigantis [illegible] [illegible]nine Clanius dictus est. Ideo autem dicit, ut Metrodorus [illegible] *non aequus Acerris*, quod eas saepe inundet; quae vacua[illegible] circo dicuntur, quod paene desertae sunt. — 361. *Tabulata [illegible] ulmos;* rami sunt, qui vites sustinent, per translationem, rustici cum putant, supra eos ramos stant, hoc est tabul[illegible] 380. *Non aliam* etc.; postquam mortale animalium genus [illegible] carne vesci, ex his quae frugibus nocerent, vel aliquos laed[illegible] fructus, prima existimatur hostia fuisse sus, secunda caper; [illegible] quia terram rostro protrudendo semen erueret, hic, quia v[illegible] laeserat. Itaque etiam Ovidius in XV. (112 sqq) testimo[illegible] fert huic opinioni, dicente Pythagora: Et prima putatur H[illegible] sus meruisse necem etc. Praemia autem posuisse Thesidas, [illegible] dicit, ingentes pagos et compita circum, Athenienses signi[illegible] a rege Theseo dictos. Itaque ludus, quia praemium victori [illegible] caper, qui graece τράγος, tragoedia coepit appellari; ge[illegible] quoddam carminis ab antiquis causa spectaculi institutum.- [illegible] 385. *Nec non* etc.; hic ritus Oscillorum iactationis frequens[illegible] Italia, ab Atticis est traditus. Celebratur autem feriis Seme[illegible] nis, ex hac causa ab Atheniensibus institutus: Icarus, pastor [illegible]ticus, cum a Libero patre accepisset vinum, deputandum ven[illegible] et praeciperet ignorantibus adhuc usum huius, ut parce bi[illegible] rent, illi sapore delectati, contumaces fuerunt praecepto. Ita[illegible] cum et corpus eorum solveretur et sermo ebrietate, arbitrati [illegible] venenum accepisse, interfecerunt Icarum. Canis autem eius [illegible] domino reversus ad Erigonem filiam dux fuit quaerenti patr[illegible] Illa autem cognita morte Icari, suspendio se necavit; canis [illegible] recedens a corpore domini inedia consumptus est. Cum au[illegible] subita pestilentia in Attica incidisset et novi generis virgi[illegible] alienata mente, suspendio se necarent in silvis, consultum [illegible] oraculum Apollinis de fine tam luctuosi furoris. Responsum [illegible] remedium futurum: praesens supplicium eorum, qui occide[illegible] Icarum. Quibus conquisitis et interfectis, sacratis inter s[illegible] Icaro, filia et cane, plane numinibus sacrificium institutum [illegible] quo oscilla imitarentur suspendia Atticarum virginum. El[illegible]

eci dicunt olivam, ex qua premitur oleum, quod elaeon vo-r; eleos autem dicitur misericordia, quae quia contingit eis ius pax datur, olea pacis signum est. — 417. *Antes effe-* ordines ad vindemiam factos dicit, et tum maxime subitos res periculosos esse. — 437. Cytorus est oppidum Ponticum ile buxo, non solum, sed praecipue. Maricia est oppidum idos, piceis frequens. Ityraei natio Scytharum est. — 464. ıyraea, Corinthia; Ephyra enim prius dicta est postea Corin-t. Tempe sunt loca nemorosa, frigida, fontana. — 478. icit sol cum eius orbem subit luna, obstat radiis. Lunae au- defectio fit, quia non suo lumine lucet, sed eo quod a sole pit, cum in umbram terrae venit. Aestus autem maris ad ie motum et rationem fiunt. Sed lunae sunt quinque motus, nus, menstruus, annotinus, altitudinis; hi extremi ad mare inent. Terrae autem tremoris tres causae sunt, nam aut is inclusis exitum quaerentibus fundamenta quassantur, ut ıbefactis superiore continuentur; aut igni, quem inesse ter-Aetna docet exusta, cum cadunt, sonus ipsorum subsidit; aut i, cum id quod sustinent, delabi in liquorem patiuntur, sed ımptis terris latius constituuntur. — 481. *Quod tantum* brevem diem facit, cum octava parte maior est ea pars i, qua subiecta terris est brumalis, et superior eadem et aequinoctialis circuitus. *Sin* etc.; significat sanguine ια praecordia ducto animum; Empedoclis sententia. Sper-Thessaliae flumen. Taygeta Laconices, ubi venantur vir- *Lacaenis;* Lacon enim Lacaena facit; Lacedaemon, La-conius. Lacon regio est; Lacedaemon oppidum Spartae unde Spartanae sunt eaedem virgines. — 506. *Ut* etc.; Tyriam purpuram vult intelligi, Sarranum ostrum; autem Sarram appellatam, Homerus docet, quem etiam sequitur, cum dicit: Poenos Sarra oriundos. — 519. Si-ca baccam olivam dicit. Trapetum torcular est olei. *Di-cgis;* Iovis; a Dicte monte Cretae, in quo educatus cre-

Georg. 3, 1. *Te quoque* etc.; Pales dea est pastorum, cui sacrum appellant Parilia, transposita litera, quae si suo set, Palilia potius dicerentur; qui dies natalis est urbis quae a pastoribus est condita. Huius autem, cuius deae etiam ritus declarat. Nam et ignes transiliunt, accensis ratis, more agresti; ibi hunc diem colentes, lacte libant, ctus ex pecore tollitur. Amphrysus flumen est Thessaliae, regionem quandam Molyssi incolunt, quorum rex fuit A- Pheretis filius, cuius pecora et armenta Apollo pavit, ius-viendi contumelia decem annis luere temeritatem, qua as perdiderat, qui fulmen fecerant, quia indignabantur eo um Asclepium. Is ergo invocat eum cum Pale. Lycaeus Arcadiae regionis, quae pecorum praecipue est studiosa. theus fuit rex, cuius imperio Hercules intolerabilia stipendia uit. Busiris, Neptuni filius, rex Aegyptiorum fuit, advenas as immolare solitus, quem Hercules interfecit. Hylas Theio-antis filius, Dryopum regis, quorum gens subiecta Parnasso qui, patre interfecto Herculem secutus studio eius virtutis ns, cum ex comitatu Argonautarum in Mysia Hercules reces-

sisset, ad materiam quaerendam remi, quem fractum volebat reficere, et Hylas ad hauriendam aquam Ascanii fluminis urnam extulisset, dum accedit ad ripam, adamatus a Nymphis est; propter hunc Hercules comites deseruit, nec secutus est Iasonem, ut refert Apollonius in Argonautis (1, 1207 sqq.). Eius fluminis Nympha Melia Eunicae partus est: *μέσῃ δ' ἐνὶ καὶ βάλε δάφ*, *Latonia Delos*; quia ibi peperit Apollinem et Dianam in ipsa palmae et oleae arbore. — 10. *Primus ego* etc.; terram, quae nunc Boeotia vocatur, habuerunt ante Hyrantes, Leleges, Temices, Phoenices, Aones, unde nunc Aonia dicitur. Est autem in ea Helicon, mons sacer Musis, in cuius vertice Musis fons expressus dicitur ungula Pegasi, quem alii Aganippen, alii Hippocrenen vocant: inde ergo se deducturum Musas dicit, quia post Mantuanorum carmina scripserit. Idumaeas autem palmas, ab Idumaeorum gente, i. e. Iudaeorum, quae regio est in Syria Palaestina. Locum autem hunc dixit, non quod ibi tantum sint palmae, sed praecipuae. Mincius flumen ex Benaco lacu fluens praeterit Mantuam. — 20. *Cursibus* etc.; eos significat ludos, qui in Achaia celebrantur quinto quoque anno, et appellantur Olympia; et eos, qui in Arcadia, et dicuntur Nemeaea. Alpheus enim flumen est Achaiae, iuxta quem Elis oppidum, extra quod Olympii Iovis templum. Ibi celebrantur quinquennalia certamina gymnica. Lucos Molorchi Nemeaea dicit. Molorchus fuit Herculis hospes, apud quem is diversatus est, cum proficisceretur ad leonem Nemeaeum necandum. Qui cum immolaturus esset unicum arietem, quem habebat, ut Herculem liberalius acciperet, impetravit ab eo Hercules, ut eum servaret, immolaturus vel victori, tanquam deo, vel victo et interfecto leoni; cum solutus esset, vel odio Iunonis, ne ei coelestes honores contingerent, vel fatigatus; experrectus, mira celeritate damnum correxit, sumptaque picea corona, qua honorantur qui in Nemeaea vincunt, supervenit. Itaque et Molorcho, paranti sacrificium Manibus, ubi et arietem immolaturus erat; unde Nemeaea instituta sunt; postea Archemoni manibus sunt renovata a septem viris qui Thebas petebant. Sed Molorchi mentio est apud Callimachum in Aëtion libris. — 25. *Purpurea* etc.; plerumque ludis Imperatoris, quas proxime gentes devicit, earum habitum et figuram aulaeis intexunt, quo saepius redintegretur memoria virtutis, quam populo ostendant. Britannos autem pro qualibet gente dixit. Gangaridae dicuntur ab Indiae flumine Gange; cingitur enim Caucaso, Indiae flumine, et Oceano. Victorem Romulum significat. Sic enim Proculus Iulius persuasit populo, cum Romulus non compareret, eum vidisse, ab eoque in mandatis accepisse, uti Pop. Rom. Quirinum se appellaret, quia in numerum deorum esset receptus. Niphates mons est Armeniae, qui cingitur Tigri Euphrateque fluminibus. Est et pars Mesopotamiae. Haec autem flumina decurrunt in Prassum sinum. *Diverso ex hoste*; significat ex orientali et occidentali. Paros insula est Cyclas in Aegeo mari, in qua mons est Marpessos, unde marmor exciditur candidum, ut ipse Virgilius in VI. (471.) Marpessiam cautem vocat. Assaraci autem prolem vult accipi Caesarem, qui deducat progeniem ab Aenea, qui ex Anchise patre est; Capys Assaraci filius, Assaracus autem Trois, Tros

ipse Erichthonii, Erichthonius ex Electra et Iove nascitur, ut Scyllos tragicus scriptor sentit. Cynthius est Apollo a monte insulae Deli Cyntho dictus. Idcirco Troiae auctor dicitur, quod eam munierit sub Laomedonte et Neptuno. — 37. *Invidia* etc.; potest videri hic sententia ambigua, quia et angues interpretari potest aliquis rotam, et non exsuperabile saxum Ixionis; sed nec per rotam et saxum aliud esse supplicium. Sentit enim, illum a furia, ut Pirithoum, urgeri epulis regii apparatus, quarum primae incendantur, et motu impendentis saxi urgeri, cum ait: Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque etc. Sed significatio horum versuum fere haec est: Quisquis inviderit huic operi, debebit timere post excessum vitae supplicia, quae pati existimantur defuncti, et furias, Cocytus autem palus est inferorum et Styx. Styga si diceret severam, intellexerimus eam ob hoc dici, quod eius religio teneat deos; per eam enim iurare creduntur. Sed Cocyti amnem dicit, quia a luctuosa voce appellatur. *Severam* autem significat tristem; quod proprium est morti. *Interea* etc.; hoc est, scribamus carmen agreste, imperatum a Maecenate. Cithaeron mons est Boeotiae, ibi arcana Liberi patris sacra celebrantur tertio quoque anno, quod Trieterica dicuntur. Existimatur autem Liber esse cum Musis, et ideo ex hedera, fronde eius, corona poëtis datur. Nunc idcirco vocari se eius sacris vult accipi, quod et de vitibus praeceperit. Taygetos canes dicit Laconicos, a Taygeto monte Laconices. Epidaurus est Peloponnesi, unde optimi et generosissimi equi exeunt. — 46. *Mox tamen* etc.; pollicetur, se quoque Caesaris Octavii, qui postea Augustus cognominatus est, scripturum victoriam. Et quidam putant, cum promissis fidem destituisse, ignorantes, non quidem προηγουμένως acta eius scripsisse, sed tamen non claudicare, quantum ad fidei pertinet vinculum. In VIII. enim descripsit in clypeo eius pugnam et Actiacum bellum, quod est gestum cum Antonio. Tithonus autem fuit Laomedontis filius, frater Priami; qui existimatur ab Aurora adamatus; uxorem enim eam habuisse. Priami autem filia Creusa, Aeneae uxor, mater Ascanii, a quo genere ad Caesarem pervenit. — 60. *Aetas Lucinam* etc.; ex Lucina partus, ex Hymenaeo concubitus accipimus. Itaque hoc ait: Post annum IV. et intra X. ad concipiendum esse utiles boves, extra finem hunc parum. — 82. *Spadices*; palmae, cuius iam deficit color, colorem dicit. Siculi enim palmam, quam Graece phoenica appellant, vocant spadica. Spadix vero color est, quem Leucopyrum vocant, hoc est, albus et fuscus. Glaucus autem color, viridis. Amycle oppidum est Laconices, ut refert Homerus in Catalogo ducum qui ad Troiam accesserunt. Pollux autem et Castor Lacedaemone nati sunt, qui existimantur equos accepisse a Iunone, muneris nomine, Xanthum et Cyllarum, quos ei Neptunus donaverat. Martis equi dicuntur Dimos et Phobos, Homero auctore; Achillis, Xanthus et Aethon. Quidam quattuor putant, et eis adiungunt Podardum et Lampum. Sed eis qui duos credunt haec eorum epitheta esse persuasum est. — 93. Saturnus Philyram, Oceani et Thetyos filiam, existimatur adamasse; et cum ea se mutasset in equam, ut eum falleret, ille quoque in equum transfiguratus cum ea concubuit, ex quibus natus est Chiron, doctis-

simus centaurus. *Pelio;* est Thessaliae mons. — 146. Silarum flumen est Lucaniae, portus Alburnus, et eiusdem nominis mons, ad sextum a primis tabernis. Mentionem facit Lucilius hoc versu: Quattuor hinc ad Silari flumen portumque Alburnum. *Asilo;* genus est tabani, adeo acer, ut soleat armenta bucera inquietare. Vocatur Graece oestros. Meminit autem historiae hoc loco Virgilius, eius quam Ovidius in I. Metamorph. exposuit plene, referens, Inachi filiam Io compressam a Iove, mutatam in vaccam, actam esse per orbem terrarum oestro, donec ad flumen Nilum venit, quodque ibi, mitigata Iunone, finitus sit eius labor; quam Inachiam dicit Virgilius. Tanagrus torrens est Lucaniae, qui, cum pluviae sunt, effusior est et saevit, cum serenum, siccus est. — 180. Alpheus fluvius est Achaiae. Pisa oppidum, quod habuit Oenomaus. Eleus campus, stadium Olympiacum, ubi equi quoque certant. Scythia regio est septentrionalis; Belgae natio Gallorum. — 255. Sabelli gens est Italiae, coniuncta mari, ubi maxima copia aprorum est. Potnia urbs est Boeotiae, ubi Glaucus, Sisyphi filius et Meropes, ut Asclepiades in Tragodeumenon lib. I. ait, habuit equas, quas adsueverat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent et perniciosius. Ipsum autem cum alimenta defecissent, devoraverunt in ludis funebribus Peliae. Quidam autem has equas Diomedis fuisse, quas Hercules ad Eurysthea perduxerit, et ab Eurystheo et Sisypho distractus, eumque filio suo dedisse ferunt. — 280. Hippomanes nunc significat id quod ex inguinibus defluit equarum, quod datum amatorium est, et furorem facit, si aut intempestivum est, aut excedit modum. Theodorus herbam esse dicit, quam equi si gustaverint efferantur. Castalius fons est Delphis in Apollinis oraculo, qui abluit ipsam aram dei, dictus a Castalo, Delphici Apollinis filio, nepote Neptuni. Apollo autem dicitur Musagetes, quia Musis sacrum existimetur, ut Lutatius in primo Communis Historiae ait: Qui deorum curam egerat. *Aquarius anno;* hiemem et Pisces finiunt, ab eis ver incipit, hoc est ariete. — 312. Cinyps oppidum est et flumen Africae regionis Garamantum; apud eos hirci villosissimi nascuntur, quos tondent ad cilicia quibus nautae utuntur. — 338. Halcyone fuit filia Aeoli, uxor Ceycis, quo in naufragio amisso, mutata est in navem Halcyoniam, cuius partus dum excluditur, VII. diebus mare quietum est. Acanthis quae Graece dicta est, Latine carduelis vocatur, a carduo. Dumi vocantur aspera loca et inculta, collicosa. Mapalia loca deserta Punica. Numidae mapalia vocant tecta sua, quae subductis navibus post missum regem Persea, inversa pro domicilio habere coeperunt. Amyclaeum, Laconicum. Cressam, Cretensem, quia ibi optimi sagittarii sunt. Rhodope mons Thraciae. Medium axem, septentrionem dicit. — 382. Euro significat vento, non utique eo, qui ab ortu flat, sed eo quem Aquilonem vocamus. Riphaeos montes quidam putaverunt Alpes. Sed proprie sunt Riphaei montes Scythiae. Scythium interpretantur lupini colorem, quidam hibiscum. — 391. *Munere* etc.; Pan, Mercurii filius, cum Lunam concupisset, et haberet optimum pecus, poscente ea, partem pecoris pro concubitu dicitur pollicitus, et duas partes fecisse gregum, quarum alteram candidiorem, sed lanae crassioris;

Lunam, deceptam candore, deterius pecus abduxisse, ut poëta significat. — 407. Iberi, Hispani, a flumine Ibero. — 415. Galbanum medicamenti genus. Calabria regio in qua Brundusium est oppidum. — 451. Scylla bulbi genus, unde inficitur acetum, quod Scyllites dicitur. Helleborum genus medicamenti venenati, quod interdum mortiferum est. Bisaltae gens est Thracum; Geloni, Scythae, et utrique a regionibus dictae. Iapidia regio dicta est Histriae.

Georg. 4, 1. *Protinus* etc.; quidam dicunt mel in aëre nasci; quidam apes colligere; quo tempore in Ida Iuppiter nutriebatur, tum primum ex aëre fluxisse, eoque ipsum alitum. — 10. Petulci, lascivientes hoedi. *Aut errans* etc. vaccam dicit. Meropes dicuntur aves, quas in Italia vocant Barbaros, quarum vox quia multiplex, capit partitionem vocis. Meropes appellantur Graece a merismo, quem Graeci vocant, nos partitionem vocis, quam iidem ὄπα dicunt, glossematicôs. *Et manibus* etc.; hirundo quondam Progne, Pandionis filia, quae cum filium suum Itym coniugi pro epulis apposuisset in avem mutata est. Ideo dixit: *Et manibus* etc. In hirundinem fertur Philomela ab aliis, non Progne, versa. — 30. Casia herbae genus, id quod herbae est ordoratae. Serpilla item herbae genus, quod a serpendo serpillum cognominatur. — 63. Meliphylla est herba, quam plerique vocant meliloton. Cerinthon est flos luteus cuiusdam herbae, quae copiosissima est in Euboea, in qua oppidum est impositum Tarentum, quod Lacedaemonii condiderunt, duce Phalanto, qui sunt dicti Partheniadae, nati, cum oppugnaretur Messene, non legitimo matrimonio. — 111. In Hellesponto est Lampsacum oppidum, in quo Priapus formosissimus dicitur esse, quem cives eius colunt ut deum; is autem in horto ponitur, ut avibus formidini sit, itemque noctu furibus, quod interdiu custos videtur stare. — 125. Oebalia arx ab Oebalo dicitur in Lacedaemone, hoc ipsum oppidum, quod profluit Galesus flumen. Pompeius cum oppugnaret piratas remigibus eorum promisit agros, si vicisset eorum adiutorio. Quorum proditione victor Tarentinorum agros veteranis divisit, et quicquid deterrimum fuit, remigibus dedit. Cilices autem tunc exercuerunt piraticam. Est autem in Cilicia promontorium. Corycium, Cilicem intelligi vult, hoc est remigem piratarum. — 211. *Medus Hydaspes*; flumen Indiae; sed Virgilius Mediae dixit flumen Hydaspen, quod Medi, duce Alexandro, per eum, regem Indorum et ipsam Indiam subegerint. — 232. *Taygete*; Vergiliarum ostendit sidus. Synecdochicôs una ex his hoc nomine appellatur, et qua totum astrum significatur, per Pliades, quoniam cum hac Iuppiter concubuit in monte, qui ex eventu Taygetos dicitur. — 246. *Invisa* etc.; Mars, devicta Thracia, dicitur Minervae donasse regiam puellam ex captivis, nomine Arachnem, quae subtilitate operis lanificii negavit cedere Minervae, ob hoc in aranean conversa est, et Graece ἀράχνη vocatur. — 287. Pella est oppidum Macedoniae, patria Alexandri. Omnes autem Alexandrias Alexander constituit. Ergo Canopi Pellaei dicti sunt. Canopus autem est oppidum in Aegypto iuxta Alexandriam, a gubernatore dictum Menelai. Fortunatam autem dixit gentem propter agri fertilitatem. — 317. Peneus est Thessaliae flumen, quod

in Pindo monte eiusdem terrae oritur. Tempe autem sunt loca frigida, opaca, frondosa, copiosa fontibus vel fluminibus. Hoc commune omnium eiusmodi locorum est. Et idcirco additum Peneia Tempe, quia poterant et alia intelligi; dicitur quidem et in eis locis praecipue, ubi Peneus oritur, ut in I. Metamorph. Ovidius refert dicens (568.): *Est nemus* etc. Insula Carpatho dicta, quae existimatur obiecta Peneo. — 372. *Eridanus*; sive Padus. Et ideo *taurino vultu*, quia eius sonus, ut tauri mugitus, et ripae flexuosae sunt, ut cornu. — 390. Emathia dicitur Macedonia ab Emathione, fratre Memnonis, ubi est urbs Pallene; sed Proteus in Aegypto natus est, et propter crudelitatem Busiridis dicitur Pallenen petiisse et ita rediisse in Aegyptum. — 429. Proteus deus maris, solitus se in omnes figuras convertere. — 462. Pangaeus mons est Rhodope, Thraciae. Rhesi tellus, Thracia, quae prius dicta est Aria, ab Areo rege, patre Thracis et Edoniae, a quo Thracia dicta est. Et quaedam gens est Edrinae, Latine autem interpretatur ansa. Martia, sive Mavortia; Mavors autem dicitur magna vertens deus. — 467. Taenaros est Laconiae litus, in quo specus est, per quem Hercules existimatur descendisse ad inferos, et Orpheus. — 520. Cicones natio Thracum, oppidum est Ismaros. Napaeae sunt nymphae.

GRAMMATICI INCERTI

GLOSSAE AD VIRGIL. AEN. XII.

EX BARTH. ADVERSAR. 33, 13.

V. 1. *Infractos*; utrumque potest intelligi, et non fractos et valde fractos; potius vero valde fractos intelligit; nam priusquam in summo discrimine essent, non erant fracti. — 6. *Tum demum* etc.; postquam volnere fuerit lacessitus et sanguinem suum viderit. — 9. *Gliscit*; crescit, augmentatur, sensim * nam et glires dicuntur quod per somnum crescunt, quos pingues efficit somnus. — 19. *O praestans animi* etc.; est prudens senis dictum, quia clam dicit inferiorem esse Aenea virtute, quapropter illum vult abducere a furore; est vero ex seno Ennio (*sexto Ennii?*) translatum. — 41. *Fors*; i. e. eventus rerum; saepe invenitur pro adverbio positum. — 74. *Nec enim Turno* etc.; post iam promissum singulare certamen, ait: neque enim unquam in mea potestate fuit moram dare fatis imminentibus. — 80. *Alboque orichalco*; album non est nisi comparatione auri, cuius rubori miscet splendorem argenti. — 149. *Iuvenem* etc.; Iuno consilium est Iovis, unde videt Turnum ab Aenea occidendum esse. Est autem ex Homero traductum, qui duo fata Achilli dat: alterum, ut cito pereat, gloriam habens aeternam; alterum, ut inglorius diu domi in tuto vivat, carens militari laude. Sic Turnus impar fatum habet, dum mavult clarus mori, quam Laviniam dare et aliam uxorem ducere et regnare in pace. — 199. *Diri sacraria Ditis*; inferorum dicit secreta, quae nominari non possunt; et *sacrarium* est locus ubi praecluduntur, quae nolumus proferre, ut in templis, et *donaria*,

ubi dona reconduntur, et *lararia*, ubi lares penates habitant. Sacraria dicit qui nihil excipit. — 234. *Superos quorum* etc.; notandum quod meliorem partem praetulit. Nam cum de omnibus diis locutus esset in sacrificio, hic superos praetulit; et Iuppiter est foederum praeses. * Elaus (*Flaccus?* sc. Granius Fl, de quo v. Iusti Observatt. critt.) scribit, Numam Pompilium, cum sacra Romanis conderet, voto impetrasse, ut omnes dii falsum iuramentum vindicarent.

SCRIPTORIS INCERTI

GLOSSARIUM VIRGILIANUM

EX BARTH. ADVERSAR. 37, 5.

Ab integro, ab aeterno. Virgilius (E. 4, 15.): *Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Alacanthis* avis, quam lusciniam esse volunt: alii Caducillum vocant. Virg. (G. 3, 338.): *Resonant alacanthide dumi. Accipio*, pasco. Virg. (A. 3, 353.): *Illos porticibus rex accipiebat in amplis.* Therentius: *Accipit nemo melius neque prolixius. Acteus*, litoralis. *Additus* inimicus. Virg. (A. 6, 90.): *Addita Iuno Nusquam aberit. Ad unum*, nullo excepto. Virg. (A. 5, 687.): *Si mundum exosus ad unum. Aetas* * pro anno pro XXX, pro C. annis dicit Virg. (G. 3, 190.): *Ac tribus exactis ubi quarta accesserit aetas.* Cicero in Catone: * maiorum tertiam iam aetatem homini vivebat. *Agmen*, impetus. Virg. (A. 2, 212.): *Illi agmine certo Laocoonta petunt.* Et (782.): *Leni fluit agmine Tibris. Ablae* (Alae), equitum ordo. Virg. (A. 4, 121.): *Dum trepidant ablae* (alae) *saltusque indagine cingunt. Amentum* est lorum quo hasta manui alligatur, quod * ius amientum ait. Virg. (A. 9, 665.): *Amentaque torquent. Angina*, morbus porcorum; unde Plautus (Mostell. 1, 3, 61.): *Vellem me in anginam verti, ut huic aniculo fauces praeocupem. Animus* atque *anima*, ventus. Virg. (A. 1, 57.): *Mollitque animos et temperat iras.* Idem (A. 8, 403.): *Quantum ignes animaeque valent. Annus* est magnus annulus unde annus dictus quod in se redeat. Virg. (G. 2, 402.): *In se sua per vestigia volvitur annus. Anser*, Poëta erat Anthonii, de quo Mel (*Melissus?*) in Philippica Ciceronis dixit * quem sibi agrum donaverat Antonius. *Antexpectatum* una pars orationis est, i. e. adverbium; et significat: antequam praevideas.

Virg. (G. 3, 348.): *Ante expectatum positis stat in ordine castris.* *Antica*, pars prioris constitii in auspiciis. *Antiquus*, rarus. Cicero ad Herennium IV.: *Est salus antiquior militum quam impedimentorum.* Sallustius: *Antiquior cura quae maioribus pro Italica gente fuit.* *Apparere*, praestare, adesse. Virg. (A. 8, 555.): *Semperque ad limina regis apparent.* Inde apparitores constat esse nominatos, ut ait Servius. *Araneus* sine g animal est, *aragneus*, retia seu telae. *Arma*, consilia. Virg. (A. 2, 99.): *Et quaerere conscius arma.* *Conscius* enim ad consilia refert. *Acta*, nomen substantivum secreto litora significat. Virg. (A. 5, 613.): *At solae procul in secreta Troades acta.* *Admitto*, assumo, equito. Plautus: *Ad equos esses ductus admissarius.* Iuvenalis: *Iam fas est admisse viros, dormitat adulter.* *Alvus*, qua sordes defluunt. Sallustius: *simulans sibi alvum purgari.* *** Agelius Noctium Atticarum libro primo (c. 4, 1.): *Adhaec scripta omnia antiquiora tam curiose expetebat, et virtutes pensitabat et vicia rimabatur, ut ad amussim factum esse diceres.* *Amolior*, tollo cum iniuria. Terentius in Andria (4, 2, 24.): *Perinde vos amolimini.* Sisenna Historiarum: *Impedimentum omne itineribus amoliuntur.* *Amare* aliud est quam *diligere*. C. Plin. in Epistola ad Vimicianum ait: *Quem ego cum olim mutuo diligerem ex hac officii satietatis amare ardentius coepi.* *Apophoreta* vascula., Suetonius in X. de XII. Caesaribus: Dabat Saturnalibus viris apophoreta, ita per KL. Martias feminis. *Aura*, splendor. Virg. (A. 6, 204.): *Auri per ramos aura refulsit.* Et Oratius: *Tua ne retardet Aura maritos*; i. e. splendor. Hinc et aurum dictum, a splendore qui in eo est. *Ansim*, audeam. Ovidius Metam.: *Et nihil est quod non inopino captus Amore ausit.* *Animus* ab *anima* dicitur. Haec est enim qua vivimus, animo autem intelligimus. Attius in Epigono. Capimus animo, fruimur anima. Iuvenalis: *Mundi principio indulsit communis conditor illis Tantum animas, nobis animos quoque.* *Bachar* herba quae fascinum pellit. Virg. (E. 7, 27.): *Bachare frontem Cingite, ne puero noceant mala signa futuro.* Neratius in ydro * dixit: *Bacchareis frondibus puerum amictum.* Blabior est Mantuae conditor, dictus est autem quasi animo et corpore fortissimus. *Blaterare*, inepta vociferare. Appuleius in Antalogio (*Apologia*): Quae etsi possent ab iis velint blaterata esse blaterata ob mercedem. *Blatea*, lamina ex metallo. Virg. (A. 6, 209.): *Crepitabant blatea vento.* *Bruina* hiems dicta. Finitur bruina VIII. KL. Ian.

INDEX SCRIPTORUM

A SERVIO RELIQUISQUE INTERPRETIBUS ALLEGATORUM; ITEM LEGUM ALIORUMQUE MONUMENTORUM a).

a) *A.* indicat *Aeneidem* et Servii commentarios ad eandem; *G. Georgica*; *E. Eclogas.* Ubi numeris litera *I.* praefixa est, intellige *Interpretes Maii*; *Ph. Philargyrii* significat; *Pr. Probi* commentarios. Verba quibus crucis signum praefixum (†) est, in Lexico Schelleri desunt. *V.* et *p.* hic illic *Volumen* et *paginas* indicant.

INDEX
RERUM ET VOCABULORUM
QUAE A SERVIO RELIQUISQUE INTERPRETIBUS EXPONUNTUR.

INDEX

RERUM ET VERBORUM GRAECORUM

QUAE A SERVIO RELIQUISQUE INTERPRETIBUS EXPLICANTUR.

— 39 versu 11 a f. leg. ἐρωτεῖς pro ἐρωτῶς.
— 49 — ult. — *pater* pro *patet*.
— 70 — 23 a f. — *dein* pro *dein*.
— 106 — 20 — χειμῶνος pro χειμόνος.
— 178 — 20 pone comma post *domicilium*.
— 218 — 5 leg. *perite* pro *perire*.
— 240 — 11 a f. — *pulmonis* pro *plum*.
— 322. De loco Sabidii ad A. 10, 241. Spangenbergius Celeb. Cellens. cuius egregius in literas humanas amor et laudari satis non possunt benignissime mihi literas misit, eum a Bluhmio Veronae aliter et accuratius lectum esse monuit, ipseque V. D. coniecturas nonnullas adiunxit. igitur 10 a fine lege cum Bl. *Latinum* . . . . *quicumque* etc. V. 9. *adestis*, *sicuti tripudium sinistr.* V. 6. *iis i bitur*, fidemque m . . . (*meam?* Sp.) V. 3. *iterum* . . . *t rum id enunciabatur?* Sp.). — In exscribendis comme Probianis haec a me omissa esse postea vidi: Ad E. 3, *me Phoebus*; Apollo in terra sol, sine quo fruges neque tur, neque maturescunt. *Laurum* ei gratum accipere de quod Daphnem, ut vult Parthenius in volumine quod de a bus composuit, Amydesi filiam dilexit, quam ne per vim ret, Iuppiter in arborem laurum convertit. Ad v. 10 *scripti*; Hyacinthus enim ab Apolline adamatus propter r pulchritudinem, et ab ipso per ignorantiam occisus disco versus est in florem, qui in se literas·habet Hya, ut plorantis. Quidam ex Aiacis sanguine. Ad G. 1, 35. *Iust parte reliquit*; a Scorpione, quia Scorpius duorum sig spatium teneat, in cuius brachiis duobus posita statera, Librae, quae Graeci ζυγὸν vocant. Hoc enim spatium detineri et Ovidius testatur, cum ait: Est locus, in gemir brachia concavat arcus Scorpius, et caudam flexis utrinque tis Porrigit in spatium signorum. Ad v. 36. *Quidquid er* Tartarum ait Virgilius apud inferos locum praecipitem in altitudinis, cum ait: Tum Tartarus ipse Bis patet etc.

sex mensibus cum matre filium esse, et totidem cum viro.
v. 138. *Pleiades* etc; Pleiades Vergiliae dicuntur, ut quibusa liquet, quia sint Atlantis et Pleiones filiae, vel ἀπὸ τοῦ εῖν dictae, idcirco quod earum ortu prima cura sit navigio. ırum mentionem facit Ovidius in Phaenomenis, dicens de seo: Pleiades ante genus septem radiata feruntur, sed tanı apparent sub opaca septima nube. Hyades existimantur ; in cornibus tauri, aut in ore, quas imperiti Suculas appelt, arbitrantes ἀπὸ τοῦ ὑῶν Hyadas dictas. Sed errant. Dictae t enim ἀπὸ τοῦ ὕειν, hoc est spargendo. Est enim pluvium ıs. Hoc non temere oritur, ut non imbres sequantur. *Lynis arctor*; dicit Urionem, et vulgarem sequitur historiam. piter enim Calisto Lycaonis filiam creditur mutatus in Diaa compressisse, quae gravida, mutata in ursam ira Iunonis, ›erit puerum Arcada, quem Iuppiter, ne venans matrem ret, mutatum in eandem formam, cum ea inter sidera ılit. Sunt autem ibi duae ursae, maior et minor; maior :e, minor Cynosura vocatur.

IMPRESSIT FRIDERICUS ERNESTUS HUT

IMPRESSIT FRIDERICUS ERNESTUS HUTH.